Universidad de Deusto
Biblioteca

1579 Loyola

Valades
Rhetorica
Christiana

Universidad de Deusto
Biblioteca

RHETORICA CHRISTIANA

AD CONCIONANDI, ET ORANDI VSVM AC COMMODATA, VTRIVSQ. FACVLTATIS EXEMPLIS SVO LOCO INSERTIS, QVAE QVIDEM, EX INDORVM MAXIME DEPROMPTA SVNT HISTORIIS. VNDE PRAETER DOCTRINAM, SVMA QVOQVE DELECTATIO COMPARABITVR.

AVCTORE
R. ADMODVM P. F. DIDACO VALADES TOLETANO ORDINIS FRATRVM MINORVM REGVLARIS OBSERVANTIAE OLIM PROCVRATORE GENERALI IN ROMANA CVRIA.

AN. DNI. M. D. LXXVIIII.
CVM LICENTIA SVPERIORVM

SANCTISSIMO D. NO. D. PAPAE GREGORIO XIII DICATA ANO DNI 1579.

THEOLOGIA | RHETORICA

16443.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN RHETORICAM CHRISTIANAM ET TABVLAS INDICAS

Frater Didaci Valades Hiſpani. Iulius Roſcius Hortinus.

IAM vix nota priùs, quàm prorſus barbara tellus,
India, nunc fama, nunc pietate viget.
O Deus, ò dextræ mutatio quanta ſupernæ:
O Chriſte, ò Regnum tempus in omne tuum.
Tu fera Batbaricæ penetrare in pectora gentis,
Atque tuo poteras ſubdere colla iugo.
Tu vexilla Crucis poni pro Dæmonis ara
Feciſti, & titus ac tua ſacra coli.
Tu tu feciſti, quia noſtri non niſi per te
Fecerunt patres, tu quibus hoc dederas,
Franciſcique tui meritis, vt Gentibus illis
Noſter Apoſtolicos ederat ordo viros.
Noſter erat primus qui miſit ſemina, noſtri

Hic eſt de noſtris, Didacus Valadeſius Iberus,
Ordinis & gentis gloria magna ſuæ.

CAMILLVS SABELLIVS PANICALENSIS AD AVCTOREM.

QVM vellem Aeolio dicere carmine
Laudes rite tuas, Optime Didace;
Phœbus me admonuit pulchricomus, rate
Exili, Oceanum ne mare currerem.
Quis nam te ad nitidas cœlicolum domos
Vectum, Cœcropiæ munere Palladis,
Vnquam Threicia concineret Lyra?
Feciſti monumentum ære perennius,
Quod nec tempus edax, aut boreas potens,
Nec ferrum rigidum, flammaque deſtruet.
Diuino egregij de eloquio viri,
Quos ad ſydereos fama tulit polos,
Scripſere, eximia non ſine gloria;
Sed tu, belligeræ cultor Iberiæ,
Quem virtus ſtygijs ardua fluctibus
Raptum, diuitibus conſecrat inſulis,
Omnes exuperas, Maxime Didace.
Idcirco, volucres dum liquidus vagas
Aer, dumque ſuas terra geret feras,
Et piſces vitrei ſtagna colent maris,
Immortale tuum ſemper erit decus.

SANCTISS

D. N. GREGORIO PONT. OPT. MAX

F. Didacus Valades, ordinis Minorum obſeruantiæ ſacroſanctos pedes oſcula



VM innumera ferè [illegible]. Vtrices artis volumina. B.P. à diuerſis tàm paganis, quàm Chriſtianis ſcriptoribus edita conſpexiſſem: quæ propter vitæ huius mortalis breuitatem ab humano nequeũt intellectu diligentiùs omnia perſcrutari: Studentium maximo labori compaciens: multorumq; Dei buccinatorum pijs votis annuere volens, Rhetoricam hanc CHRISTIANAM compilaui: eamq; B. Tuæ intitulandam cenſui, eò quòd, tùm propter ſummi Apoſtolatus Monarchiam: tùm etiam quia vltra generale vinculum ex Regulæ noſtræ profeſſione ſingulariter Fratres Minores, quorum omniũ ego minimus ſum pedibus tuis tanquam vero Chriſti Vicario ac Petri ſucceſſori ſubijcimur. Cuius quidẽ examini, vt D. Bernar. verbis vtar præſertim atq; auctoritati totum hoc ſicut, & cætera quæ huiuſmodi ſunt vniuerſa reſeruantur. In qua quidem non

Sacræ ſcripturę excellẽtia

Dedicationis cauſę.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN RHE

ET

Frater Did

Atque
Tu vexil'
Fe

, ad huiusmodi artem pertinentia per
es dispersa congessi, verum etiã viam
hristianis oratoribus ad literas sacras
aui. Deindè, insignissimum arbitrabar,
mano ingenio id peculiare esse tam Phi
tiles, quàm Christiani doctores grauis-
didere. Pietatem sacrarumq; literarum
em, his qui reipublicæ præfuturi sunt in pri-
mis necessariam esse. Et vt de messe Domini opu-
lentissima, quæ in ipsa sacra scriptura lectione re-
peritur: in dominicum horreum, non tantum pro
pauperculis, sed etiam pro doctis cibandis, saltem
vel paruulos mergites, ab alijs messoribus, forsitan
iubente domino, posteris derelictos afferre curaui:
è quibus pro mea tenuitate triticum excussi, non cer
tè nouum, sed antiquum noua quadam forma con-
ductum, nouoq; modo subactum. Aquam præterea
proculdubio, non cisternarum dissipatarum, sed
melioris, & salutaris sapientiæ; ex qua bibenti fit
fons aquæ salientis in vitam æternam. Quam a-
quam haurientes ij, qui primi Euangelicæ doctri-
næiecere fundamenta vere filij Dei effecti, stulti-
tiam huius mundi sapientiam existimarunt. Tum
etiam id mihi acres stimulos admouebat, quòd in
hoc opere non tàm res humanas, quàm diuinas ex-
plicandas suscipiebam. Quare, non mihi vitio id
vertendum arbitratus sum, cum etiam illud fece-

rim: vt legendis literis sacris legentium animum
teneris (vt ita dicam) ab annis pietate Christiana
imbuere studerem: quæ certè cunctis scientijs, homi
num ingenijs adinuentis, quantum distat Ortus ab
Occidente, cælum à terra, et Solis claritas propria,
à stellarum claritate, à Sole accepta sacra scriptu-
ra diuinitus reuelata, super eminet & dignior, cer
cior, veriorq; est, necnon vtilior ad salutem. Vt
autem multa transeam, in vno hoc excellit omnes,
quod in ea non voces solæ quomodo in scientijs hu-
mana industria inuentis, sed & res ipsæ significi-
cant. Humana scientia, quid solis, agni, vitis, la-
pidis, & id genus alijs hominibus significetur so-
lum inquirit: sacra verò scriptura vlterius dicit,
quòd Sol, agnus, vitis & lapis CHRISTVM
IESVM significani, typant & representant. Sol
item hominem sapientem, qui in sapientia immo-
bilis, solis instar manet, designat. Agnus homi-
nem pium, mansuetum, innocentem. Palmes ve-
rum Christianum, qui per dilectionem in Christo
vitæ vera manet, & fructum facit. lapis cor du-
rum, quod male in nouissimo habebit. Tum ma-
ximè, cum (teste Lactantio) omnis sapientia homi-
nis in hoc vno sit, vt Deum cognoscat & colat:
hoc nostrum dogma, hæc summa est. Nàm
fons sapientiæ Deus est: à quo hij duo riui si aber
rauerint: arescant necesse est: quem qui nesciunt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec ſapientes eſſe poſſunt: nec religioſi: Quis dubitet contemptibilem eſſe verbi Dei proclamatorem: qui tractaturus, ſicut oportet, de ſumma rerum, de Dei maieſtate ſingulari, de beneficijs eius, de prouidentia, qua continet regitq; omnia: in tantam veniſſe obliuionem: vt ſola Dei ſapientia, quæ ſola coli debeat, ſola potißimum negligatur? Equidem temporibus iſtis heu P. B. calamitoſis verbi Dei buccinator ſi vult ſapiens ac beatus eſſe audiat oportet Dei vocem. Scrutamini ſcripturas ait ſapientia æterna Chriſtus, non quæ viribus proprijs, & ab humana induſtria excogitatis innituntur, nulli veritati cedentes, niſi quam ſyllogicis rationibus ſe ſe oſtendere poſſe confidunt: ſed quæ Iuſtitiam, ſacramentum natiuitatis ſuæ, diuina ſapere humana contemnere docent. Quia ipſæ verum teſtimonium perhibent de me. Sapientia enim huius mundi inquit magnus ille, quem nomine officio & pietate imitaris, Gregorius: eſt cor machinationibus legere: ſenſum verbis velare: quæ falſa ſunt vera oſtendere: quæ vera ſunt falſa demonſtrare. Hanc qui ſciunt: cæteros ſuperbiendo deſpiciunt: hanc qui neſciunt ſubiecti & timidi in alijs ipſam mirantur: hæc ſibi obſequentibus præcipit bonorum culmina quærere: adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere: irrogata ab alijs mala multiplicius reddere

Ioan. 5. f. 39.

Lib. 10 Mor. c. 12.

re. Quum vires ſuppetunt multis reſiſtentibus cædere: quum virtutibus deeſt: quidquid per malitiam explere non valet: hoc in pacifica bonitate ſimulare. Iuſtorum verò ſapientia econtrario, eſt nihil per oſtentationem fingere: ſenſum verbis aperire: vera vt ſunt diligere: falſa deuitare: bona gratis exhibere: mala libentius tolerare quàm facere: nullam iniuriæ vltionem quærere: pro veritate contumelias lucrum putare. Si enim tot tantaq; mira operatur, cur non eam Chriſtianis à principio amplectendam inſectandamq; ſuadebimus? Si enim ad diuina conſcendere, Dei loquentiſſimo Dionyſio Areopagita teſte) tantum fas eſt, quantum ſe ipſum diuinorum eloquiorum radius inſinuauerit, qui expurgatis mentibus ſe ſe percipiendum tantummodo offert. Si externi, vt vel minimam ſcintillam myſteriorũ Dei perciperent: omni cura, quæ animum offuſcant ammouere ſtuduerunt, quanto magis ij, quibus diuina eloquia, & altiſſimarum rerum ſacramenta credita ſunt, animi purificationem omni ſtudio perquirere debent? Neque hæc dixerim P. B. quaſi eloquentiã damnans: cum ſciam quam plurimos veterum et antiquorũ patrum in eloquentia admirabiles extitiſſe. Ingenue enim fateor liberaliũ artium ſtudiũ non eſſe Chriſtianis inutile, aut à ſcholis explodendum ſicut garriunt hæretici. Immo, vt

Iuſtorum ſapientia qualis.

turpidis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euripidis vtar verbis. Eloquentiã rerum, reginã à nobis in hodiernum diem turpiter neglectam, quo ore excusabimus? Ea enim, non poetis & historicis modo, quibus Græcis pares esse facilè possumus, uerumetiam Ciceronis immortalibus orationibus & ad eam uia perueniendi eiusdem & Quinctiliani præceptionibus certissima, tam ad uiuum expressa est, ut non æqualem hac parte Græciam solùm, uerumetiam longissimo interuallo superatam existimem. Nàm, cum tenui, medio, & sublimi, tribus dicendi generibus, quæ nobis docere, delectare, mouere, tria oratori officia referunt, uniuersa contineatur eloquentia: ijs ita omnibus ubertim efloruerunt; contra hæreticorum deblactationem, luminaria illa Ecclesiæ Catholicæ magna. Basilius, Greg. Nazianz. Augustinus, Hylarius, Chrysost. & quam plures alij, quos sciens transeo: quid est, quod nunc non ipsos, nos etiam, sicut & prisci sanctitate & doctrina excellentes habuere: præmanibus habeamus, ac diu noctuq; euoluamus eorumq; lectiones imitemur? Quemadmodum enim terra, & cælum necnon aer, & similia, non ideo sunt contemnenda, quia quidam malè his sunt abusi pro Deo ea, quæ Dei sunt, uenerantes. Ita etiam quidquid utilitatis ex philosophia percipi potest, id omne ad uitæ usum fructificare debemus: ita tamen, ut periculum effugiamus, & nequaquam cõtra creatorem

torem creaturam, iuxta insipientes, concitemus, sed ex opificio opificem deprehendamus, & sicut dicit Apostolus, in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi persistamus. 2. Cor. 10. b. b.
Arbitror equidem, institutionem disciplinarum primùm, ex bonis nostris esse: non solum generosiorem illam, & nostram, quæ omnẽ sermonis fastum, & contentionem despicit, solaq; salutis & rerum intellectualium continetur pulchritudine: sed & externam: quam Christiani pleriq; insidiatricem, ac deceptricem, & quæ à Deo segreget despiciunt malè sentientes. Similitudo & cõparatio
Nàm quemadmodum ignem, & cibum, ac ferrum, necnon alia per sese nec vtilia, aut noxia esse scimus, sed quẽadmodum videtur vtentibus: quin ex reptilibus medicamenta etiam quædam theriacalia temperamus ad salutem, ita & in illis siquidem indagationem & contemplationẽ suscipimus. Cum autem ad dæmones, & errorem perducunt; necnon perditionis profundum, contemnimus. Nàm, licet hæc nequaquam nobis ad pietatem prosit, ex deteriori tamen id, quod melius est seligimus, ac sermonem nostrum cum illo roboramus. Sed ne epistolæ modum excedam. Tu inclyte ac B. P. hoc quidquid est operis pro tua singulari benignitate ne spernas, quod si forta esse videatur exiguum, certè tanta est mea fides, & propensa voluntatis alacritas, vt facilè sperem eam non secus

b ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac Deo Opt. Max. ita sanctitati tuæ placituram. Maximè cum iam id, non semel atque iterum expertus sum, cum B. Tuæ ostendissem stemmata quæ in hoc opere inseruntur, ac pro tuo in omnes paterno affectu mihi imposueris, vt ad vltimam vsque manum perducere curarem quod quidem alacri animo, licet, non vt cupiebam, tamen vt potui, effeci. Quarè supplex ad T. B. pedes prouolutus tibi me meaq; vehementer etiam atque etiam studia offero atque commendo. Cui enim B. P. nisi tibi, quidquid Dei est tanquàm eius in terris vnico ac vero Vicario Petriq; legitimo successori debetur, per quem vnum seruati, ac è faucibus Orci sumus erepti? Deus Opt. Max. S. V. ad totius orbis Christiani perpetuam salutem diutissimè tueatur, & conseruet incolumen. Cui infimus ego, & me ipsum, atque studia mea, ad pedum vsque oscula, quam humilimè cupio esse commendata. Perusiæ octauo Calendas Iunij anno Domini 1579.

PRAEFATIO AVCTORIS
ad studiosum & Christianum Lectorem.



VM pietas (studiosissimè lector) vt piè admodum à D. Pau. dictum est, ad omnia sit vtilis, promissionem habens, vitæ quæ nunc est, & futuræ: sacræ autem scripturæ vis omnis ferè in pietatis maximè studio versetur, facilè pius quiuis per se intelligit, rerum diuinarum tractationem, quibus prima debetur pietatis cura, non tantùm ad vitam rectè instituendam, sed etiam ad consequendam immortalitatis gloriam magnas habere opportunitates. Quarè nobis hoc loco, cæteris omissis, id solum breuissimis perstringere visum est operæpretium, quid diligens rerum in hoc opere comprehensarum discussio, Sacræ Theologiæ studiosis, & publicè in Ecclesia videlicet, ac scholis, & priuatim domi ad Christianam religionem syncerè imbibendam, commodi sit allatura. Quandoquidem ne specie recti, bonorum adolescentum ingenia prauis opinionibus ab ineunte ætate corrumperentur, quæ ad vltimum vitæ finem plerunque animis insidere solent: operam dedimus, vt, pro nostra virili, eloquentiam Christianis præceptis diligenter expurgatam in proscenium adduceremus: quæ vacaret mentiendi licentia, seuerè diuinis præceptis interdicta, à qua abesset procacitas, & vitium illud teterrimum lacerandi alios probris, contumeliis, & maledictis quæ prohibeat arrogantiam, & inanis laudis âppetitum & vetet denique tenebras auditoribus offundere ne verum perspiciant, & suffragium atque sententiam dicendo corrumpere: quo vitio Græcis, Romanisq; vt plurimum laborarunt.

Pietas ad omnia vtilis. 1. Tim. 4. c. 8

Eloquentiæ Christianæ contraria. Exo. 23. Leu. 19. Prou. 8. 17. 19. Vide Aug. de conflictio vitio, & virtutũ. et habetur. 22. q. 2. Nec artificioso.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christianæ eloquentię pulchritudo

His enim tot tantisque deletis maculis, continuo existet illa diuina, & cęlestis Christianæ eloquentię pulchritudo, quę tantò erit præclara magis & eximia, quantò diligentiùs, ad omnium hominum vtilitatem conferetur, & ad laudes celebrandas Dei Opt. Max. qui sermonem homini dedit ad societatem & coniunctionem cum hominibus tuendam. Verum enim verò licet quàm plurimis piis ac doctissimis viris visum fuerit ei, summam summarum scientiarũ omnium nomen, iure optimo, competere, cum summatim de omnibus scientiis in ea ferè agatur. Tamen propter obedientiam habitam à superioribus meis de excussione libri, Christianæ Rhetorices nomen illi additum est, vt & intelligatur etiam, nihil contineri in hac arte, quod magistra veritatis Ecclesia non probet, non doceat, quod in sanctis literis, aut in sanctis doctoribus non reperiatur, aut saltem per similitudinẽ quandam, ad interpretationẽ sacrorum librorũ aut ad sententias patrum nõ possit referri: neque meo iudicio, quenquam debet offendere, quod nomine Rhetoricæ vtamur, cum & Plato Rhetoricam Philosophicam cognouerit, & quid eo nomine intelligamus explicauerimus. Huius operis scopus erit, vt voces Dei simus, organa diuinæ bonitatis, & tubæ Christi. Et ad id facilius exequendũ totam Memoriæ artificialis artem tam diu ab omnibus concupitam quàm facillimè aperiemus. Et quamuis etiam sine his præceptis in nobilissimo concionandi munere, versari facilè possimus, à Spiritu Sancto, qui est verus magister edocti, & dicendi exercitatione adiuti: vtilia tamen fore hęc præcepta putauimus. Opportunè autem rerum Indicarum, quibus ipsi non modo interfuimus, sed & præfuimus, aliqua adhibuimus exempla: certissimo credentes, eam rem nõ modo oblectamento, sed & magno bono, commodoq; futuram, vtpotè vnde Rhetoricæ ipsius initia, progressus, & vsus; liquidissimè cernuntur (vel ipso Cicerone iudice) dum inquit, fuit quoddam tempus, cùm in agris, bestiarum more, homines vagabantur, & victu ferino vitam sibi propagabant: nec ratione animi quidquam,

Christianæ Rhetorices nomen, cur appositũ sit.

Indorũ exẽplis cur ornata sit Rhetorica Christiana.

Exemplis indicis optimè probatur initium & progressus Rhetorices. Lib. 1. de Inuen.

sed pleraque viribus corporis administrabant. Nemo legitimas viderat nuptias, nemo certos inspexerat liberos. Quo tempore quidam magnus videlicet vir, dispersos homines in agris, & locis syluestribus abditos, ratione quadam compulit in vnum locum, & congregauit, & eos ex feris & immanibus, mites reddidit, & mansuetos. Huius, inquam, rei admirandi effectus, multò clarius, quàm vnquam in noui Indiarum Maris Oceani orbis hominũ mansuefactione apparent. Contraximus autem omnium, quot quot ante hac in eadem re desudarunt sententias in breue quasi compendium, vt quis vno intuitu aliorum sparsè & vagè, tam in latino quàm vulgari eloquio dicta conspicere queat. Nec hoc mihi vitio vertendum arbitror cum Euangelium D. Matth. abbreuiasse Marcum Euangelistam, non nisi summa cum amborum laude, & Ecclesię acceptatione intelligamus. Deindè, quid dedecoris afferat lacteo eloquentiæ flumine permanenti Tito Liuio, suus abbreuiator Florus, non video. Quorum scripta vbique gentium ab omnibus bonarum literarum studiosis, obuiis vt dicitur vlnis amplectuntur, & venerantur vnicè. Sed forsitan dicet quis: Hæc quid ad rem? Primus enim Spiritus Sancti ductu, & eo impulsore suum ausus est facinus. Alter verò historiæ deditissimus munus suum strenuè obiuit, atque non minori cum dexteritate administrauit. Non ego pugnaciter immo de meo paucula quidem, sed è probatissimis quã plurimis doctoribus quæ dicimus te reperturum scio. Eoque animosior atque securior hac re innitor, maximè quod saliuæ & assertionis propriæ nihil admiscuerim. Ego nanque semper alienis, à veritate non abhorrentibus, verecundè vti malo, quàm mea imprudenter, & perfricta fronte ingerere. Atque nemo me melius nouit multa & præclarissima extare & delitescere ingenia, quorum interesset illa conari, sed hæc vtilioribus forsan & comodioribus inuigilant atque student. Eo verò animo, lector amice, proinciam hanc aggressus sum, vt habeant docti vnde eorum memoria recreetur. Alii verò qui hinc inde passim con-

Nota.

Zelus auctoris.

cionantur, quibus per inopiam, & pauperiem fortassis omnia Rhetorices artis opera comparari non licet, quæ certè vt numero excedunt, ita multo pluris venduntur experiantur, & ipsa veritate edoceantur id fecerimus sine magno conatu & paruo ære, quid fere omnes scripserint docuerintque, quo labore, quibus vigiliis, facillimè ex ipso opere coniicere, iudicare, & perdiscere poteris. Capita autem præcipua nostri operis fecimus sex. Primum, Regularum scripturæ diuinæ syluam, ex summorum Ecclesiæ auctorum monumentis incommodum Rhetorici Christiani proponit. Secundum Rhetorices totam uim, definitionẽ, diuisionem & partes succincta tractatione absoluit, cui anacephaleosin, siue recapitulationem quandam totius sacræ scripturæ, qua omnia illa quæ in sacris contineatur libris, breui, possint comprehendi memoria non minus artificiosè quàm curiosè in Tabernaculi modum variis suffulti columnis in quibus pretiosorum lapidũ, de quibus naturales omnes, quotquot hactenus scripserunt & multorũ aliorũ in nostris repertorũ Indiis, ipsis ignotis, diuersitates, colores proprietates: ac aliquorum Orbis principum distincti Emblematibus adiecimus, quorum nomina & significationes breuiter in finem vsque distulimus. Tertium fontes sacræ scripturæ, quibus orator præcipuè orationem exornare debet, aperuimus. In qua quæ sit vis pronunciationis, ac affectum non nihil tangemus. Quartum, genera causarum, & oratoris officium offert: numerosamque Deastrorum apud Indos, eorumque ritus, quibus quidquid in nouo illo terrarum orbe, memorabile est explicat. Quintum, partes inuentionis pertractat, magnumque lumen accipit ab exemplorum adiunctione, quibus res elucescit. Sextum, exornationes Rhetoricas, quanta fieri potuit breuitate perstringit. Et quia non omnes literas norunt neque lectioni incumbunt, aliquot adiungimus stemmata, tum ad promptã memoriam, tum etiam vt melius & clarius ritus & mores Indorum legentibus innotescant: auidiusque, conspectis illis, ad lectionem animus incitetur, ac in mentem quæ vo-

Totius operis partitio.

Cur Imaginibus opus hoc illustratum sit.

lunt

lunt reducant: Adiecimus præterea eo quod hominũ ingenia, vt disciplinarum supremum lumen iam assequuta, ita in explebili quodam ac genuino amore ad illas capessendas rapi, ac proinde in suscipiendis disciplinis & breuitatẽ & facilitatem expostulare totius Magistri sententiarum in quatuor libros sententiarum egregiam quandam locationem, vt facilè quiuis succossiora & scitu digniora, quę apud ipsum magistrũ sunt, memoriæ habere possit. Cui tum prolegentium cùm studentum profectu additi loci sunt, in quibus, vel D. Thomas Seraphicus Doctor Vel Scotus, & quidam alii easdem pertractarunt Quæstiones. Tum demum, vt in omnibus firma sit memoria, singulis cartarũ marginibus adiecimus alphabetum quod pro locis cõmunibus etiã seruiet lectoribus, & vt facilius loca & errata incogitantia vel nostra vel typographorũ reperiantur. Quæ quidem omnia amicorum hortatu, quibus contradicere mihi nefas summũ fuisset congessi. Dicet forsan aliquis, quæ hic tractantur esse nimis alta, & profundiora quam Artis Rhetorices materia expostulat. Quibus ego. Si Quinct. informando oratore de multis subtiliter egit, cur non itidem & nos? Item, si oratori necessaria est plurium artiũ scientia, quanto magis oratori, & verbi Dei buccinatori? Cuius tanta debet esse conuersatio & eruditio, vt omnes motus & gressus, & vniuersa eius dicta notabilia sint: veritatemq; sic mente concipiat: vt eã toto habitu resonet & ornatu, ac quidquid agit, quidquid loquitur doctrina sit auditorum. Deinde, qui ad veræ prædicationis verba se præparat necesse est vt causarum origines à sacris paginis sumat, vt omne quod loquitur ad diuinę auctoritatis fundamentum reuocet, atque in eo ędificium suæ locutionis firmet. Quapropter si forte non omnia tibi, lector humanissime, satisfacient, veniam pro æquitate Christiana mihi concedas oro. Fuit enim mihi propositum, tabulas potiùs, quàm sinuosa volumina dare. Oro præterea vt animum ad omnium bonorum studio promouenda deditissimum æqui bonique consulas: quod si intellexero, propediem bene fortunante Deo, in maioribus tibi

Excusatio Auctoris.

grati-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratificabor. Sunt enim hæ primitiæ meæ fœtus iuueniles à puero me inchoati: ex quibus tamen æquo lectori aliquid commodi accessurum existimo: dum volente Deo, limatiora dabimus. Interea si quid forte offendet (vt ne Iupiter quidem omnibus placere potest) vt in prouerbio est, bonorum virorum partes hac in re tibi suscipiendæ erunt, quæ sunt, errores hominum corrigere, eosque in viam reducere, & ab inuidis, & zoilis, & calumniatoribus, & bonorum operũ inimicis, alios defendere. Sed vela soluamus iam ventis, vbi hoc adhuc præfati erimus. Si quid mihi imprudentius sum pertinaciter tueri nolim, sed potius & me, & hoc opus, & opera mea vniuersa, atque adeò omnem animæ meæ salutem, & Catholicæ illi subiicio Ecclesiæ, cuius primarium in terris Pastorem, Romanum Pontificem Sacrosancta Oecumenia concilia, & profitentur, & reuerenter agnoscunt. Vale.

Auctoris protestatio.



Primæ Rhetorices Christianæ partis capita.

DE definitione, & proprietatibus oratoris, ex ueterum sententia. cap. 1. pag. 1.
De proprietatibus Oratoris Christiani vbi stemmata Philosophi pagani. Boni Pastoris, & Philosophi Christiani: singulari dicendi modo declarantur. cap. 2. pag. 4.
Oratorem necesse est varia scientiarum suppellectile constipatum existere. Vbi stẽma Theologi explicatur egregie. c. 3. p. 11
Deliberalium artium numero in quo stemma scientiarum exponitur. cap. 4. pag 18.
Qui futuri sint Idonei Christianæ Rhetorices auditores cap. 5. pag. 19
Literæ humanitatis quid vtilitatis afferãt ad intelligentiam scripturarum. cap. 6. pag. 21
Quo animo Theologię studiosus humanis sciẽtiis vtetur. cap. 7. pag. 21
De necessaria bene loquendi facultate prędicatoribus. Exponitur hic stemma summi sacerdotis: vbi, de uestibus, singulares adiungimus considerationes. cap. 8. pag. 24
Supradictorum probatio. cap 9. pag. 28
De officio prædicatoris. cap. 10. pag 31
Breuem totius sacrę scripturæ exuberantiam cõcionandiq; modum cõtinens. cap. 11. p. 33
De honestate prędicatorum cap. 12. pag. 36
Quatenus lectio sacræ scripturę Ecclesiastis necessaria. cap. 13. pag. 38
De modo allegandi vtriusque iuris auctoritates. cap. 14. pag. 40
Quid ex his libris omnibus, Christiano lectori sit quęrendum. cap. 15. pag. 43
Sacra scriptura cur sancta dicatur & de eius effectibus. cap. 16. pag. 44

SECVNDÆ RHETORICES Christianæ partis Capita.

COmpendiosam tabulam structurę totius operis continens. cap. 1. pag. 48. & 49
De definitione, & excellentia artes Rhetorices. cap. 2. pag. 50
De duobus artis generibus. cap. 3. pag. 51
De subdiuisione Rhetoricę naturalis. c. 4. p. 52
Quid sit Rhetorica artificialis & quomodo diuidatur. cap. 5. pag. 53
De subiecto & materia Rhetorices. cap. 6. p. 54
De explicatione primi subiecti, scilicet de Deo. cap. 7. pag. 56
Prædicata causalia quæ sint. cap. 8. pag. 58
Finalia prędicata quæ sint. cap. 9. pag. 61
Quid sit Theologica veritas. cap. 10. pag. 63
De Physica & Aethica veritatibus. cap. 11 pag. 65
De Gloria & eius diuisione. cap. 12. pag. 66
De Explicatione tertii subiecti, scilicet, de Angelo. cap. 13. pag. 67
De Explicatione secũdi subiecti, scilicet de Cœlo. cap. 14. pag. 68
De explicatione quarti subiecti, scilicet de Homine. cap. 15. pag. 69
De explicatione quinti & sexti subiecti, scilicet de imaginatiuo & sensitiuo. cap. 16. p. 71
De explicatione septimi & octaui subiecti, scilicet de uegetatiuo & elementatiuo. cap. 17. pag. 71
De explicatione noni subiecti, scilicet de Instrumentatiuo. cap. 18. pag. 72
De duplici genere partium Rhetorices. cap. 19. pag. 74
De Partibus Rhetorices & seorsum de inuentione. cap. 20. pag. 74
Vnde expetenda sint ea, quę conuenit oratorẽ uel concionatorem proponere. cap. 21. pa. 77
De dispositione. cap. 22. pag. 82
De elocutione. cap. 23. pag. 82
De Memoria scientiarum thesauro, vbi figura continens memorandi ordinem exponitur. cap. 24. pag. 87
De duobus Memorię Generibus. cap. 25. p. 89
Synopsin totius Memoriæ Materiam continẽs. cap. 26. pag. 92
Indorum exemplis artificialis memoria probatur. cap. 27. pag. 93
De modo excolendæ Memoriæ. Hic, considerare licet singula stemmata, quæ subiiciuntur: quibus Indorum negociationes comprehenduntur. cap. 28. pag. 96
De Modo eligendi loca. In quo egregiam totius sacrę scripturę collocationem, vt eam in breui quis memorię mandare possit, adiungimus. cap. 29. pag. 101

Universidad de Deusto
Biblioteca

Totius supradictæ collocationis synopsin. cap.30. pag. 123

TERTIAE RHETORICES
Christianæ partis capita.

EX sacræ scripturę omnium bonorum fonte, ac orthodoxis patribus: omnia exempla haurienda. cap.1.pag.125
De vtroque simul tam Hebræo, quàm Ecclesiastico canone, & quomodo tractatione veteris legis differant libri. cap.2.pag.127
Humanæ scientię exemplis illustrantur supra dicta, & usus eorum demonstratur. c.3.p.129
Continuatio superioris Materiæ, adhibitis illustribus exemplis ad probationem. cap.4. pag.130
Prosequitur & accommodat superius exemplũ probando mortem viro bono minimè formidandam. cap.5.pag.131
Auctor admirabili elegantia prosequitur suum institutum. cap.6.cap.132
Regulam & admonitionem notata dignum cõtinens. cap.7.pag.133
Quod perceptio sacrę scripturę magnam ad bene dicendum facultatem adferat.c.8.p.136
De uersionibus Bibliorum sacrę scripturę, quę illę, & quot sunt, ex Hebręo in Græcum factę, & qui fuerunt interpretes, & quando sacram scripturam interpretati sunt. cap.9.p.137
Probatis scriptoribus quantum auctoritatis deferendum sit. cap.10. pag.140
De duplici sensu diumę scripturę. c.11. p.142
De duobus sacrarum expositionum generibus. cap.12. pag.143
Quomodo in una eademq; sententia plerunq; cuncti sensus valeant reperiri. cap.13.p.146
Notabilem admonitionem comprehendens cap.14. pag.149
Regulam comprehendit ad prędicta omnia accommodatam. cap.15.pag.150
De Pronunciatione. cap.16.pag.150
De ratione concionatoribus in prędicãdo obseruanda. cap.17.pag.152
Quantopere mansuetudine & affabilitate omni hominum generi opus sit. cap.18.p.155
Doctrinam singularem, continuando materiam affabilitatis, habens. cap.19.pag.156
De duabus obseruationibus & regulis pronunciandi. cap.20.pag.158
De diuisione affectum, & quomodo mouendi sunt. cap.21.pag.159

QVARTAE RHETORICES
Christianæ partis capita.

DE tribus causarũ generibus. cap.1.p.163
Proponuntur succincta huius generis exępla. cap.2. pag.165
Explicatur quid sit genus demonstratiuum. cap.3. pag.166
Præceptum ad faciliorem perceptionem rerũ indicarum, de quibus exempli loco agitur. cap.4. pag.167
De modo quo Indi choreas, & tripudia ducebant. cap.5.pag.168
De ornatu templorum Indiæ. cap.6.pag.169
De numero Deorum Mexicanorum, & de consuetudine hominum immolandorum apud illos. cap.7.pag.170
Demonstratiua Indorum exhortatio ad suorũ rituum & morum dimissionem, nostræque fidei Catholicę amplexationem. cap.8.pag.171
Ponuntur rationes quibus ad nostram religionem Deiq; obedientiã inducantur. c.9.p.172
Inducuntur ad obedientiam Romani Põtificis simul & Imperatoris Caroli V. Inuictissimi ac successorum eius. cap.10. pag.175
Inconsideratam quorundam accusationem aduersus Indos affirmande non magis eos esse Christianos: quàm Mauri Granatenses, complectitur. cap.11. p.183
Defensio synceri Indorum Christianismi contra inconsideratam accusationem prędictam. cap.12. p.184
De Genere deliberatiuo. cap.13.p.191
Definitionem & vsum Generis deliberatiui continet. cap.14.p.193
Prędicta exemplis illustrat, cum documentis viris equestribus obseruatu vtilissimis, qui vltra modum in aliquo exercitio & uitæ genere laborant quamuis fuerit militare. cap.15.p.196
Responsum filii ad patrem memorabile & notatu dignissimum. cap.16.p.197
De genere Iudiciali. cap.17.p.198
De tribus laudandi, aut vituperandi modis. cap.18. pag.198
De laude quæ sumitur à bonis mundanis. cap.19. pag.199
De commẽdatione quę ducitur à bonis animę. cap.20. pag.200
Regulam & adnotationem notatu dignam cõtinet. cap.21.p.203
Prędicta illustrantur percensendis exemplis aduentus & uitę religiosorum qui fidem Domini nostri

nostri Iesu Christi apud Indos propagarunt. cap.22. pag.204
De die & anno, quo Mexica occupata est & de aduentu religiosorum. cap.23.p.205
Quomodo Religiosi primum appulerint, & quæ fuerunt in initio eorũ gesta. cap.24.p.223
De modo celebrandorum festorum apud Indis. cap.25.p 226

QVINTAE RHETORICES
Christianæ partis capita.

DE partibus orationis, quæ inuentionem perficiunt. cap.1.pag.228
De exordiorũ bimembri diuisione. cap.2.p.230
De Narratione eiusque diuisione. cap.3.p.231
De egressione, aut digressione. cap.4.p.233
De partitione, seu diuisione. cap.5.p.234
De confirmatione & confutatione. c.6.p.235
De conclusione. cap.7.p.236
De officio oratoris. cap.8.p.236
De affectibus & eorũ excitãdi modo. c.9.p.238
Superiora ostenduntur oratione cuiusdam patris, qui filio suadet ducere vxorem, & egregia documenta connubi alia complectitur. cap.10. pag.240
Celebrem filii responsionem complectitur. cap.11. pag.242

SEXTAE RHETORICES
Christianæ partis capita.

DE coloribus vel schematibus & tropis. cap.1. pag.249

De figuris sententiarum. cap.2.pag.256
De figuris orationis quibus oratio augetur & amplificatur. cap.3.p.262
De penitiori expolitionis declaratione. cap.4 pag.270
De tropis generatim, & speciatim de tropis verborum. cap.5.p.271
De tropis orationis. cap.6.p.275
De Schematibus & eorum distinctione a figuris Rhetorices. cap.7.p.278
De Collectione. cap.8.p.279
Vnde hauriendę sint propositiones & alia eo pertinentia. cap.9.p.281
De Inductione. cap.10.p.281
De Enumeratione. cap.11. p.283
De Argumentis & eorũ definitione. c.12.p.284
De statu coniecturali. cap.13.p.ibid.
De constitutione finitiua. cap.14.p.286
De statu qualitatis uel Iudiciali. c.15.p.287
De quæstionibus & eorum singulis exemplis. cap.16. pag 288
De sedibus argumentorum, pariterque argumentis. cap.17.p.290
De probatione Artificiali. cap.18.p.291
De locis sententiarum, siue argumentorum quę ex sacris colliguntur scripturis. cap.19.p.195
Qui loci quibus cõgruãt quęstionib⁹. c.20.p.196
De Quęstione causæ. cap.21.p.197
Locatio Totius Magistri sententiarũ. p.
Locationis omnium librorum Magistri sententiarum declaratio. pag.199

FINIS.

INDEX AVCTORVM, TAM SACRORVM quam prophanorum, qui in hac Rhetorica Christiana citantur.

A.
Ambrosius.
Augustinus.
Anselmus.
Athanasius.
Alexander Alensis.
Alexander Aphrodis.
Alphonsus de Castro
Alphon. à vera cruce
Albertus Magnus.
Aluarus.
Aliacensis.
Ammonius.
Angelus Politianus.
Antisthensis.
Augustinus Valerius.
Aristoteles.
Arias Montanus.
Alfarabius.
B
Biblia Sacra.
Basilius.
Beda.
Bernardus.
Bonauentura.
Boetius.
Bernardin⁹ de Bustis.
Bibliotheca Sancta.
Burlifer. C
Concilia generalia.
Concilium Trid.
Chrysostomus.
Cyrillus.
Cassiodorus.
Cassianus.
Cyprianus.
Clemens Alexãdrin⁹
Canisius.
Cano.
Card. Camericensis.
Compendium Theo.
Catherinus.
Conradus Clingius.
Cæsareus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index Auctorum.

Cicero.

D

Decretum.
S. Dñicus prædic. pr.
Dionysius Areopagi.
Dionysius.
Damascenus.
Didymus Hier. magr.
Dorothæus.
Durandus.
Diogenes.

E

Echius.
Aegidius Romanus.
Epiphanius.
Euthymius.
Eucherius.
Eusebius Cæsariensis

F

S. Frãciscus pr noster
Frãciscus de Mayro.
Felynus.
Fulgentius.
Franciscus Orantes.
Franciscus Petrarca.

G

Glossa ordinaria.
Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianz.
Gregorius Nissenus.
Gerson.
Gabriel.
Guilielmᵘˢ Parrhisiẽs.
Gregoriᵘˢ de Arimino.
Galatinus.
Galenus.
Gueuara.
Garcia ab horto.
Georgius Eder.

H

Hieronymus.
Hylarius.
Hippolytus martyr.
Hugo Car.
Hector Pinto.
Homerus.
Horatius.
Holkot.

I

Ignatius.
Irenæus.
Iustinus martyr.
Ioannis Driedonis
Iacobus de Valentia.
Ioannes Maioris.
Ioannes de Acia.
Ioãnes Carnotensis.
Ioannes Altenstaig.
Ioannes Picusis.
Iustinus Histori.
Iosephus.
Isidorus.
Iuuenalis.
Isocrates.

L

Lactantius.
Laertius.
Leo Papa.
Lodouicus Viues.
Lodouicus Grana.
Lodouicus Dolce.

M

Macrobius.
Michael de Medina.
Martinus Martinez.
Marcus Cato.

N

Nicolaus Dorbellis.
Nicolaus Lyranus.
Nicephorus.
Nicolaus de Nijssa.

O

Origenes.
Occam.
Oecumenius.
Orosius.
Orphæus.

P

Philo.
Pelbarc.
Petrus Aureolus.
Petrus Hispanus.
Plinius.
Plato.
Plutarchus.
Pausanias.
Plotinus.
Paulus Manutius.

Q

Quinctilianus.
Quintus Curtius.

R

Rupertus Abbas.
Ricardᵘˢ de Mediavilla
Ricardus de S. Vict.
Rauenas.

S

Scotus.
Scopus Biblicus.
Seneca.
Socrates.
Solinus.

T

S. Thomas.
Theodoretus.
Theophilactus.
Theophilus Alexan.
Tertullianus.
Tetelmanus.
Tataretus.
Terentius.

V

Vega.
Valerius Max.
Valeriana Vulgaris.

X

Xenophon.
Zeno,

RHETORICA CHRISTIANA,

AD CONCIONANDI, ET ORANDI VSVM ACCOMMODATA VTRIVSQVE FACVLTATIS EXEMPLIS SVO LOCO INSERTIS:


QVAE QVIDEM EX INDORVM maximè deprompta sunt historijs. Vndè, præter doctrinam summa quoque delectatio comparabitur.

AVCTORE.

R. admodum P. F. Didaco Valades totius ordinis Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ olim Procuratore Generali.

De definitione, & proprietatibus oratoris, ex veterum Sententia. Cap. I.

A



B

HETORICES præcepta (volente Deo) traditurus, facturum me operæ prætium existimaui, si oratoris Christiani, id est, Euangelici concionatoris definitionem atque institutionem quandam præambulam breuissimè tractarem; tùm ne omisso initio (quod cuiuscunque rei potissima pars est) atque illotis, vt ita dixerim manibus, protinus materiam tractationis aggredi videar, tùm quòd per magnam vtilitatem hinc ad lectores redundaturam arbitrer: nàm eo modo & libentius ad lectionem propositæ materiæ, accedent, & ad eius intellectum magnam fenestram patefactam habebunt. ORATOR

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid & qualis sit Orator 1. Orat. Lib. 1. insti.

itaque, a M. Catone (vt ex humanioribus initium sumamus) finitur, vir bonus dicendi peritus, quam definitionem Cicero, & Quintil. optimi dicendi magistri amplexi sunt. Duo enim ab oratore postulant, scilicet, quod sit,

C

Vir bonus, &
Dicendi peritus.

1. Aeneid.

Primùm verò, quod sit vir bonus, qualem videtur finxisse Virg.

Tum pietate grauem, & meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisq; auribus adstant.

Cic 2. offic Oratorē nisi virū bonum esse nō posse.

Nihil enim tam est inhumanum, quam eloquentiam à natura ad salutem & conseruationem datam, ad bonorum pestem, perniciemq; conuertere: nihil publicis priuatisque rebus perniciosius eloquentia, quæ malitiam instruxerit. Hac enim peruertuntur vrbēis, vitæ hominum labefactantur, detrimenta, calamitates, incommoda, & mortiferæ plagæ maximis ciuitatibus, & Rebus publicis infliguntur, dum, quæ disertè dicuntur, etiam verè dici putamus, quemadmodum contra, nihil eloquentia laudabilius, vel præstantius, quæ bonitate ornatur, quæ multas vrbēis constituit, plurima bella restinxit, firmissimas societates, sanctissimas amicitias, plurimas gratias, & maxima sæpe studia peperit, pacisque ornamenta retinet: vt minores interea fructus, (quos infinitum esset percensere) omittamus. Ornamentum maximum, ait Plato, Reipublicæ: Eloquentia Philosophorum. Vndè, rectè Cicero, post diuturnam cogitationem, ratione auctore, in hanc potissimum sententiam ductum se fatetur, eloquentiam sine sapientia nimium obesse plerunque; prodesse nunquàm, & infert hinc, Si quis omissis rectissimis, atque honestissimis studijs rationis, & officij, consumit omnem operam in exercitatione dicendi, is inutilis sibi, perniciosus patriæ ciuis alitur: qui verò ita se se armat eloquentia; vt non oppugnare commoda patriæ; sed pro his pugnare possit, is mihi vir; & suis, & publicis rationibus vtilissimus: atq; amicissimus ciuis fore videtur. Hoc Pythagorico prouerbio egregiè significatum est, scilicet, cibum in matellam ne immittas, quo admonebant, etiam atque etiam videndum, in cuiusmodi animum immitamus sermonem. Nàm, oratio cibus est animi. Is corrumpitur & putrescit, si in animum insyncerum inciderit. Atque hæc ex veterum sententia de priore eademque principaliore oratoris proprietate allata, amico lectori satisfactura spero. Habemus itaq; virum bonum, sequitur, vt dicendi peritum, quod secundum est, inuestigemus, eum post versus à me antea allatos, Virgilius his verbis describit.

Lib. de Repu. In prol. Rhet. eterum. Eloquentia sine sapiētia quid cōferat.

Oratio cibus est animi.

D

E

F

Ille

Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Nàm, cùm tres sint artes quæ circa sermonem versantur, vt, inse-
quentibus dilucidiùs patebit: Grammatica rectæ loquelæ,
rectèq; scripturæ scientia est. Dialectica quasi contracta, & adstricta
eloquentia putanda est. Rhetorica iusta eloquentia & quasi Dialec-
G tica quædam dilatata habetur. Vndè, huic eius substantiæ ma-
ximè conuenit finitio. *Rhetoricen* esse, benè dicendi scientiam. Et Rhet. defin.
quemadmodùm Plato summus philosophus, duplicem Rhetoricam
cognouit: philosophicam, qua, homines ad bonum Philoso-
phis cognitum, hoc est, ad morales virtutes excitarentur: & adulato-
riam, vilem, & abiectam: qua, lenocinijs quibusdam, populi alli
cerentur, & deciperentur: ita nobis Christianis, liceat non adula-
triam neque philosophicam tantum, sed Ecclesiasticam Rhetoricam
tradere: quę nihil contineat, quod Christi sponsa, & veritatis ma-
gistra Ecclesia non probet. *Ideo, Rhetorica* Christiana est, ars inuenien-
H di, tractandi, & disponendi omnia, quæ ad salutem animarum perti- Rhetoricæ Christianæ definitio.
nent: quæ Christianus orator consequetur: Docendo, mouendo,
& conciliando. Quare, rectissimè officium huius oratoriæ facultatis
affirmant ij, qui quædam eius rei præcepta nobis reliquerunt, *dicere*
appositè ad persuasionem, quod cum ex ipsius artis definitione, & alijs
quæ postea de eiusdem officio, de fine, de materia, de partibus dice-
mus satis manifestum futurum sit, hìc, tanquam concessum accipi
mus; ne verò quis eam rem tanquam parum vtilem contemnat, aut
vt inanem rideat, aut velut superuacaneam reijciat, paucis eius
I vsum, persequemur. Videmus itaq; in ijs quæ à natura producta De vsu artis Rhetoricæ.
sunt, quantò præstantiorem naturam habent, tantò propiùs ad hanc
virtutem accedere: Nàm, quædam vocis, & soni omnino expertia
sunt, quædam sonum habent, quædam etiam vocem. Et Herclè
Deus ille princeps, parens rerum, fabricatorq; mundi, nullo magis
hominem separauit à cæteris, quæ quidem mortalia essent, animali-
bus, quàm dicendi facultate. Nam corpora quidem, magnitudine,
viribus, firmitate, patientia, velocitate, præstantiora in illis mutis vi-
demus, ea minus indigere adquisitæ extrinsecus opis. Rationem igi-
tur nobis præcipuam dedit, eiusq; nos socios esse cum Angelis vo- Homo ratione Angelis fit socius.
luit. Sed ipsa ratio, neq; tam nos iuuaret, neque tàm esset in nobis
K manifesta, nisi, quæ concepissemus mente, promere etiam loquen-
do possemus. Homines enim, quibus negata vox est, quantum
adiuuat animus ille cœlestis? Relinquitur igitur, si nihil à Deo ra-
tione melius accepimus, nihil cultu, ac labore dignius esse, nihil op
tabilius, quàm præstare hominibus, quo ipsi homines cæteris ani
malibus præstant. At verò speciosè quidem illi de hac re verba fa
ciunt, dùm in perfecto oratore, (ita enim vocant,) non dicendi mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cic. ī proœ Rhe. nouo.

do eximiam facultatem, sed omnes animi virtutes exigunt. Non enim parum fructus habet copia dicendi: & commoditas orationis: si recta intelligentia, & distincta animi moderatione gubernetur. *Oratorem* itaque talem esse volunt, qualis, verè sapiens appellari possit, scilicet, moribus omnibus perfectum. Sed si vnum talem ab illis proferri iubeas, turpiter fateri coguntur, nunquam talem fuisse. L

Orator perfectus nõdũ inuentus.

De proprietatibus Oratoris Christiani. Cap. II.

Lactantius. Multis etiã sua facundia pestifera est.

VERITATE quidem instigante, coacti sunt fateri, quotquot eloquentiæ præcepta tradiderunt, non modo pestiferum, sed exitiosum esse oratorem virum malum, quamuis veram, hoc est, supernam, quæ à patre luminum descendit sapientiam, nescirent: multò itaque magis nos id ipsum sentire debemus, qui huius sapientiæ, & filij, & ministri sumus. Potuerunt autem à nobis permulta exempla oratorum (quales illi imaginati sunt) re ipsa adduci, qui & neruosius, & maiore sermonum vi, de qualibet re differere potuerint: quàm Cicero & Demosthenes, quos in fastigio eloquentiæ stetisse autumant. Vitæ autem, morumq; tanta probitate clari, quanta, ne per nebulam quidem, vnquam illis in mentem venire potuit: nunquam enim de vera pietate, in tot sinuosis voluminibus de bene dicendi arte scriptis, vel vnum gry dixerunt. Quamobrem nolentes, volentes, confirmare coacti sunt, nullum, quod equidem magis credo, aut rarum verum Oratorem fuisse. Cuius rei illam non insulsam fortè asserunt caussam. Nàm oratorem, inquiunt, in omni genere sapientiæ oportère persuadere: vt, quæ alibi didicit, cum splendore dicendi proferat: adeò, vt qui verum oratorem audit, scire & intelligere, plusquam cæteri, arbitretur. Ille enim, beneloquendi facundiam percipit: qui sinum cordis per rectè viuendi studia extendit: nec loquentem conscientiam præpedit: cum vita linguam antecedit. Quod vtiq; nisi diuersis sapientiæ, & scientiæ tutus illustretur, efficere non valebit. Quo enim pacto in sacris literis ille persuadebit, qui eas nunquam legit? Quovè in naturalibus, qui Arist. non vidit? Quo modo in moribus, aut iure ciuili perorabit, qui earum scientiarum, ne dixerim expers est, sed ne principia nouit? Ea de re, Cicero mirari desinit, paucos, admodum fuisse oratores, cùm eos, aut omnia, aut multa scire oporteat: quæ omnia homines complecti per quam difficile est. Hinc omnium Ecclesiarum doctor eximius August. ait, quendam sapientem dixisse, quia oratorem oportet non modo delectare, sed & docere, nec modo persuadere, vt flectat, sed vt vincat. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ M

Qualeo oratores Cic. & Demosthenes fuerint.

Perfecti oratoris vis.

Vita scientiã præcedat. Greg. lib 6. Moralium.

Oratorem oportet non mõ delectare sed docere.

N

O

fonte

P

fonte manantem, ait Hiero. de vltimis Hyspaniæ Galliarumq; finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat: vnius hominis fama perduxit. Constat itaq; parari. Quod quidem officium, nemo rectè vsurpare potest, nisi illi, qui CHRISTVM Deum cognoscentes, diuino spiritu adiuti, veriſsimam eius Religionem copiosè explicant, ijdemque soli eloquentes meritò appellari possunt: qui stultitiam existimarunt sapientiã huius mundi, quæ viribus proprijs, & ab humana industria excogitatis innititur; nulli veritati cedens, nisi quam syllogisticis rationibus se se ostendere posse confidunt: vt in præsenti Stemmate videre licet.

Quãtus quisq; sit Christianus orator.



Q 1. Mundus cum vnus sit, cuius existentia duabus virtutibus, motus scilicet, & quietis consistit. Qui secundum naturam maior aut minor esse non possit: stultitia est in ipso sperare, & non ad supremum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum eius motorem, & existentiæ causam, Deum, scilicet, in quo mouemur & sumus, mentem eleuare. 2. Licet Philosophi multa sci uerint: eorum scientia, quia absque veri Dei timore erat, quid illis profuit? Immo euanuerunt in cogitationibus suis, insipiensq; factum est cor eorum. Quia cognitio non facit sapientem, sed timor qui afficit. Melior est profectò humilis rusticus, qui Deo seruit, quàm superbus Philosophus, qui se neglecto, cursum cœli, stellarum magnitudinem, substantiam, motum, naturam, atq; fixationem considerat; quorum speculatio caligine non caret, quia eorum scientia sine charitate Dei & gratia: ideò retibus est inuolutus, quia præsentem vitam solum attendunt, & quæ futura sunt non præuident. 3. Perscrutentur huius mundi sapientes, inuestigent alta cœli, lata terræ, profunda maris, de singulis dimensionibus disputent, de cunctis pertractent, discant semper aut doceant. Et quid ex hac occupatione nisi laborem, & dolorem, & afflictionem spiritus inuenient? Varia enim sunt studia hominum, atque diuersa exercitia: Ideo varia instrumenta præsentia præ manibus habet. Vnus tamen omnium finis, & idem effectus, labor, & afflictio spiritus. Deficiunt ergò, scrutantes scrutinio, diebus ac noctibus somnum non capiunt eorum oculi. Et quantò plus laborant ad inueniendum, tantò minus inueniunt; quasi flos egreditur & conteritur & fugit velut vmbra, eorum prosperitas & cogitatio 4. Cito transit gloria mundi: Et quia parum de hoc curarunt per vanam eorum scientiam, & quia spem suam posuerunt in creaturis potiùs, quàm in Deo cito perierunt. Miseri sunt nisi vbicunque fuerint, & quocunque reuertantur ad Deum optimum maximum se conuertant: præter mundum & eius concupiscentiam inueniunt nihil. Videamus itaque & nos, quibus potissimum conditionibus, & proprietatibus, oratorẽ Christianum prædi tũ esse oportet. Ac me quidem diu cogitantem, veritas ipsa in hãc po tissimum sententiam ducit, eum non solum plena, & perfecta eloquentia armatum, verum etiam omni virtutum genere largè instruc tum & ornatum esse oportere. Neque verò illa mea sententia est, sed à seruatore nostro Christo profecta. Quisquis enim fecerit (inquit) simul ac docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Quibus consonant illa D. Pauli verba qui bene præsunt præsbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè ij qui laborant in sermone ac doctrina. Et Daniel: qui, inquit, docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Hac enim de causa eos Dominus sal terræ, lucem mundi, lucernam super candelabrum, ciuitatem supra montem positam, & pastores appellat. Idque vltimum, tanquam conuenientissimè prædicatoris officium denotans, ipse Christus sibi

Ber. Hom 23 super Cant.

Doctrina, & auctoritas cũ caritate cõ iuncta debet esse i oratore.

Christiani Oratoris ornatus.

Matt. 5. c. 19.

1. Tim. 5. c. 17

Dan. 12. 3.

R

S

T

V

vsurpauit

vsurpauit, cum ait, Ego sum Pastor bonus. Et vt melius considerare possis tibi ob oculos præsens stemma ponimus, in quo quidem considerare poteris insignem eius dignitatem, & maiestatẽ, quia non solũ per Prophetas & Apostolos, sed quod multo mirabilius est, quod idẽ ipse Prophetarum & Apostolorum dominus, in mundum venire, & per se munus hoc obire dignatus est. Cuius quidẽ declaratio talis est.



X A. Dominus Iesus bonus & verus ouium, quas ab æterno ad salutem prædestinauit, pastor est. In quo præcipuè notanda est immensa bonitas, vtpotè, qui non solum perditam ouiculam proprijs humeris susceperit, verum etiam, totum gregem, vt arctius huius charitatis immensitas fidelium cordibus infigeretur, sanguine suo pretiosissimo (quem in pretium simul & lauacrum fudit) potauit, eumq; spicis, & botris vuarum, quibus omnium sacramantorum summum denotatur cibauit; propterea quippè, quia dominus noster Iesus Christus corpus, & sanguinem suum in eius rebus commendauit, quæ ad vnũ aliquid rediguntur. Ex multis nanque granis, vnus panis efficitur: Y & ex multis racemis, vinum confluit. Baculum victoriam Christi,

Ioa. 1. Ro. 5.

S. Tho.

& suorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

& suorum, & diaboli confusionem denotat: quo mediante, ab omni nos eripit casu. B. Baptismus omnium sacramentorum Ianua sanguine Christi consecratus, quo sine, nulli salus, in quo Diaboli vitia submerguntur, & animæ fidelium mundantur, ac liberantur, nempè, à potestate Satanæ. Quia fons vitæ aquæ salientis in vitam æternam Christus effectus est, cuius desiderio sitiuit in eum omnis anima, & vbertate eius fluminis inebriari omnis terra concupiscit. Ideò significat inexhaustum fontem sanguinis dominici, quo omnium totius mundi, & omnium ætatum sitim restinguit, ad quem ipse omnes inuitauit, dicens: Bibitè, & inebriamini charissimi, & alibi: Bibite vinum, quod miscui vobis. Spiritualis enim dulcedo in suo fonte gustatur. C. Quatuor Euangelistarum testimonijs confortamur, & consolamur: ipsiq; clarissimè & euidentissimè omnia, quæ de catholicæ, & Christianæ Ecclesiæ capite, & fundamento, hoc est, de Christo & recta in Deum fide: quorum cognitio, & auctoritas in ipsis explicatur, nobis proponunt: figurarumque veterum velamen tollunt. D. Prouidentia & vigilantia prædicatorum, per canes excubatores, designatur. Quorum præcipuum in Ecclesia locum tenent quatuor mundi doctores, post sacros Apostolos, & Euangelistas, vt ex ipsorum insignibus apparet. E. Predicatores comparantur, primò, luci mundi, per doctrinæ veritatem. Quare necesse est sint acerrimi ingenio, suaues eloquio, sæcularis, & diuinæ literaturæ periti, in ecclesiasticis laboribus onerosi, in quotidianis disputationibus clari, in omni sua actione compositi, in fidei nostræ expositione catholici, in quæstionibus absoluendis acuti, in reuincendis hæreticis circumspecti, & in explicandis scripturis canonicis cauti. Secundò, cinitati, per paternam pietatem, & protectionem. Tertiò, lucernæ dignè supra candelabrum Ecclesiæ, propter vitæ exemplum positæ, quæ latè catholicis vrbibus de septiformilino pastum oleo letitiæ lumen effundens, densas, licet, hæreticorum caligines discutit: & lucem veritatis à confusion tenebrarum, splendore clarifici sermonis enubilat. Quartò, sali, propter vitæ sanctitatem. Quò præcordia nostra, ne possint sæculi vanescere errore condiuntur. Denique, ea est meriti, & dignitatis magnitudo, huic ministerio à Domino proposita, vt, quemadmodum virginibus atque martyribus aureola quędam (vt appellant) in cœlum reposita est: quæ in illis corruptæ carnis vigorem, in his verò inuictæ virtutis constantiam singulari quadam gloria remunerat. Ità, doctoribus similis aureola, & corona in cœlo parata est: propterea quòd non modò ipsi virtutis, & iustitiæ, propositum tenuerunt, sed alios etiam ad simile virtutis studium doctrinæ suæ, ministerio excitarunt: quæ res, inter clarissimas præcursoris Domini laudes, numeratur: quòd videlicet, multos filiorum Israel ad

Prouer. 9. a. 5 Caut. 5. a. 1.

Prædicatorēs quibus rebus comparētur

Secularis, & diuinæ scientiæ notitia, pp rerum sublimiū cratationē Christiano oratori necessaria.

Aureola datur prædicatoribus.

Z A B C

dominum

dominum esset doctrina sua pertracturus, vt doctè pariter & piè in suo ecclesiasticæ Rhetorices, nunquam pro meritis satis laudato libro, docet doctissimus simul, & pius Ludouicus Granatensis. Isthuc ipsum ita commodissimè efficiet, veritatem, deniq; arcana aperiendo populo, docendo piè, & innocenter viuere, errores turpissimos, pestiferas superstitiones, prauasq; consuetudines tollendo, ad piam, veram, diuinamque sapientiam Christianam Religionem homines compellendo, cognitione veritatis (quo nullus est suauior cibus) auditorum animos nutriendo. Neque hoc ingens beneficium in vnū aut alterum hominem, sed in omnes ad quos vox eius peruenerit, conferre nitetur. Neque solum utile existimamus ad ea, quę oratores dixère, sed ad religionem (qua nihil melius homini á bonorum omnium largitore Deo tributum est) inducendam, retinendam, & propugnandam. Atque his medijs uerum finem suum assequi poterit, qui est persuadendo augere regnum Dei, lucrari animas Christo, ornare sanctam Ecclesiam, minuere tyrannidem diaboli, animas Christi prętioso sanguine redemptas, ad æternam uitam, & beatitudinem excitare ueritatem tueri, & extollere, salutariaque consilia dare, verbo, & exemplo docere, pié, & innocenter viuere. Qui enim huiusmodi proprietatibus sunt ornati, si diuinitus ad nobilissimum illud munus vocati sunt, prouincias, & regna ad Christum conuertunt, hęreses extinguunt, seditiones sedant, concordiam pariunt, leges prescribunt, confirmant, ac etiam imprimunt in animis hominum: ità, vt meritò Ministri Dei, Internuntij, Angeli, Christi Legati apellari possint: quibus nominibus iure nominantur Apostoli, & qui in Apostolico munere docendi sine fuco, & ostentatione versantur. Christianus itaque orator non suam, vel propriam, sed Christi Iesu gloriam, quem prę oculis habere semper studeat, & corporis eius mystici, quod est Ecclesia vnanimiter catholica, ædificationem quærere debet. Non suam, inquam, quia nihil quod non ad solius Dei omnipotentis gloriam, ad huius solius laudem, ad huius solius confessionem spectet facere debere. Tùm diu noctuque meditari cœlestia, peruigilare, iugibus pręcibus instare, psallere Deo, sacras literas scrutari, interpretari, lucubrare, concionari, sanctissimè conuersari, ac denique ob catholicæ veritatis susceptam defensionem inprobissimorum hominum conuicia, mendacia, fastidia, minas, & violentas manus, & opprobria tollerare debere. Vnde S. Dominicus ordinis Prędicatorum auctor, & pater inclytus, interrogatus, qua ratione dicendo auditores in sui admirationem traheret, & tot animas concionibus suis Christo lucraretur, ea, quę dicebat, se reperire respondit in libello charitatis, in libello Spiritus Sancti. Quamobrem manifestum est, quod non proprium, sed Dei honorem quærere debeat

Verbi Dei proclamatoris quis finis.

Christianæ eloquentiæ vtilitas.

Prædicatorū Encomia.

Quid prætendere debeat Orator.

Exercitia Christiani Oratoris.

D E F G

B Christianus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christianus orator, cuius typum considerare stude.



A. Manus sub maxilla habet. Quia mens nostra, nullo modo, ad vim intimę contemplationis rapitur, nisi prius sopiatur. Nàm cùm contemplatio solùm pertineat ad viros perfectos, notat, quod sicut nobiles creaturę sunt situ altiores, lumine clariores, apparentia pulchriores, sicut patet de stellis, & syderibus, sic verè illi qui nobilitate morũ, & bonitate alios præcellunt, debent esse pulchriores in conuersatione, clariores in discretione, altiores & eleuatiores in contẽplatione. B. Angelicum erga homines obsequium significat. Sed ob celeritatẽ nobis imperceptibilem designandam depingitur alatus; licet, alarũ corporalium remigijs careat. Custosque singularis cuique hominum sigillatim tanquàm pædagogus quidam, & pastor ad uitam dirigendam semper adesse, ex sacris eloquijs perspicuum est. Nàm, docent viam Domini ignorantes, & à recta semita exorbitantes, abdita mysteria pandunt, nobisque abscondita reuelant. Vniuersis paroxismis congrua sanitatis cataplasmata applicare norunt Robustum,

Contempl'atio viris perfectis conuenit.

Angeli cur alati, & quã curã de nobis habeant.

bustum demùm, ac validum, in rebus gerendis, reddũt animum. Vnde, ante qualemcunque operationem: ad ipsum offeras distichon.

Angele qui meus es custos: virtute superna
Me tibi commissum salua, defende, guberna.

K C. Mundus est loco suo, sub pedibus, scilicet, quia est contemnẽdus cum omni eius concupiscentia, & soli adherendum Deo: Christianus enim orator totus in cœlestibus raptus, terrenis verò morturus debet esse. Quia sicut de superioribus venit pluuia, quæ est infenis considerationibus spretis, de superioribus imbribus debet animas irrigare. Vanæ enim literaturæ homines, & sæcularis, deorsum ad vanas mundi & cœlorum motus considerationes descendunt. Spiritus verò & voluntas virorum iustorum & rationabilium, superius
L ad cœlestium considerationes (quærentes quæ sursum sunt, & non quę super terram) ascendunt, tanquàm veri Dei amatores & imitatores. D. Speculum talis est naturæ, quòd imaginem quam recipit, statim ostendit: nescit enim aliquid celare. Ideò, speculum præsentem & à tergo reuerberãtem habet, denotans circũspectionem quam absque hypocrisim habere semper debet Christianus orator. Denotatq; mentis simplicitatem, carnis synceritatem, & ad bonum habilitatem operando secundum exemplar quod ibi relucet, quod est Christus.
E. Latratus, & morsus, impetus, & conatus, vincula, verbera, & reliM qua tormentorum genera scit despicere, cuncta calcare & contemnere, & quantò plures sustinet, tantò fortior & letior apparet. Exemplo aĕris, qui tunc apparet serenior, quando præcesserit aura maior. Fortunatior enim est, qui asperis non mouetur, quàm qui prosperis promouetur. Siquidem perfectus vir fortunæ duris casibus non succumbit, quinimmo, quantò magis grauia & difficilia sibi incumbunt & imminent, tantò fortius, & virilius in se ipso residet & resistit. Ad tales nanq; pertinet, nec perturbationi huiusmodi nec
N fortunæ, succumbere: Quia per Christi & mortis considerationem confortantur: considerantes quomodo reliqua omnia, tanquàm flos, mane florent & subito arescunt. Nec quidquam in mundi rebus putet esse perpetuum, sed caduca & breuia vniuersa quæ cernimus.

Oratorem necesse est varia scientiarum supellectile constipatum existere. Cap. III.

Qui sint idonei oratores.

OMnes literarum sacrarũ cultores, & maximè quidẽ prædicatores, vt cũ gloria & fructu munus suũ administrare possint ante omnia gratia Dei, instructos esse oportet, qua sine, omnis la-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Daniel. 11.

bor cũ pauco fœnore & fructu susciputur, nemo enim librum illum mysteriorũ Dei qui signatus est aperire potest nisi qui clausit. Vndè Hiero. græco & latino, insuper & hebræo eruditus eloquio, ait: scripturæ sanctæ difficultas maxima est, cuius intelligentiam absque Dei gratia, & doctrina maiorum sibi imperitissimi vel maximè vendicant. Adhibenti hoc studium datum est scientia abundantiorem fiecari, quia adhibet studium & mentem dignam. Ab eo autem qui non habet studium nec mentem, vt par est, adhibet, etiam tolli quod habere videtur. Hoc est, etiam si paruam quandam boni scintillam habeat, & eam non excitet & accendat: per spiritum & spiritualia opera extingui. Hoc non ignorabant sacri doctores: qui cum Apostolis à Domino petebant; Domine, doce nos orare, orãt tamen, vt ab eis amoueat velamen illud, quod contegebat faciem Moysis, vt possint scripturas intelligere; & Apostoli Dominum obsecrant, vt edisserat ipsis parabolam Zizaniorum agri. Et eunùchus reginæ Aetyopum, qui venerat adorare in Hierusalem, & reuertebatur sedẽs super currum suum legens Isaiam prophetam. Tunc dixit spiritus Philippo: Accede ad currum istum, accurrens autem Philippus, audiuit eum legentem Isaiam, & dixit, Putas ne intelligis quæ legis? Qui ait; quo modo possum nisi aliquis ostenderit mihi? Tunc Phillippus docuit ipsum, & in prophetis, præcipuè in Daniele & Zacharia, Angeli inferiores instruuntur à superioribus: & diuina oracula prophetis ipsi manifestant. Vndè Beatus Hiero. ab hac consuetudine non discedens, cum exposuisset insomnium prophetæ illius 390 dierum, supra latus sinistrum, & supra dextrum 40. dierum ait, difficilimam quæstionem & à nullo explanatam, non tàm nostri scientia quàm domini gratia exposuisse nos credimus, impleto illo, quod ille pollicitus est. Quærite & inuenietis, petite & accipietis. Nec hoc solum à nobis exigitur (quamuis sciamus S. Antonium & seruum quendã barbarum, nullo docente, literas plenè nouisse, teste Aug. sanctæ recordationis viro. Sed doctissimorum virorum diu terenda sunt limina, vt immensam diuinarum scripturarum difficultatem possimus emollire, vt fecisse nouimus Hiero. Basil. & reliquos illustres viros. Deindè, multarum artium maximè sacræ Theologiæ, & linguarum cognitione. Vtrunque igitur opus est ijs, qui studium suũ ad sacras adiungunt, vt & literis eruditi, & Christi numen propitium habeant. Vt elegantissimè colligitur ex eo Isaiæ loco. Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati: quem cum dederint scienti literas, dicent: lege istum: & respondebit, non possum, signatus est enim. Et dabitur liber nescienti literas, diceturque ei, lege, & respondebit, ne scio literas. Ex quo quidem loco planissimè liquet, nec sine literis, nec sine pietatis studio aditum patére ad sanctarum literarum intelli-

O

P

Q

R

gentiam

Luc. 11. a. 1. Oratio quã cum præitet ad intelligẽtiam. s. scripturæ.

Matth. 13. c. 36.

Act. 8. c. 31.

Angeli inferiores quomodo instruuntur à superioribus.

In Ezec. c. 4.

Matt. 7. a. 7. Marc. 11. c. 24 Luc. 11. b. 9. Ioa. 14. b. 13. & 19. c. 13. Iaco. 1. a. 6.

In proœ. lib. 1 de Doct. Scripturę authoritas quata sit.

Omnes Philosophiæ & Theologiæ partes oratori Christ. necessarias esse. 29. d. 12.

gentiam non posse. Quamuis tamen vtrunque necessarium sit, magnum est inter vtrunque discrimen. Vt enim aliquis, sine varia literarum disciplina, singulari quodam diuini spiritus afflatu scripturæ diuinæ intelligentiam consequetur, vt illi fuère, quemadmodũ est apud Lucam, quibus dedit Christus mentem, vt intelligerent scripturas; id tamẽ accidere, nulla ratione potest, vt sine spiritu Christi quisquam eas intelligat, quamuis sit omnibus disciplinis imprimis eruditus. Nisi enim is, qui librum obsignauit, eundem aperiat, nemo (inquam) illum explicare poterit, atque sapienter euoluere. Quia prius debemus discere & post docere. Vndè, videtur mihi, quòd regula prædicatorum optimè satis tradatur: 1. Esdre. 7. vbi dicitur, quod Esdras parauit cor suum, vt inuestigaret legem domini, & faceret, & doceret. Quibus ostenditur, quòd verbi Dei proclamator, debet voluptatem horrere: parauit, inquit, cor suum; cor enim prædicatoris debet esse paratum per puram intentionem, quia sicut vas corruptum, vinum ibi positum corrumpit, sic cor, vitijs infectum doctrinam & scientiam inficit & peruertit. Quia modicum fermentum totam massam corrumpit. Deindè, sollicite studere: inuestigauit, inquit, legem Domini. Nàm, sine studio eger est animus. Ideo sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens. Demùm, dictis, & factis implere: Docere, inquit, & facere. Cepit enim Iesus facere & docere, sicut etiam dicitur: Iudicum 7. Illi ad prælium fuerunt electi, qui aquam cum manu lambendo biberunt, & aquam prius manu quàm lingua tetigerunt: Sic illi ad prædicandũ contra vitia sunt accepti, qui aquam scientiæ & doctrinæ prius tangunt manu per operationem, quàm lingua per doctrinæ eruditionem. Quare, oportunè quidem hoc loco paucula mihi interponenda videntur, de necessaria propagatoribus doctrinæ christianæ omnium & maximè liberalium scientiarum notitia. Quod quidem animaduertas oportet in sequenti figura. Cuius quidem declaratio talis est.

S

T

V

Sine liberis, & pietatis studio nõ volemus, scilicet scripturam intelligere.

Prius debemus facere, & post docere.

Sine studio eger est animus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Deus qualiter sit Theo. subiectum.

Quæ cognoscantur per reuelationē & quæ per demonstrationem.

A. Præter Physicas disciplinas, altior scientia homini in ignorantiæ tenebras lapso pernecessaria fuit, vt Deum factorem suum agnosceret, quàm Theologiam proprio nomine appellant fideles. Ad hoc enim (vt D. Augustin. ait) proponitur nobis intuenda, vt, Deus qui nos creauit, & illam inspirauit, quæratur, cognoscatur & diligatur. Quo fit, vt Deum tanquàm subiectum primum, sub aliqua ratione spetiali contempletur. Nec practica, nec speculatiua, simpliciter, sed affectiua appellanda est. Dilectio enim supereminet scientiæ, & est maior intelligentia, & intrat dilectio, vbi foras stat scientia. Ideo igne circundatus existit. B. Duo sunt genera eorum quæ de Deo possunt principaliter cognosci: quædam tantum per reuelationem, vt, trinitas personarum, beatitudo nobis promissa, Incarnationis & redemptionis mysteria. Alia verò per demonstrationem, vt quod Deus sit vnus, sit immortalis & immobilis. Et cum Deus sit finis naturalis hominis, supernaturaliter tamen attingibilis: consequens est, vt hoc theologus, tanquam rerum diuinarum specula- X Y

tor à

tor à terrenis curis semotus aduolutus postulet à Deo. Atque ideo in habitu monachali ipsum ostendimus. C. Cùm hæc sit dignitas hominis, vt finem suum non possit naturaliter cognoscere: sequitur quod posthabitis philosophorum scientijs, quæ veluti flores pulcherrimæ conferunt ad Theologiam: Theologiæ vacare debet. Nàm, & si Philosophi multas de Deo cognouerint veritates, fuit per effectus & communia: non tamen quod esset trinus & vnus, atque ideo sub se illas omnes habet. Callere igitur optimè debet, post sacram Theologiam, quæ sola inter omnes scientias domina est, & ei omnes aliæ ancillantur & sola ipsa remanet, vt dictum est, omnes liberales artes vtiles ad instituendos homines, & necessaria admodum scientiarum genera; de quibus Clemens Alexandrinus ait; Quemadmodum liberales quæ in circulo stant disciplinæ, conferunt ad Philosophiā, quę est ipsarum domina, ita etiam ipsa Philosophia cōducit ad comparandam sapientiam. Est enim Philosophia exercitatio, sapientia verò, scientia rerum diuinarum atque humanarum, & causarum ipsarum. Est enim sapientia domina Philosophiæ sicut ipsa Philosophia, eius quæ prius auditur, disciplinæ, nempè, Logicæ aut Rhetoricæ, Et vera illa artificiosa apis Dei August. Disputationis, inquit, disciplina ad omnia genera quæstionum, quæ in literis sanctis sunt pertractanda, ac dissoluenda plurimum valet, sophistica tamen caueuenda est. Et D. Hiero. ad Paulinum cum loquitur de libro Iob, inquit, omnes leges Dialecticæ propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat. Denique debellator hęreticorum August. contra Cresconium Grammaticum id probat multis testimonijs ex scriptura desumptis, vt ex illo act. cum loquitur de Paulo, Disputabat cum Iudæis in Synagoga, & gentibus colentibus in foro. Et paullo post, sedens verò quidam adolescens, nomine Eutychus super fenestram cùm mergeretur somno graui, disputante diu Paulo ductus somno, cecidit de tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus. Nonne alijs diuersis in partibus suarum epistolarum D. Pau. disputat? Maximè in illa quæ est ad Romanos. Vbi disputat, & rationibus confutat partiū argumenta: Quā disputationē in quinq; partitus est hypotheses, siue propositiones. Quarū prima est, de vi & efficacia prædestinationis immobili. Prædestinatis, scilicet, omnia cooperari in bonum, nec illis creaturam vllam Christi Charitatem posse eripere. Vbi dicit. Scimus autem. c. viij. 2. deprædestinatio nis veritate. Nihil infirmari certitudinem prædestinationis, quòd non omnes filij Israël ad fidem sint vocati. Promissio enim quę facta est Abrahæ, aut Iacob, non de omnibus eorum filijs secundum carnem, sed de quibusdam intelligi debet, qui etiam sunt vocati. Id quod ex duabus ostendit sacræ scripturę auctoritatibus à principio

c.9.

Hominis dignitas.

Orator. 7. liberales artes callere debet. Capitis coniuratio. Strom. 1.

Philosophiæ definitio.

Lib. 2 de doct. c. 31, & 32.

Quod Dialectica emolumetum afferat ad intelligendū scripturas. 17. d. 17.

Act. 20. b. 9.

Geor. eder. lib. 4. par. Theo. tab. 54. Argumenta. Pau. de Electione Dei gratuita, & prædestinatione diuina

Universidad de Deusto
Biblioteca

c.9. vsque ad vers. Nunquid iniquitas 3. De prędestinationis, ac reprobationis æquitate. Neque verò prędestinationem, vel reprobationem Dei esse iniquã quod alios elegit, alios reprobauit ex iudæis & gentibus. d. vers. Nunquid iniquitas? eod. Quarta de causa ob quam iudęi fuerint reprobati: Quam statuit duplicem. Vnam primariam, quæ fuit, quod offenderint in lapidem offensionis & petram scandali, scilicet, in Christum. vers. Quid ergò dicemus? vsque in finem. c. 9. Et alteram immediatam, quòd propriam iustitiã prætulerint iustitiæ Dei: suam iustitiam usque adeò zelantes, vt Christum recipere noluerint. Id verò illis accidit, quòd emulationem quidem legis habuerint, sed non secundum scientiam c. 10. per tot. Quinta qua in spetie respondet gentiliũ obiectioni postremæ: gentem, videlicet, iudaicam propter reprobationem eius non esse contemnendam: tùm, quòd multi ex iudęis fuerint vocati & electi, inter quos Paulus & se & alios numerat discipulos. c. 11. in princ. Etsi maior pars iudęorum excæcata sit, reliquisse tamen sibi dominum complures, qui salui fierent. ver. an nescitis quia in Elia eod. Reprobatio iudæorum, gentium fuerit salus, ac ob id metuẽdum sit gentibus, ne & ipsi aliquando excidant. vers. nunquid sic offenderunt? eod. vbi ait, propter incredulitatem fracti sunt, tu autem side sta, noli altum sapere, sed time. Iudęis cæcitas illa ex parte tantùm, & ad tempus acciderit, in posterum verò futurum, vt cũ plenitudo intrauerit gentium, saluus fiat omnis Israël vers. sed & illi si non permanserint. Incomprehensibilia sint humano generi iuditia sapientiæ & scientiæ Dei, & inuestigabiles viæ eius. vers. ò altitudo, vsque in finem c. 11. Et in psalmo, suauis sit illi disputatio mea: & apud Isaiam: & venite & arguite me, dicit dominus. Possem hoc in loco, cæterarum omnium disciplinarum clara & non leuiter pressa vestigia (nisi me ad se maiora quæ molior vocarent) ex diuinis libris ostendere; vt ex Homeri poẽsi Strabonem fecisse legimus, attamen id facere omitto. Nàm, quis non videt quam frequẽter Geometrica inculcet, vt in diuisione agrorum terræ promissionis, & in fabricatione arcæ & in Ezechielis templo? Quin & Arithmetica identidem infarcire non cessat, vt in Numeris, & mixtim in tota scriptura. Nec ab Astronomia abhorret veluti cum de figura cœli, & de eius agitatione & vertigine, & de quatuor cœli plagis, sermo instituitur. Rhetorices autem ornamenta, & figuras dicendi numerare, relinquo, cùm dicat B. August. in lib. de Doct. Christ. se facile posse ostendere omnia ornamenta illius artis in scripturis inueniri. Iàm verò de animantium, arborum, lapidum naturis, quid attinet dicere, cum nihil magis legentibus obuium sit?

D E F G

Rhetorices ornamenta reperiuntur in scripturis sanctis.

De libe-



Universidad de Deusto
Biblioteca

De liberalium artium numero. Cap. IIII.

H

OStendamus iam paucis oportet, liberalium artium numerum, quæ quidem septem esse liquet ex iam dictis, & in duo genera diuiduntur, quia primæ tres primariæ artes vocantur, vel prima sciendi elementa, vt præpositum stemma demonstrat.

Prima Grammatica, quæ veluti clauis, & mater est aliarum artiũ. Secunda Rhetorica aliarum scientiarum ornamentum, ideò flores sparsos, & manus deductas habet, phylacteriaque dilatat. Tertia, est Dialectica, hanc Salomon omnium sapientissimus addiscendã admonet, dum nos hortatur vt intelligamus sermones prudentiæ, versutiasque verborum, nec non parabolas, & obscurum sermonẽ, & dicta sapientum simul & ænigmata. Ideò stateræ & foliis assimilatur. Nam etsi aduersarium vicerit, non fructum sed verborum folia consequetur: & sicut statera verum a falso dijudicat, non aliter Dialectica & Logica. Quatuor verò Mathematicæ vocantur, quia per certas demonstrationes quantitatis tàm continuæ, quàm discretę docent. Has Philos. Metaphysicæ connumerat, & cum illa conueniunt, quia vtraq; considerat quantitatem continuam, sed diuerso modo, Metaphysicus enim considerat de omnibus quantitatibus prout sunt entia, vt ait Philos. sed Mathematicus considerat de quantitate, vt de subiecto, & de illa principaliter agit, illamq; demonstrat. Et quia quantitas multiplex est, aut saltem quadruplex, ideo quatuor sunt Mathematicæ, scientiæ. Prima enim & nobilissima quantitas est, circa dimensionem omnium cœlestium corporum, in se, & inter se, per distantias & dimensiones ad inuicem, etiam respectu motus, & situs illorum, & circa istam quãtitatem versatur Astronomia. Alia est quantitas respectu auditus, circa sonos & voces. Nàm, humana curiositas videns in sonis esse delectamentum, quæsiuit causam eius, vt sibi posset per artem tales delectationes facere, & continuare, vt dicit Boeth. vndè, docuit quantitatem vocum sub vna concordia & consonantia sonorum coniungere & in vna proportione numerali deducere, & hanc proportionem, & quantitatem sonorum vocamus Musicam. Tertia quantitas respectu numeri versatur, quæ dicta est Arithmetica, id est, ars numerandi: quia considerat quantitatem numeralem, & proprietatem eius, vt ait Isidorus. Hæc certè ars magnæ virtutis est, quia nulla aliarum trium indiget, aliæ verò hac plurimum indigent, vt Boet. ille integerrimus Philosophus ait, Quarta verò quantitas versatur circa mensuram, quæ dicta est Geometria, id est, mensura terræ: quæ ortum habuit secundũ Alfarabium in Aegypto. Cùm enim post Nili inundationem possessiones

I

K

L

Pro. 1. a.

De Mathematicis scięti-jis.

4. Meta.

Astronomia

Musica.

1. Musicæ.

Arithmet. Li. 1. Actym. c. 2. & li. 3. c. 1

Geometria.

M

sessiones omnes obducerentur limo, ad hoc, vt deinceps possessiones stabili dimensione distinguerentur, cæperunt terram lineis & mensuris metiri, & partiri, vt sic certi limites ponerentur in possessionimen accepit, quæ Geometria dicitur, postea verò, creuit inquisitio eius, & deuentum est ad lineas & circulos, & triangulos, & cæteras figuras ad eiusdem artis perfectionem. Quoniam igitur de supradictarum artium subiectis frequentes deliberationes incidunt, earum ratio oratori Christiano tenenda est.

N

Qui futuri sint idonei Christianæ Rhætorices auditores. Cap. V.

QVoniam colligenda & accommodanda sunt aliqua præcepta, quæ doceant cælesteni, ac sanctam eloquentiam: quorum cùm sit magistra (vt est, salutarium omnium præceptorum) sponta Christi sancta mater Ecclesia, Ecclesiasticam, ac Christianam Rhetoricam constituent. Hanc diuinam potius quàm humanam dicendi facultatem (& si Spiritus sanctus sine vlla doctrina, & labore interdum solet suggerere) obseruatione tamen sermonum, quibus sancti homines eodem spiritu afflati Christiano populo profuerunt percipi & in artẽ redigi posse nemo negauerit. Quare, nõ abs re fore arbitror, hoc in loco de officio auditoris, primõ differere, præsertim, cũ hæc quæ illustrãda suscepimus, nisi ad vitæ actiones, veluti ad scopũ, se cõferant, nõ solũ emolumento, ac vtilitate carebunt, sed noxia & pernicioſa euoluentibus euadẽt. Quippè, iuxta sententiam D. Pe melius esset illis viam veritatis non cognouisse, quàm post eam cognitam ab ipsa deflexisse. Et primum illis scripturarum lectio inutilis futura est, qui se totos mundo dediderint, ac affectibus carnis seaddixerint, quando sapienti nihil alienum: nisi quod virtuti incongruum. Item præco verbi Dei insignis Cyrillus lib. 1. contra Iuliaenum Augustum: Non fuit, inquit, Philosophis concessum videre ea, quæ mentem & sermonem nostrum excedunt. Cùm omnipotens Deus adhuc, nec lucem in mentem eorum misisse, nec sapientiam indidisse, nec linguam direxisse, nec ineffabile quiddam de se, vt capaces essent, vel sentire, vel loqui concesserit. Nec enim passim omnibus ea gratia conceditur. Illis autem potius, qui fuerint à carnis affectibus & terrena immunditia liberati, menteq; integri, ac scientes veræ pietatis opera, & ad hoc nos prouocat Deus per vocem Dauid. Vacate & videte dicens, quoniam ego sum Dominus. Quin & Dominus Beati, inquit, mundo corde quia ipsi Deum videbunt. Qui vult igitur sapiens, ac beatus esse: audiat Dei vocem: discat iu-

O

P

Q

2. c. 2. d. 20.

Lect. 5. scripturę quibus sit inutilis. Amb. Epist. 36. ad Cõstã.

Psal. 45. Matt. 5. a. 8 ps 23 a. 4. Lib. 3. Didascal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtitiam: ſacramentum natiuitatis ſuæ noſcat: humana contemnat: diuina ſuſcipiat: vt ſummum illud bonum ad quod natus eſt poſsit adipiſci. Nàm, omnis ſapientia hominis in hoc vno eſt: vt Deum cognoſcat & colat. Hoc noſtrum dogma, hæc ſumma eſt. Quanta itaq; voce poſsum teſtificor, proclamo, denuncio, hoc eſſe quod philoſophi omnes in tota vita ſua quæ ſiuerunt, nec vnquam, comprehendere, valuerunt, quia religionem aut prauam continuerunt, aut totã penitus ſuſtulerũt. Non ergò pigeat ad percipiendã ſapientiæ diſciplinam audiendi, vel legendi, pacientiam commodare. Tria enim ſecundum Hugonem ſacræ Theologiæ ſtudioſis ſunt neceſſaria, natura, ſcilicet, exercitatio, & diſciplina. Quibus efficitur, vt facilè audita percipiant, & percepta firmiter retineant, labore & ſedulitate naturalem ſenſum excolant, laudabiliter viuentes, mores cum ſcientia componant. Hinc Galen. in ſtudioſo homine ſeptem deſiderat neceſſaria ad omnium rerum inquiſitionem & cognitionem. Primùm, ſcilicet, ingenium ſagax, & docile. Deindè, aſſuefactionem & exercitationem ab ineunte ætate in omni diſciplinarum genere. Tertiò, aſsiduitatem. Quartò, vt, præceptores audiat præſtantiſsimos, & celeberrimos. Quintò, inexpiebile deſiderium veritatis. Sextò, cognitionem eius methodi & normæ, qua verum diſcernitur à falſo. Vltimò autem, exercitium & vſum eiuſmodi methodi. Videtur ſanè diuina natura non corporalibus, ſed intus abſconditis oculis animi; & Damaſce. ait, Nos qui docendi gratiam non ſumus adepti (quandoquidem nos ipſos indignos fecimos ipſa, voluptatum perturbatione) de illis ſaltem quæ in prophetis tradita ſunt diſputemus. Deniq; Athanaſius ille vita & ſermone circumſpectus Eccleſiæq; fundamentum lib. de incarnatione ſcriptum reliquit: Qui theologorum conſequi intelligentiam cupit, abluere prius animam debet atq; detegere, & per vitæ morumq; ſimilitudinem ipſos audire ſanctos, vt voto atque inſtituto illis coniunctus, ea etiam quæ illis Deus reuelauit, intelligat, atque vt vnus ex illis effectus, effugiat peccatorum periculum, & ignem eis in die iudicij præparatum. Recipiatq; repoſita ſanctis in regno cœleſti præmia, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit; nec in cor hominis aſcendit. Sacræ igitur ſcripturæ cognitio, facilis fiet tribus modis. Iuſta & idonea rerum & verborum interpretatione; ſtudio atque diligentia, quæ conſiſtit in lectione; Meditatione, oratione, & exercitatione, vt ſuperius tetigimus & inferius dicetur. Ordine doctrinæ, ſeu via docendi diſcendiq; ratione quadã atque methodo: qua & obſcura pleraq; facilius intelligere, & difficilia commodius inueſtigare, atq; etiam ex ijs quæ prima fronte videntur minutiſſima, ingentem multi variæ poſſint & ſapientiæ & pietatis colligere theſaurum.

De rebus ad comparãdã diuinarũ literarũ ſcientiam neceſſarijs.

R

Viſio Dei abſconditis oculis fit. Lib. 1. fidei Ortho. c. 3.

S

T

Sacrę ſcript. cognitio quo modo facilis fiat.

Literæ

Literæ humanitatis quid vtilitatis afferant ad intelligentiam ſcripturarum. Cap. VI.

V

STudioſa conſideratione animaduertendum eſt, eſſe aliquos, qui ab his diuinis myſterijs literarum humanarum ſcientiam tollentes eam contemnant, eò quod incircunciſos turpe ſit in Eccleſia Dei intromittere. Tamen, non omittam viam & rationem, qua fructus non contemnendos, tùm ad intelligendum diuinas ſcripturas, tùm etiam ad conformandos & componendos mores noſtros indè excerpere poſſimus. Lege iubar illud Eccleſiæ B. Auguſt. vbi hęc ad literam ſcribit. Philoſophi, inquit, ſi qua fortè vera & fidei noſtræ accommoda dixerunt, maximè Platonici, non ſolum formidãda non ſunt, ſed ab eis etiam, tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus in

X

vſum noſtrum vendicanda. Sicut enim Aegyptij non ſolum idola habebant, & onera grauia, quæ populus Iſraël deteſtaretur & fugeret, ſed etiam vaſa & ornamenta de auro & argento, & veſtẽ, quæ ille populus exiens de Aegypto, ſibi potiùs tanquam ad vſum meliorem clanculo vendicauit, non auctoritate propria, ſed præcepto Dei (ipſis Aegyptijs neſcienter commodantibus) ea, quibus, non benè vtebantur. Sic, doctrinæ omnes gentilium, non ſolum ſimulata figmenta graueſque ſarcinas ſuperuacanei laboris habent, quæ vnuſquiſque noſtrum, duce Chriſto, de ſocietate gentilium exiens debet abominari atque deuitare. Sed etiã liberales diſciplinas vſui

Y

veritatis aptiores, & quædam morum præcepta vtiliſſima continent deq; vno Deo colendo nonnulla vera inueniuntur apud eos, quod eorum tanquam aurum & argentum, quod non ipſi inſtituerunt, ſed de quibuſdam quaſi metallis diuinæ prouidentiæ, quæ vbiq; infuſa eſt eruerunt. Et quò peruerſè atq; iniuriosè ad obſequia dęmonum abutuntur, debet eis auferre Chriſtianus ad vſum prædicandi euangelij. Nonne aſpicimus quanto auro & argento & veſte ſufarcinatus exierit Cyprianus doctor ſuauiſſimus & martyr beatiſſimus? Quantò Lactantius? Quantò Victorinus & Hilarius? Quod

Z

prior ipſe fideliſsimus Dei famulus Moyſes fecerat, de quo ſcriptum eſt, quod eruditus fuerit in omni ſapientia Aegyptiorum, Et Oecumenius loquens de ipſo Moyſe ait, Ex hoc manifeſtum eſt non reijciendam eſſe omnem externæ ſcripturæ eruditionem à Chriſtianis, vt garriunt hęretici. ſiquidẽ encomij vice dictũ eſt, quod Moyſes eruditus eſt in omni ſapientia Aegyptiorũ. De tribus quoq; pueris, ac Daniele dicitur, quòd ſuper omnes eminebãt, Chaldæorũ ſapientia, cæterisq; ſcientijs. Oportet autem ex parte illis adhærere, eos qui ſcripturę diuinitus inſpiratę inmorantur. Origenes quoq; eruditio, inquit, iſta communis rationabilis ſcientiæ, omnes inſtruit, omnes fouet, ſi quis in ea virilis animi fuerit, & voluerit cœleſtia

Lib. 2. de doct. c. 40. Philoſ. dicta tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus vendicanda.

Diuina prouidẽtia vbiq; infuſa eſt.

Studiũ liberalium diſciplinarũ non eſſe Chriſtianis inutile aut à Scholis explodendum. c. 2. c. 40. Homil. 2. in Exod.

quærere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quærere, & diuina sectari, veluti medicatus & fotus per huiusmodi eruditiones, ad diuinorum intelligentiam paratior venit. Præterea. Hiero. homo doctissimus & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Græco, sed ex Hebræo in latinum eloquium easdem scripturas conuertit, ait, sapientiæ secularis typus in Deuter. sub mulieris captiuę, figura describitur, de qua diuina vox præcipit, vt si Israëlites eam vxorem habere voluerit, caluitium ei faciat, vngues præsecet, & pilos auferat, & cum munda fuerit effecta, tunc transeat in victoris amplexus. Hæc si secundum literam intelligimus, nonne ridicula sunt? Itaq; & nos. fácere solemus quando philosophos legimus, quoties in manus nostras libri veniunt sapientiæ secularis. Siquid in eis vtile reperimus, ad nostrum dogma conuertimus. Si quid superfluum, de idolis, de amore, de cura sæcularium rerum, hæc radimus, his caluitium inducimus, hęc in vnguium morem ferro acutissimo secamus. Discimus à Dauid extorquere de manibus hostium gladium, & Goliæ superbissimi caput proprio mucrone truncare. Discimus à Paulo. Act. 17. vel in scriptionem fortuitam arte torquere in argumentum fidei, & quæ in alium vsum scripta sunt, ea ad emolumentum Ecclesiasticæ doctrinæ conuertere. Discimus cum Daniele & Mose Chaldæorum Aegyptiorumq; sapientiam, si non vt sequamur, at, vt iudicemus atque conuincamus. Vndè. & Apostolus prohibet, ne in idolio quis recumbat. Deiser ille & magnus in diuinis Basilius copiosè etiam in homil. ad adolesc. docet, quomodo ex libris gentium quis vtilitatem capere possit. Vbi inter alia hæc scribit. In libris gentilium, veluti in vmbris quibusdam & speculis, oculos nostros aliquandiu exercitabimus, eos imitantes qui in gymnasijs se exercent, & manu, pedeq; instructi, postmodum vtilitatem, ex eius artis disciplina, legitimo certamine referunt, & nobis quoq; proponi certamen maximum arbitrari oportet, & omnibus viribus ad huius præparationem laborandum. Ideò omnibus scriptoribus vtendum, è quibus nobis ad animæ ædificationem aliqua obuenerit vtilitas. Vt enim tinctores, qui medicamentis quibusdam rem tingendam præparãt, atque ita demum colorem quem cupiũt, inducunt: Sic & nos nisi prius purgati externis his, sacras disciplinas non facilè attinge nus. Quamobrem si nostrorum sermonum, ac gentilium nulla est conuenientia, nobis illorum notitia valde cõfert, sin minus, eos saltem simul conferendo, differentiam discernere licebit, cum ad melioris delectum non parum comparatio inferioris faciat: & inferiora sæpe collata potioribus sint ornamento. Veluti plantis quibus propria virtus est fructu scatere pulcro, folia nihilominus ramis coniuncta quoddam afferunt ornamentum. Sic & anima, cui præcellens quidem veritas fructus est, non ab re tamen exteriore sa-

Ad Damas. leut. 21. de fil. prod.

Ab optimo quoq; discendũ esse, & haurièdum ex omnibus.

Dicta & facta præclara cognoscẽda, & virtute præditorum exempla sequenda.

1. cor. 8. c. 10.

Facta & actiones gentilũ nõ tectãda, sed consilia eorum æstimanda.

pientia circundatur, sicut folijs quibusdam, vmbram fructui, ac aspectum non iniucundum præbentibus.

Quo animo Theologiæ studiosus humanis scientijs vtetur. Cap. VII.

HActenus docuimus profanas disciplinas non esse inutiles. Nũc quo modo illis utamur, dicendum. Primùm, non omnibus, quæ dicunt poëtæ mentẽ adhibendam, sed eis tantum, quæ bonorũ hominum facta nobis enarrauerunt. Nàm, quando ad nefarios homines veniunt, hæc vitare, his aures obstruere, non minus quàm Vlisses ad cantus sirenum. Nàm prauis assuescere sermonibus, via est ad rem ipsam. Deinde, artem mentiendi oratorum non imitabimur, sed ea magis recipiamus, in quibus virtutem laudauerunt, vel uitium uituperauerunt. Veluti enim flores hominibus quidem usq; ad odorem, vel colorem usus est, apes autem ex ipsis mel excerpere nouerunt. Sic, qui diligentes in legendo sunt, non solum quod dulce, iucundumq; fuerit in eorum libris persequuntur, sed quandam ex eis utilitatem animo referre inuigilant. Veluti enim apes non omnibus floribus similiter insidunt, ut est apud Lucretium.

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant:
Omnia nos itidem decerpsimus aurea dicta.

Neque ex eis ad quos accedunt omnia auferre contendunt, sed quantum eis ad mellificium necessariũ fuerit cõprehendentes, reliquum dimittunt. Nos etiam, vt sobrij quantum congruum nobis veritati visum fuerit, persequamur, reliquum prætermittamus. Et sicut, legendis rosis sentes vitamus, sic, in talibus sermonibus, quidquid est vtile carpentes, noxium vitemus, & quando per virtutem ad veram vitam ascenditur, & illa à philosophis præcipuè docetur, talibus sermonibus maximè vacandum. Vtilis etiam labor est euoluendi gentium libros ad confirmandum nostra, quia ex inimicis testimonia desumpta digna sunt, ut illis fides adhibeatur, vt Basilius ille magnus Homil. de humana Christi gene. & Homil. viij. Exam. inquit, quia quemadmodum vites clauiculis sustentantur, ita fides ex externis disciplinis fulcitur. Nàm, quis non credat Plinio ad Traianum de nobis, hoc est, Christianis scribenti. Affirmabant hanc fuisse summam, vel culpæ suæ, vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem, conuenire, carmenq; Christo, quasi Deo dicere secum inuicem, seque sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent, quibus peractis, mo

Probatis scriptoribus quantum auctoritatis deferendũ sit.

li. 10. Epist. 317.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem sibi discedendi fuisse, rursumque coeundi ad capiendum cibũ, promiscuum tamen & innoxium: & illud testimonium de Christo quod attulit Iosephus quis non suscipiat, nisi prorsus sit infensus nomini Christiano? quod & apud Hiero. lib. de viris illust. legere poteris. De hac re lege Gratianum in Decretis & Hiero. in epist. ad magnum oratorem: vbi multis testimonijs ex prophetis & apostolis allatis, probat multa ipsos ex gentium libris decerpsisse, quorũ exemplum secuti viri ecclesiastici idem postea crebro factitarunt, vt Theodoretus, & Eusebius, & August. quemadmodum in exemplis in medium allatis postea manifestius fiet. K

Lib. 18. anti qui c. 4. dist. 37.

In 10. lib. de cura græc. affectio.

De necessaria bene loquendi facultate prædicatoribus. Cap. VIII.

ET primum quidem hoc demonstremus, quod in maiori dubio versatur. Concionatori nihil non agendum, vt benedicendi facultatem consequatur, postea qualem eius orationem, vitamque esse oporteat, ostensuri. Cum igitur per artem Rhetoricã, & vera suadeantur, & falsa, quis audeat dicere aduersus mendacium in defensoribus suis inermem debere consistere veritatem? vt, videlicet, illi qui res falsas persuadere conantur, nouerint, auditorem, vel beneuolum, vel intentum, vel docilem, proœmio facere, isti autem non nouerint? illi falsa breuiter, apertè, verisimiliter & isti vera sic narrent, ut audire tædeat, intelligere non pateat, credere postremo non libeat? Illi fallacibus argumentis ueritatem oppugnent, asserant falsitatem: isti nec uera defendere, nec falsa ualeant refutare? Illi animos audientium in errorem mouentes, impellentesq; dicendo terreant, contristent, exhilarent, exhortentur ardenter, M isti pro ueritate lenti frigidiq; dormitent? Quis ita desipiat, vt hoc sapiat? Nam (vt inquit D. Gregorius) Præconis officium suscipit, quisquis ad sacerdotium ascendit, vt ante aduentum iudicis qui terribiliter sequitur, ipse, scilicet, clamando gradiatur. Collocutionis corda torpentia excitat plusquam lectionis: & quasi quadam manu solicitudinis, vt vigilent pulsat. Sacerdos ergò, si prædicationis est nescius: quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Ideò optimè B. Greg. exponens illud Iob, si fructus terræ comedi absque pecunia, ait: fructus etenim terræ absq; pecunia comedere, est ex Ecclesia quidem sumptus accipere: sed eidem Ecclesiæ prædicationis N prætium non præbere. Terræ igitur fructus absq; pecunia comedit, qui Ecclesiæ commoda ad vsum corporis percipit, sed exhortationis ministerium non impẽdit. Quid ad hoc nos pastores dicimus, qui

Rhetorica docet vera, & iusta persuadere: & cõtraria horum fugere. Magna debet esse eloquentia, quę in initio placeat. L

Sacerdotis munus est prædicare.

aduentum

aduentum præscripti iudicis præcurrentes, officium quidẽ præconis suscipimus: sed Ecclesiastica elementa muti manducamus: exigimus quod nostro debetur corpori, sed non impendimus quod sublectorum debemus cordi. Vndè, Hiero. in Leui. & Canonizatur, d. 37. c. si quis vult: ait, si quis vult Pontifex esse non tàm vocabulo, quàm merito imitetur Moysen, imitetur & Aaron: quid enim dicitur de eis? Quod nõ discedunt de tabernaculo domini; ergò Moyses indesinenter in tabernaculo domini. Vtin ilẽmatę hoc videbis.



Universidad de Deusto
Biblioteca

Capitis continuatio, & figuræ declaratio. Quid autē ei opus erat aut à Deo aliquid dicere, aut ipse populum doceret. Hæc duo sunt Pōtificis opera, vt aut à Deo discat legendo scripturas diuinas, & sępius meditando, aut populum doceat: sed illa doceat quæ à Deo ipse didicerat, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quæ Spiritus Sanctus docet. Hinc est enim, quod super pastores primos, in linguarum specie spiritus incedit, quia nimirum, quos repleuerit de se, protinus loquentes facit. Hinc magno legifero Moysi præcipitur, vt tabernaculum sacerdos ingrediens, tintinabulis ambiatur, vt videlicet voces prædicationis habeat, nec superni spectatoris officium ex silentio offendat. Scriptum quippè est, Audiatur sonitus quando ingreditur, vel egreditur sanctuarium in conspectu domini, & non moriatur. Sacerdos nanque ingrediens, vel egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur, quia iram contra se occulti iudicis exigit si sine sonitu prædicationis incedit. Quandoquidem igitur de veteris legis summo sacerdote ad exemplum euangelici proclamatoris diſſerimus, in præsentia agendum occurrit de eius ornatu: singulæ enim vestes spirant cœlestia sacramenta. Sed quatuor illis dimissis, tàm sacerdotibus minoribus, quàm principi sacerdotum communibus, brachis siue femoralibus scilicet, ad cooperiendum turpitudinem carnis, per quam significatur castitas. Byssina sindone duplici decēter corpori coaptata: quę ad talos vsque descendere debebat, ad conuersationis honestatem significandam. Baltheo lato: per quod rationis moderatio superflua restringentis significabatur: atque simplici tyara in capite: per quā intentionis rectitudo vt, scilicet, omnia fierent ad Dei gloriam & honorem designabatur. Agendum iam iam est de summi sacerdotis vestibus. Summus itaque sacerdos hiacintina tunica, id est, colore cœlestis induebatur in modum Dalmaticæ facta, cōuersationem oratoris Christiani, quæ iuxta Pau. sententiam in cœlis debet esse, significans. Habet autem pro fimbrijs perseuerantiæ, & durationis. 72. tintiuabula aurea: quibus erant inmixtæ totidem nastuli, quasi mala punica, siue malogranata: bonæ operationis. Ita vt post tintinabulum esset malogranatum: quasi interscalari modo posita: vt audiretur sonus cum sacerdos solus ingrederetur, vel egrederetur sanctuarium: & non moreretur. E tunica tintinabula pendentia sanam doctrinam cum bona vita significant: nec vnum sufficit sine reliquo; quoniam verus Dei cultus consistit principaliter in actu mentis interiori, seu, vt Aug. dixit, in fide, spe, & charitate. Secundario, in quibusdam actibus exterioribus, qui sunt quasi quædam protestationes. Erant aurea, id est, aurea documenta, & verba, ad eruditionem aliorum dantia, sonum per prædicationem dulciter modu-

Exodi. 28. c. 35.

Vestes cōmunes quatuor, & quid significent.

Veteris summi sacerdotis vestes.

Tintinabula quid significent.

Verus Dei cultus consistit in fide spe & Charitate.

O

P

Q

R

S

lantia; ad Dei quidem laudem, & gratiarum actionem. Secunda vestis erat, Ephot inira pulcritudine vermiculatum sine manicis ad modum collobij descendens vsque ad renes: in quo erant duo lapides Onichini, in quibus 12. nomina filiorum Israël sculpta & ibi appositа secundum ordinem primogenituræ suæ erant, vt summus Pontifex secū semper gereret memoriam filiorum Israël, studeretq; imitari patriarcharum vitam & mores. Item vt populus videns nomina dictorum patrum in humeris pontificis, totis viribus inhiaret ad ipsorum virtutes imitandas. Tertia vestis erat rationale, quæ erat satis parua, & quadrangularis, mensuram palmi habens. In huiusmodi autem rationale erant duodecim lapides auro firmiter inclusi, per quatuor ordines in quibus scripta erant 12. nomina filiorum Israël, iuxta ordinem natiuitatis suæ: vt gestaret summus sacerdos memoriale filijs Israël, vt populus videns satageret ne à virtute priorum degeneraret; per quod significatur, quod in mente & ratione Christiani buccinatoris debet præcipuè inueniri intelligentia articulorum fidei secundum prolationem 12. Apostolorum, & veram catholicorum patrum intelligentiam. Vndè Apoc. in capite eius, id est, in corde, corona stellarū 12. & portare memoriam sanctorum patrū, vt eos imitetur. Appellabatur rationale iudicij, quia scripta erant in eo hæc duo nomina: Iudiciū, & veritas, vel doctrina, & veritas, his enim duobus principaliter ornatus esse debet Christianus orator, vt sic in pectore sit scientia iudiciū seu ratio: in humeris verò, patiētia & bonorū operum essecutio. Quarta est tyara, id est, informatio hominis, vt à terrenis subleuatus, cœlestibus discat subijci disciplinis: timorem Dei in capite cordis, & intentionis ponens: ibique vittis charitatis stringitur, vt sit timor filialis, & non seruilis. Et velamento byssino temperantiæ, de cocco, vel igne fortitudinis, & hyacinto veræ prudentiæ. Debent etiam ista duo catenis & annulis sibi iungi, id est, communi consonantia & concordia: quia scilicet, tunc rationale pectoris cum superhumerali iungitur, quando conscientia, & vita, cogitatio, & operatio, sensus, & actus inuicem concordantur, & quando bonum quod scitur, & docetur opere perficitur &c. Cum ergo sit in medio posita. facultas eloquij quæ ad persuadenda seu prauа seu recta valeat plurimum: cur non bonorum studio comparatur, vt militet veritati, veluti eam mali ad obtinendas peruersas vanasque causas in vsus iniquitatis, & erroris vsurpant? Sed obijciat aliquis. Quid igitur Paulus ille facultatis huius sibi parandæ studiosus nequaquam fuit? Qui neque eloquentiæ quidem inopiam dissimulat, sed apertè idiotam se esse profitetur, idque tùm maximè cum ad Corinth. scribit, viros ab eloquentia, in qua magnopere sibi placerent, claros atque illustres? O turpem excusationem, & iniustum

T

V

X

Y

Articulorū fidei notitia ornato debet esse orator Christianus.

Iuditio & veritate ornatus esse debet.

Consonātia qui esse debet oratore.

Capituli cōtinuatio.

Capituli cōtinuatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prætextum, qui vt ait D. Chrysostomus plerosque perdidit, remissioresq; ad veræ doctrinæ studium reddidit, nec aliud est quàm socordiæ & pigritiæ titulus. Etenim cum non possent illi apostolicæ mentis altitudinem exactè rimari, neq; verborum sensum capere, totius ætatis tempus consumpsere in somnolentia, atq; oscitantia, inscitiã eam amplexati, non quam sibi ipse Paulus tribuit, verùm à qua tantò ille abfuit interuallo, quantò non alius quisquam eorum hominum qui sub cœlo hoc viuunt, abesse potest. Sed vt vno verbo respõdeam (quo maturius vnde flexit eo redeat oratio) visum est D. Aug. verba adscribere dum inquit, videtur enim, vbi ait (de Apostolo verba faciens) & si imperitus sermone, sed non scientia, quasi concedendo obtrectatoribus sic loquutus, non tanquam id verum agnosceret confitendum. Si autem dixisset imperitus quidem sermone, sed nõ scientia nullo modo aliud posset intelligi, & de eodem paulo post dicit. Certè, si quid eius proferimus ad exemplum eloquentiæ, ex illis epistolis vtique proferimus, quas etiam ipsi obtrectatores eius, qui sermonem præsentis contemptibilem putari volebant, graues, & fortes esse confessi sunt.

Eloquentia præcipuè in Paulo desideratur.

Z

A

Supradictorum probatio. *Cap.* IX.

Artificium Rhetoricum D. Pauli. 2. Cor. 2. c. 2

SEd vt facilius intelligatur quod dicimus, non alienum erit vnũ vel alterum exemplum, ex D. August. inserere. Explicat itaq; hunc in modum artificium Rhetoricum istorum verborum D. Pauli, Iterum dico &c. & ait hunc in modum: Atque in præsenti hoc loco; quoniam se ipsum prædicare compellitur, hanc sibi velut insipientiam tribuens, quam sapienter dicit, quamque eloquenter? sed comes sapientiæ, dux eloquentiæ, illam sequens, & istam præcedens, & sequentem non respuens. Iterum dico, inquit, ne quis me existimet insipientem esse &c. Quanta sapientia ista dicta sint vident vigilantes. Quanta verò eloquentiæ concurrerint flumina, & qui stertit, aduertit. Porrò autem qui nouit, agnoscit quod ea cæsa, quæ, commata, græci vocant, & membra, & circumitus, cum decentissima varietate interponerentur, totam speciem dictionis, & quasi eius vultum quo etiam in docti delectantur, mouenturq; fecerunt. Nam vnde cœpimus hunc locum inserere, circumitus sunt, Primus minimus, hoc est bimembris, minus enim quam duo membra circumitus habere non possunt, plura verò possunt: ergò ille primus est, Iterum dico, ne quis me existimet insipientem esse. Sequitur alius trimembris, alioquin, veluti insipientem suscipite me, vt ego modicum quid glorier. Tertius qui sequitur membra habet quatuor.

B

C

Quod

Quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in stultitia, in hac substantia gloriæ. Quartus, duo habet. Quandoquidem multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Et quintus habet duo, libenter enim sustinetis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Etiam sextus bimembris est, Toleratis enim, si quis vos in seruitem redigit. Sequuntur tria cæsa, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur. Deindè tria membra, si quis in faciem vos cædit, secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmati simus. Additur trimembris circumitus, In quo autem quis audet, in insipientia dico, audeo & ego. Hinc iàm singulis quibusque cæsis interrogando positis, singula itidem cæsa responsione redduntur, tria tribus. Hębrei sunt? & ego. Israëlitæ sunt? & ego. Semen Abrahæ sunt? & ego. Quarto autem cæso simili interrogatione posito, non alterius cæsi, sed membri oppositione respondet. Ministri Christi sunt? & ego, vt insipiens dico, super ego. Iàm cæsa quatuor sequentia remota decentissimè interrogatione sundunt: In laboribus plurimum, in carceribus abundantius, in plagis supramodum, in mortibus frequenter, Deindè interponitur breuis circumitus, quoniam suspensa pronunciatione distinguendum est: A Iudæis quinquies, vt hoc sit vnum membrum, cui connectitur alterum, quadraginta vna minus accepi. Inde reditur ad cæsa, & pronuntur tria, Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci. Sequitur membrum: Nocte, ac die in profundo maris fui. Deindè, quatuordecim cæsa decentissimo impetu profluunt: In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & ærumna; in vigilijs sæpius, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore, & nuditate. Post hæc, interponit trimembrem circumitum: præter illa quæ extrinsecus sunt, incursus in me quotidianus, solicitudo omnium Ecclesiarum. Et hinc duo membra percunctatione, Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Postremo, totus iste quasi anhelans locus, bimembri circumitu terminatur: si gloriari oportet, in ijs quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Quod verò post hunc impetum interposita narratiuncula quodammodo requiescit, & requiescere facit auditorem, quid decoris, quid delectationis habeat, satis dici non potest, cùm enim vnumquodq; verbum emphasin habeat & magnificè effluat. Sequitur enim dicens, Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in sæcula, quod non mentior. Ac deinde quomodo periclitatus fuerit, & quomodo euaserit breuissimè narrat. Præterea, quis non videat, quid voluerit dicere, & quam sapienter

D

E

F

G

dixerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixerit Apostolus? Gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. H

Gradatio. Agnoscitur hìc figura quæ climax græcè, latinè verò gradatio est appellata, cum verba, vel sensa connectuntur alterum ex altero sicut hìc ex tribulatione patientiam, ex patientia probationem, ex probatione spem connexam videmus. Agnoscitur & aliud decus, quoniam post aliqua pronunciationis voce singula finita, quæ nostri membra & cæsa, Græci autem cola & commata vocant, sequitur ambitus siue circumitus, quam periodon illi appellant, cuius membra suspenduntur voce dicentis, donec vltima finiantur. Longum est cætera persequi, vel in alijs sanctarum scripturarum locis ista monstrare. Quid si etiam figuras locutionis, quæ Rhetorica arte traduntur, in ijs saltem quæ de Apostoli eloquio commemoraui, ostendere uoluissem? Nonne facilius graues homines me nimium quam quisquam studiosorum sibi sufficientem putarent? sed malè doctis hominibus respondendum fuit, qui nostros auctores contemnendos putant, non quia non habent, sed quia non ostentant eloquentiam. Vndè nam enim obsecro Iudæos qui Damascum incolerent, confundit? Vndè Græcos idem supplantauit? Quamobrem autem Tharsum relegatus est? Nonne id factum est postea quam vi dicendi victor ille euasit: sicut cum victos se illi ferre non possent, ad illius cædem inflammati ferrentur? Aduersus eos autem qui Iudaismum sequi in Antiochia cœpissent, quibus auxilijs pugnauit, disputauitq;. K

Act. 17. g. 30 Rursus Areopagita ille superstitiosissimę ciuitatis illius ciuis, nonne vna cum vxore, audita tantùm Pauli concione illum sequutus est? Eutychus verò quomodo de fenestra delapsus est? nonne posteaquā ad multam vsque noctem Pauli docentis orationi intentus operam dedit? Quid verò in Thessalonica atque Corintho, quid in Ephesо, & in ipsa Roma nonne totos dies totasque noctes insumit, dum diuinas scripturas ordine exponeret? Iam quorsum percensere opus est disputationes eas quas cum Epicureis, stoicisq; palam habuit? Quamobrem præterea Lycaones ipsum Mercurium esse suspicati sunt. L

Act. 14. b. 11 Nàm quod Barnabam, ac Paulum Deos esse crederent, id à signis editis fiebat. Quod autem Paulum Mercurium esse vellent, id non iam à signis, sed ab eloquentia nascebatur. Quanam autem re prærogatiuam ille verè beatus vir inter cæteros apostolos obtinuit? vndè item per vniuersum terrarum orbem multus in omnium mortàlium ore versatur? vndè non apud nos modo, sed etiam apud Iudæos & gentiles inprimis admirationi est? nonne ab epistolarum facultate, ac virtute? Atque ex his quidem liquidò constat, Paulum non me-

diocrem

M diocrem his studijs operam dedisse. Tu verò audi præterea, quibus ille verbis discipulum suum hortetur; Lectioni, inquit, operam dato, exhortationi, doctrinæ: quarum rerum fructum addit cum ait: Nàm si id feceris, te ipsum seruabis, & eos qui te audiunt. Ac rursus: seruum Domini non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes, propensum ad docendum, tolerantem malos cum mansuetudine. Ac progressus ait; At tu persiste in ijs quæ didicisti, & quæ tibi concredita sunt, sciens à quo didiceris, & quod à puero sacras literas noueris, quæ te possint eruditum reddere. Ac rursus: 1. Tim. 4. c. 13. Ibi d. 17. 2. Tim. 3. d. 16. t. Petri. S. D. 20.

N omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem quæ est in iustitia: vt integer sit Dei homo ad omne opus bonum apparatus. Audi autem quæ ille addat: dum cum Tito de Episcoporum constitutione differit: oportet enim, inquit, Episcopum tenacem esse eius, qui secundum doctrinam est fidelis sermonis, vt potens sit etiam exhortari per doctrinam, ac contradicentes conuincere. Quid ergò putamus? Nunquid contra se ipsum sentit Apostolus, qui cùm dicat doctores operatione fieri spiritus sancti, ipse illis præcipit quid & quemadmodū doceant? Ad intelligendum est, & hominum officia ipso sancto spiritu largiente in docendis etiam ipsis doctoribus non debere cessare, & tamen neque qui plantant esse aliquid, neque qui rigat, sed Deum qui incrementum dat. 1. b. 7. 1. Tim. 3. 2. 2.

O

De officio prælicatoris. Cap. X.

QVi verò dicendo nititur persuadere quod bonum est, nihil horum trium spernens, vt, scilicet, doceat, vt delectet, vt flectat: oret, atque agat: vt intelligenter, libenter, obedienterq; audiatur. Quod cùm aptè & conuenienter fecerit, non immeritò

P eloquens dici potest, & si non eum sequatur auditoris assensus. Ad hæc enim tria, id est, vt doceat, vt delectet, vt flectat, etiam tria illa, videtur voluisse pertinere idem ipse Romanæ auctor eloquentiæ, cū itidem dixit. Is igitur erit eloquens, qui poterit parua submissè, modica temperatè, magna granditer dicere: tanquam si adderet illa etiam tria, & sic explicaret vnam eandemque sententiam, dicens. Is erit igitur eloquens, qui vt doceat poterit parua submissè, vt delectet, modica temperatè, vt flectat, magna granditer dicere. Hæc autem tria ille sicut ab eo dicta sunt, in causis forensibus posset ostendere: In istis autem nostris, quandoquidem omnia, maximè quæ

Q de loco superiore populis dicimus, ad hominum salutem, nec temporariam sed æternam referre debemus: vbi etiam cauendus est æter- Christiani oratis scopus.

nus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus interitus, omnia magna sunt quæ dicimus: vsque adeò, vt, nec de ipsis pecuniarijs rebus, vel adquirendis, vel amittendis, parua videri debeant, quæ doctor ecclesiasticus dicit: siue sit illa magna, siue parua pecunia. Et tamen cum doctor iste debeat rerum magnarum esse doctor, non semper debet eas granditer dicere, sed submisse cũ aliquid docetur, temperatè cum aliquid vituperatur, seu laudatur. Cùm verò aliquid agendum est, & ad eos loquimur qui hoc agere debent, nec tamen volunt, tunc ea quæ magna sunt, dicenda sunt granditer, & ad flectendos animos congruenter. Et talis quidem eloquentia, à sapiente prolata, omni dulcore mellis dulcior est: de qua in Ecclesiast. scribitur: sapiens in verbis se ipsum amabilem reddit; vt igitur, partes laudatæ eloquentiç quis assequatur, necesse est varia illa scientiarum supellectile de qua superius diximus constipatus existat: idq; in Prouerb. Salomon præmonuit, inquiens: stude sapientiæ, vt possis dignè proferre sermonem. Qua sententia contemptibilem asserit facundiam, nisi scientia, & sapientia fuerit condita. Hoc idem vas electionis Paulus dum ad Timoth. c. 6. agens de Ecclesiastica disciplina: uerbi Dei buccinatoris duas esse, ait, partes, scilicet, retinere populum in officio. Et quia hominum alij alijs aut subsunt, admonet eorum officium esse, obedire, & reuerentiam exhibere dominis, non tantum fidelibus, sed etiam infidelibus. Alij præsunt, & quia plerunque sunt diuites monet eos, Primum, diuitias nõ affectare. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, quæ mergunt homines in interitum. Deindè, si honesto modo contingant, quomodo eis sit utendum, ne scilicet, sperent in incerto diuitiarum, sed studeant diuites fieri in bonis operibus. Vtriusque verò generis homines varijs distinguntur conditionibus, & qualitatibus, quibus triplicem scribit regulam. Primam fugere cupiditatem, quæ radix omnium est malorum. Secundam sectari iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, & mansuetudinem. Tertiam persistere in vocatione, ad quam quisque vocatus est. Deindè sanam debet tueri doctrinam, cuius rei summa quatuor constat præceptis: Primò, insanes fugiant quæstiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, coniurationes hominum seditiosorum. Secundò, mandatũ Dei seruent, sine macula, irreprehensibile, vsque in aduentum Domini nostri Iesu Christi. Tertio, depositum, hoc est, doctrinam ab Apostolis traditam custodiant. Quartò prophanas deuitent vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quã quidã promittentes, circa fidem exciderunt. Fateor ergò: hominum mens hodie deprauata, quinimmo & penitus obcæcata est: adeò, vt frondes pro fructu

De ratione concionãdi.

2. Tim. 2. 3.

Diuites quibus præmantur desiderijs.

Sanæ doctrinæ tuitio 4. constat præceptis.

fructu capiant, & fumo pascantur, dum se igne appropinquare putant. Hoc est certè illud tempus, quod Arcanorum Dei conscius Paul. ad Timoth. præsignabat, cum poëtarum fabulas, ac figmenta, pro veritate, ac sana doctrina fideles accepturas in spiritu deplorabat: dum ait, veniet ergò tempus quo sanam doctrinam non sustinebunt, sed à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur, &c.

Breuem totius sacræ scripturæ exuberantiam concionandiq; modum continens. Cap. XI.

Sacra script. thesauro cõfertur.

INuentionem primariã Rhetoricès partem sacra scriptura abundãtissimè suppeditabit, quę merito thesauro cuipiam confertur: nam sicut ex illo quisquis vel paruum fructum capere valet multas sibi parat diuitias, ita & ex sacra scriptura etiam in breui dictione, variam sententiarum vim & inexplicabiles diuitias haurire licet. Spiritum nanque Sanctum, dum sacras dictaret literas, omnis & ætatis & conditionis hominum singularem habuisse rationem, atque eo dictante, quæ ad salutem sunt necessaria, sic perscripta esse omnia, vt tantum quisque ex earum lectione fructus, & vtilitatis haurire posset, quantum impiger & industrius lector ipse vellet. Vndè D. Hiero. in procemio super psal. ait, Quid hìc non inuenitur quod faciat ad vtilitatem, aut ad ædificationem humani generis, conditionis, sexus, ætatis? Habet enim infans quod lactet: puer quod laudet: adolescens quod corrigat: iuuenis quod sequatur: senior quod precetur. Hic discet fœmina pudicitiam: pupilli inuenient pietatem: viduæ iudicem: pauperes protectorem: aduenæ custodem. Hic inuenient reges quod audiant: iudices quod timeant. Hæc tristem consolatur: lætum temperat: iratum mitigat: pauperem recreat: diuitem, vt se agnoscat, increpat: omnibus se suscipientibus apta medicamenta tribuit, nec peccatorem despicit: sed remedium ei per pœnitentiam ingerit. Posthæc Deus ostenditur, simulacra irridentur, fides asseritur, perfidia repudiatur, iustitia ingreditur, prohibetur iniquitas, misericordia laudatur, crudelitas abdicatur, veritas requiritur, mendacium damnatur, dolus accusatur, prædicatur pœnitentia, pax sequenda promittitur: & quod in his omnibus est excellentius Christi sacramenta laudantur. Hæc Hiero. In ea tandem, vt, Fulgentius docet, est quod omni ætati congruat, ibi quod omni professioni conueniat, dummodo, qui legit scripturas cum ad eas perscrutandas accesserit, illud apostolicum cogitare non cesset, scientia inflat, charitas ædificat. Et sic non solum thesauro similia sunt diuina eloquia, sed

Epilogus totius S. script. inexplicabilẽ doctrinã continens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sac. script tã Doctrinas quæ ad diuinitatem attinẽt quã humanas scientias continet.

fonti quoque lagis perennibusq; scaturienti fluentis. In his, vt, vni co concludam verbo, totius Philosophiæ ratio pertractatur. Naturalis in Genesi de formatione creaturæ in qua exprimitur quo modo facta sunt cœlum, mare, terra, & quemadmodum mundus iste sit constitutus. Mystica in Leuitico, in quo comprehenditur sacer dotale mysterium. Moralis in Deuteronomio, in quo secundum legis præceptum, vita humana formatur. Vndè & Salomonis tres libri, ex plurimis videntur electi. Ecclesiastes, de naturalibus, Cantica canticorum, de mysticis, Prouerbia, de Moralibus. Summo igitur studio enitendum est concionatori, vt ex indeficienti sacrarum scripturarum thesauro suam orationem locupletare curet. Frustra enim (vt inquit Iob) homo aperit os suum, & absque scientia, verba multiplicat. Nec id ipsum gentiles veteres, qui eloquentiæ studia miro cuderunt ingenio, negari videntur. Quippè arbitrati sunt, Eloquentiam non debere iudicari, atq; laudari verborum solo splendore, sed secundum grauissimas sententias à vera sapientia sapienter elicitas, ut explicare licebit, & exempli gratia dixerim, in conficiendo diademate, siue annulo, absque proportione longè plus conferre videtur, qui carbunculum, qui gemmas, qui aurum offert, quàm artifex, qui modo ea auro ligat, formamque simplicem adijcit. Omnis itaque referta oratio gemmis sapientiæ & sententiarum pondere proficit, non solis verborum flosculis: parum ergò substantiæ, vel virtutis, aut solidæ pulcritudinis orationi adferre videtur, qui solum Rhetoricæ, & Eloquentiæ vacat, ueluti qui nuda, ex aliena, prætiosaque materia, uerba ligat, qui verò non mendicando, sed sua diffundendo, pretiosiora ministrat, longè plus conferre usus erit. Famulatur itaque teste D. Aug. Eloquentia, sapientiæ, nec mirum ut Hiero. ait. Ad magnum oratorem: si propter eloquij uenustatem, & dicendi ornatum, sapientia ut domina ea utatur: & aliquando de ancilla atque captiua, propter eius uenustatem honorata incedat, quamdiu atque dominam sequitur: sitque contemnibilis, cum sola absque dominæ splendore prodire, & placere gestit. Postremò, audi quid Aug. dicat: Ait enim, quia Eloquentiæ solum uacantes minimè ingenioſi habentur. Quid enim (inquit) prodest clauis aurea, si aperire non potest? Aut quid obest lignea, si potest? Et hæc quidem de inuentione sufficiant. Inuentis rebus eas in ordinem distribuere debet, nam dum quidam dictis prudentibus stultitiæ uerba miscent: quia stultitia ab audiente despicitur, etiam prudentia non tenetur. Et oratio carens hac uirtute, tumultuetur necesse est, & sine rectore fluitet, nec cohæreat sibi, multa repetat, multa transeat, uelut noctè in ignotis locis errans: nec initio, nec fine præposito, casum potius quã consilium sequatur. Elocutionem, quæ tres in se res debet habere,

Oratio ex sacrę scrip. thesauro locupletanda. 35. d. 16.

Eloquentia famulatur sapientiæ.

Eloquendi obseruatio.

A B C D E

elegan-

elegantiam, compositionem, & dignitatem: ita optimè assequetur si diligenter versetur in istorum literis sacris, quos nobis erudiendis, & ab hoc sæculo prauo in beatum sæculum transferendis, prouidentia diuina prouidit: in quibus non ea solum magnifacienda, quæ sunt his viris cum oratoribus gentilium Poëtisue communia, sed admiranda potius, quod ista nostra eloquentia ita vsi sunt per alteram quandam eloquentiam suam, vt nec eis de esset, nec emineret in eis, quia eam nec improbari ab illis, nec ostentari oportebat; quorum alterum fieret si vitaretur, alterum putari posset, si facilè agnosceretur. Et in quibus fortè locis agnoscitur à doctis, tales res dicuntur, vt verba quibus dicuntur, non à dicente adhibita, sed ipsis rebus velut sponte subiuncta videantur: quasi sapientiam de domo sua, id est, pectore sapientis procedere intelligas, & tanquam inseparabilem famulam, etiam non vocatam sequi eloquentiam. Memoria est omnium scientiarum veluti receptaculum de qua dictum est Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, stultus autem glutit illud. Hanc scriptura sacra per ventrem pecoris adumbrat: quia in lege immunda dicta sunt animalia quæ non ruminant, quę autem ruminant munda dicta sunt. Ruminatio enim pertinet ad eos qui cogitant, & postea quod audierint, & tenuerint proferunt. Itaque inprimis exercenda est, quoniam sine ea, ratio, nec ad incognita procedere, nec cognitorum scientiam retinere potest. Pronunciatio verò, in qua vsus antecedentium partium potissimum conspicitur in eo consistit, vt quod oportet, & quemadmodum oportet dicatur: quod præcipuè facit Deus, in cuius manu sumus, & nos, & sermones nostri. Orandus itaque Deus doctori Ecclesiastico ante concionem, vt orãdo pro se, ac pro illis quos est allocuturus, fit orator, antequam dictor. Teste enim D. Hiero quæ bene scimus, bene & loquimur. Ea autem bene scimus, quæ diu multumq; cum animo nostro tractauimus, in eisque penetrandis aciem mentis infiximus, vt enim disciplina venatoribus est, accipitres ad inuadendam prædam inedia præparare: ita se ad hanc spiritualem animarum venationem (de qua Dominus apud Ierem. meminit) compositis animi affectibus, præparari debet orator. Ità, vt ea nocte quæ concionis diem antecedit, in oratione perseueret, suppliciter illũ obsecrans, qui sapientiæ auctor & gubernator est: in cuius manu sumus & nos, & sermones nostri: illum inquam: qui linguas infantium disertas facit, vt fœliciter sermonis sui cursum ad nominis sui gloriam dirigat, & sibi quidem puritatem intentionis, auditoribus autem proficiendi studium clementer impertiatur. Sequenti verò die, sacra dominici corporis & sanguinis mysteria, quanta potuerit animi submissione atque deuotione celebret: detque operam, vt deuotionis calorem, quem ex sacra cele-

Elocutione quomodo quis assequatur.

Memorię cõsideratio.

Pronũciatio quid.

16. c. 16. Oratoris Christiani debita præparatio.

E 2 bratione

Universidad de Deusto
Biblioteca

bratione (domino aspirante) cõceperit, secum ad suggestum deferat. Ipsa hora, iam vt dicat accedente, priusquam exerat proferentem linguam, ad Deum leuet animam sitientem, vt eructet quod biberit, vel quod impleuerit fundat. Cum enim de vna quaque re quæ secundum fidem, delectationemq; tractanda sunt, multa sint quæ dicãtur, & multi modi quibus dicantur, ab eis qui hoc sciunt: quis nouit quid ad præsens tempus, vel nobis dicere, vel per nos expediat audiri, nisi qui corda omnium videt? Quoniam vt rerum ferè omnium, ità: sacræ etiam scripturæ est varia materia, vt inferius demonstrabimus. K

De honestate Prædicatorum. Cap. XII.

Verborũ curiosa inuestigatio quãtũ noceat. lib. 6. instit.

SEd certè hæc ars plurimos fallit, dum suos sectatores, dicere non scire docet, instruit dulciter verba carpere, non vtiliter sapere. Et dum verborum suauitas quęritur, vera rerum sapientia amittitur, atque utinam tantus esset hodie hominum labor ad recte beateque viuendum, quãtus ad ornatè benè politeque dicendum. Hinc Firmianus Lactantius, vtinam multi tàm benè facerent, quã benè loqui videntur. Adde, quia pleriq; ea vtuntur non ad salutem sed ad perniciem. Quod non modo virtutis non est, sed inhumanitatis omnem humanitatem repellentis. Nam quid est tam inhumanum (dicente Cicerone) quam eloquentiam à natura ad salutem hominum & conseruationem datam, ad bonorum pestem perniciemq; conuertere? Quid item est (teste Greg. sup. Ezech. & canonizatur d. 50. c. quid est) hoc quod prophetæ iacenti dicitur sta supra pedes tuos & loquar tecum: qui enim iacenti loquebatur, cur statim promittit se loquuturum? sed sciendum est quia alia sunt, quę iacentes, alia quæ stantes audire debemus: iacenti enim dicitur, vt surgat, statim autem præcipitur vt ad prædicationem proficisci debeat: adhuc enim vobis in infirmitatis confusione iacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis: sed cum iam in bono surgimus quum iam rectè stare cęperimus, dignum est vt ad lucrandos alios in prædicatione mitti debeamus. stans ergò propheta visionem spiritualem vidit & cecidi. Cadens verò admonitionis verba suscipit, vt surgeret: surgens autem præceptum audiuit vt prædicaret. Nam qui adhuc ex superbiæ vertice stamus cum iam de æternitatis timore aliquid sentire cæperimus: Dignum est: vt ad pœnitentiam accedamus. & dum infirmitates nostras subtiliter agnoscentes humiliter iacemus per diuini verbi consolationem ad fortiora opera resurgamus. Ille vberes prædicationis fructus colligit, qui semina bonę operationis præmittit. Nam loquendi auctoritas perditur, quando L M N

lib. 1. de inuent.

vox

opere non adiuuatur, vita prædicantium sonare & ardere debet. Ardere desiderio, sonare verbo. Aes ergo candens est prædicatio accensa: sed de candenti ære scintillæ prodeunt: quia de eorum exhortationibus verba flamantia ad aures audientium procedunt. Recte ergo prædicatorum verba scintillæ appellata sunt: quia eos quos in corde tetigerint incendunt. Simplex enim veritas, & recta, splendore, aut verborum lenocinio nõ eget: quinimmo (vt Quinct. ait) suspecta est cum ornatur, fingere nescit. Et parum post, quomodo inquit, fabricabit figmentum, qui vix eliquatum depromit sermonẽ? Ipsa verò peroranta locutio, plùs proferre quàm conferre solet, vt verum sit quod quidam sapiens ait, quia garrulosa dicendi festiuitas instar vasorum inanium plus sonat quam valet, multumq; habet inanitatis, & vacui Idque Seneca non negauit, dum in Declamationibus ait, quia rarò hæc inter se coëunt, vt eadem vox sit dulcis, & solida. Sed hoc abusu Rhetorices tantum odij atque inuidiæ suscepit eloquentia, vt homines ingeniosissimi quasi ex aliqua turbida tempestate in portũ, sic ex seditiosa, & tumultuosa vita se in studiũ aliquod traderent quietum. Itidem & Didimus ad Alexandrũ Artem, inquit, bene loquendi nõ discimus, nec facundiæ Rhetoricorum, oratorũq; operam damus: cuius officium est fabulantes sermonibus figmentare mendacia & innocentiæ fidem conferre criminibus: qui dum putant se alienæ laudis fructum per iniquam victoriam rapuisse, nesciunt se suę conscientiæ perdidisse nitorem. vt rectè experiantur illud Lactantij; Quia multis sua etiã facundia mortifera est. Sed velut ipsa artificiosa dicẽdi ars suos alumnos decipit, sic & ab eis fallitur, parẽq; ei vituperij vitẽ reddunt, dũ Eloquentiæ aut Rhetoris falso nomine gloriantur, eamq; tantò fœdius deturpant, quantò minus ullam partẽ Eloquentiæ attigerunt. Quippè nominari eloquentes delectantur, qui non dũ loqui inceperunt, nec dicere didicerunt. Est enim moderatos, aque facundos oratores euasisse putant, si post pauculas quibus nsudarunt Grammaticæ literas postergatis cæteris præclaris scientijs quæ ipsam eloquentiam ne dùm illustrant, sed conficiunt, illico facundiæ studijs se dedant, librosq; Ciceronis & Quinct. perlegant. Longè certè aliter idem Cicero, hodierna deplorans tempora in eo libro sentiebat, quem de Oratore ad Quinct. Fratrem edidit. Longè secus & ipse Quinct. cum de Oratoris institutione ageret. Rarum enim aut nullum fatetur optimum esse ea ætate oratorem. Sed meo quidem animo, nihilominus eloquentiæ studendum est, & si ea quidam, & priuatim & publicè abutũtur: sed eò quidem vehementius, nè mali magno cum detrimento bonorum, & cõmuni omnium pernicie plurimũ possint: cũ præsertim hoc vnũ sit, quod ad omneis res, O P Q R

Per ornata locutio parum cõfert. lib. 1.

Lib. 9. c. 2.

Lib. 1. instit. Facũdia qui mortifera sit

li. 1. de Orat

Lib. 1. c. 1.

& pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& priuatas, & publicas maximè pertineat: hoc tuta, hoc honesta, hoc illustris, hoc eodem vita iucunda fiat. Nam hinc ad Remp. plurima commoda veniunt, si moderatrix omnium rerum præsto est sapientia. Hinc ad ipsos, qui eam adepti sunt laus, honor, dignitas, confluit: hinc amicis quoque eorum certissimum, ac tutissimum præsidium comparatur. Sed inprimis animaduertendum habere, vt prædiximus, quantacunque granditate dictionis maius pondus vitâ docentis. Abundant enim qui malæ vitæ suę defensionem ex ipsis suis præpositis, & doctoribus quærunt, respondentes corde suo, aut etiam ad hoc erumpunt ore dicentes. Quod mihi præcipis, cur ipse non facis? Ita fit, vt eum non obedienter audiant; qui se, ipse nō audit, & Dei verbum quod eis prædicatur, simul cum ipso prædicatore contemnant. Quamobrem tintinnabula quorum antea mentionem fecimus, aptè vestimentis sacerdotis describuntur inserta. Vestimenta enim sacerdotis, quid aliud, quàm recta opera debemus accipere? propheta attestante, qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitiam. Vestimentis itaque illius tintinabula inhærent, vt vitæ viā cum linguæ sonitu ipsa quoque bona opera clament sacerdotis. Hoc idem per tunicam talarem innuebatur, illa enim significat in sacerdotibus, nihil à virtute à capite vsque ad talos nudum, ac vacuum esse debere. Cæterum sapientia præsertim opus, vt attendat cum se ad loquendum præparat, sub quanto cautelæ studio eloquitur, ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur, & cum fortasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter abscindat. Hinc nanque veritas dicit, Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos. Per sal quippè verbi sapientia designatur. Denique Apostolus scribens ad Timoth. cum dixisset; Nemo adolescentiam tuam contemnat: subiecit, vndè non cōtemneretur, atq; ait, sed forma esto fidelium in sermone, in conuersatione, in dilectione, in fide, in castitate. Vndè Greg. super Ezec. Prędicatoris vita, semper debet in alto fixa permanere, tum vt ab omnibus videatur, cùm vt more narium discernat fetores vitiorum odoresque uirtutum.

Qui operè implet mandata Dei prędicatoris nomē meretur Exo. 20. c. 23

Luc. 14.

1. Tim. 4.

T

V

X

Y

Quatenus lectio sacræ scripturæ Ecclesiastis necessaria. Cap. XIII.

CVm prædicatio uerbi Dei res magna sit, & functio prophetica, ante omnia ecclesiastis lex Dei perpetuo euoluenda est, nam cum uita humana diabolicis machinationibus, tentationis uehementia, & ignorantiæ caligine, quibus antiquus ille hostis mentes nostras oppugnare non cessat, perpetuo infestetur: Deus electorum necessitati consulere uolens, ad confirmationem, lustrationem, & animorum directionem ad ueritatem, sui ipsius cognitionem

nobis

nobis indulsit, & primum quidem per legem & prophetas, deindè & per unigenitum filium suum, dominum & saluatorem nostrum Iesum Christum quantunquidem nostra capit infirmitas. Nam bonus cum sit Deus omnis boni largitor est: non inuidiæ aut perturbationi cuipiam obnoxius. Vt igitur omnium rerum conscius, & quodcunque conducibile est prouidens: quodcunque expedit nobis agnoscere ipse reuelauit: quorum autem pondus ferre non valemus illa silentio occuluit. quare in dubijs & causis ecclesiasticis definiendis recurrendum est: primò ad scripta noui vel veteris testamenti. Secundò, ad canones apostolorum & conciliorum. Tertiò ad decreta & decretales epistolas Romanorum pontificum. Quartò ad dicta sanctorum patrum. Quintò ad exempla sanctorum. Si autem nec hoc modo veritas inuenitur, congregandi sunt sapientes & inuocandum diuinum auxilium: tunc enim quid agendum sit, dominus reuelabit, iuxta illud: ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi in medio illorum sum. Oportet etiam sanùm de scripturis diuinis habere iudicium, quod continetur his fere quinq; veluti regulis. Prima non sine causa tam salubri vigilantia, canon ecclesiasticus constitutus est, ad quem certi prophetarum, & apostolorum libri pertinent, quos omnino iudicare non audemus, & secundum quos de cæteris literis uel fidelium, uel infidelium libere iudicemus. Secunda regula: Nouum & uetus testamentum recipimus in illo librorum numero, quem sanctæ Ecclesiæ tradit auctoritas Aug. serm. 191. de tempore. Tertia regula: Potuit enim fieri, ut apostoli, vel euangelistę spiritu sancto repleti, sciuerint quid assumendum ex illis esset scripturis, quidué refutandum: nobis autem non est absque periculo, aliquid tale præsumere, quibus non est tanta spiritus abundantia. Quarta regula; vnde euangelium apud nos esse docet Ecclesia, non hominum eorum solum qui nunc sunt christiani. Sed Ecclesia illa quæ Matth. temporibus, ad hoc usque tempus certa successionum serie declaratur. Etiam si haberemus apud nos uerorum Euangelistarum codices descriptos suis ipsorum manibus, illos non alio argumento cognosceremus tales esse, quam ex Ecclesiarum sibi inuicem succedentium testimonio. Quod sane testimonium est spiritus sancti loquentis in Dei Ecclesijs & prophetis. Quinta regula: Tenebit igitur vnusquisque hunc modum in scripturis canonicis, ut eas quæ ab omnibus accipiuntur Ecclesijs catholicis, præponat eis, quas quædam non accipiunt. In eis uerò quę non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures grauioresq; accipiunt, eis, quas pauciores minorisque auctoritatis Ecclesiæ tenent: Si autem alias inuenerit à pluribus, alias à grauioribus haberi, quanquam hoc inuenire non possit, æqualis tamen auctoritatis eas

habendas

Heb. 1.

Z

Causæ quomodo definiendæ.

Nota valde.

Matt. 17.

A

Ad iudicandū rectè regulæ. Nota. Aug. lib. 2.

consil. Cresco. c. 31.

B

Orig. in prologo super cātica, circa finē cum de apocryphore citationibus loquitur.

C

Aug. 25. cōfi. Faustū. mani. c. 2. & 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habendas puto. Aug. lib. 2. de Doct. Christ. c. 8. Saluator tamen iussit clarè & distinctè, vt præcepta legis diuinæ à Deo per Moysen populo Hebraico datæ, à nobis itidem seruarentur, cum inquit, unũ Deum colito. Nullius animalis effigiem colito. Per Dei nomen haud frustra deierabis. Festos dies piè & ritè celebrato. Parentes venerare. Hominem ne occideris. Adulterium fuge. Furtum nõ feceris. Nil alienum concupiueris. Nec falsum dixeris testimonium. Quæ esset verbi Dei buccinatoris totius prædicationis materia, vndè est concionandi mos natus ex ipsa siquidem sacra scriptura. Moyses enim postea primus habita concione, populum de eiusmodi præceptis & lege Dei docuit, umque per hæc ad benè beateq; viuendum instituit. Ioannes Baptista exin in desertis Iudeæ locis concionatus est: concionatus & saluator noster, eiusque muneris obeundi negotium Apostolis mandauit, dicens: Ite in mũdum uniuersum & prædicate euangelium omni creaturæ. Prædicator autem dicitur: præco verbi diuini, quem eundem scripturæ sacræ militem, vinitorem, bouem, aratorem, seminatorem, architectum templi, & postremo pastorem vocant. Idque ultimum ipse Christus sibi vsurpauit, cum ait, Ego sum pastor bonus, vt supra exposuimus. Idem hoc officium Petro ob dilectionis vehementiam primum demandauit, interrogans, Petre amas me? Qui cum se amare protinus respondisset, audiuit. Si diliges me pasce oues meas. Vndè, omnes, quotquot pascendi curam habent: quod institutionis verbo, & sacramentorum ministerio absoluitur, pastoris nomine insigniuntur. Quamobrem ante omnia requiritur, vt diuina præcepta nos ipsi amemus, in hisque immoremur, neque limites ab æterna voluntate definitos transilientes, neque diuinam, ulla ex parte, traditionem quam in scriptura ipsa sancta & eius catholicis scriptoribus inuenimus, transgredientes.

Exod. 20.

Prædicationis materia.

De officio prædicatoris Christiani.

Ioa. 10. b. 11. Isa. 40. c. 11. Eze. 34. c. 23. & 37. f. 24.

De modo allegandi vtriusque iuris auctoritates. Cap. XIIII.

QVum in superioribus disseruerimus ratione legendi & sacrã allegandi scripturam, nobis non denegandam esse itidem puto laudabilẽ illam vtriusq; iuris allegandi etiã prærogatiuam, quæ singulari quadam gratiarum beneficio concessa est, his, qui quantulumcunque operæ in euoluendis legendisque huius facultatis monumentis insumunt, quibus ex alienis munificos licet esse thesauris: maximè ne lector studiosus in hoc nostro fraudetur libro, neq; desideretur in eo aliquid ab his, qui concionibus, lectionibus, ac scripturis intendunt. Non enim adducor, vt credam totam

Necessariã esse oratori vtriusque iuris scientiã.

totam iuris facultatem enucleare, cum alijs interfit, sed hæc annotare volui, satius nimirum ratus digito monstrasse viam, quam longo sermone legentium pias onerare aures. Gratulor libellum in huius rei beneficium esse conscriptum. Per nos suum cuique sit iudicium, nobis tamen satis erit apperuisse uiam, cum non sit instituti hic soli splendorem inferre. Attento igitur, quod omnis artium, & scientiarum processus ordinem in se habere debet, & propter uitæ humanæ insufficientiam breuitatem continere, hunc obseruabimus modum. Primò, librorum in vtroque iure, tàm Pontificio, quàm Imperatorio, præmittam nomina annectendo cui libet horum diuisionem in singulos libros. Deindè, in colibet libro allegandi modum subijcã, cum exemplorum adiunctione, & abbreuiaturis, vt ad iura capessenda liber manifestetur introitus. Ius igitur Pontificium seu Canonicum, in quatuor libris principalibus nobis est traditum: Primus est Decretum, idest statutum quod Papa de consilio Cardinalium ad nullius tamen consultationem statuit, & in scriptis redegit, vt de rescrip. c. præsenti. Hic autem, Decretum sumitur pro nomine libri in quo sanctorum patrum dicta descripta sunt. Differt à canone: Nam canon propriè dicitur statutum in concilio generali, vel pruinciali factum auctoritate Papæ, vel episcoporum. Decretalis verò epistola dicitur, quam Papa solus, vel de consilio Cardinalium ad consultationem alicuius rescribit, & respondit. Decretum itaque in tres diuisum est partes principales: quarum prima in centum & vna distinctionibus, in quibus de ordinationibus, promotionibus, & officijs clericorum agitur. Ideo quoties allegatur fit per distinctiones. Quæ quidem vlterius subdiuidũtur in canones vel capitula, qui propter aliquorum ipsorum prolixitatem interdum subdiuidi possunt in §. & §. ipsi si longi fuerint in versiculos. Vno aut altero exemplo quæ diximus aperiamus: & vt id melius fiat. sciendum, tum quæ in decreto, tum quæ in alijs coacerua ta sunt esse ex sanctorum & antiquorum patrum dictis. Ideo, vt me feciſſe in nostrro itinerario fateor hunc seruabis modum: vt prius doctorem: deindè decretum adiungas, hoc modo: Homo dormiens cum nocturna illuditur pollutione non peccat, nisi adsit consensus Isido. lib. 1. sen. & canonizatur d. 6. c. Non est peccatum. Vndè versus.

Decretum centum distinctiones dat & vnam.
Triginta causas, & sex addit tibi mistas
Distinguit septem pœnitentia, consecrat quinque
Auctorem quarum tibi declaro Gratianum.

Secunda pars principalis. Quia de negotijs, quorũ quædam sunt ciuilia, quędã criminalia, distinctã est in causis triginta sex (ut termix

Ordo necessarius in scientijs.

Ius canonicum.

Decretum.

Canon.

Decretalis Epistola.

Decreti diuisio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to de pœnitentia tractatu) septem distinctiones continente. Si verò allegatur quod est in secunda parte principali: sic quotatur: prima, vel secunda, aut tertia &c. vsque ad triginta sex, & subaudi, causa: quia, vt dictum est, triginta sex continet causas: post subinfert quæstionem 1. vel 2. cum vna. q. simpliciter, quia quælibet causa habet suas quęstiones: postea cap. & §. Si autem quod allegatur est in secunda parte subdistincta, sic notabitur, de pœni. d. 1. vel 2. vsque ad 7. quia tractatus ille de pœnitentia, qui 33. causa sub q. 3. eiusdem causę ponitur solummodo septem habet distinctiones: postea additur. c. vel §.

M

Tertia verò pars quæ est, de consecratione: In qua agitur de sacramentis: quæ necessaria sunt ad salutem: quinque dumtaxat distinctiones complectitur: Hoc ordine, primò, de Ecclesiarum consecratione, vndè nomen accepit. Deindè, de sacramento Eucharistię. Tertio de festiuitatum solemnitatibus &c. cuius auctoritates allegantur sic. De conse. d. 1. vel 2. vsque ad 5. cū suis capitulis & §. vnde uersus.

N

Dilige Decretum si glisces canonicari
Distinguit, causat, pœnitet, & consecrat.

Decretales, & Clementinæ.

Liber Decretalium à Gregorio Papa 9. compositus est, qui in vnam compilationem redigi procurauit, per magistrum Raymundū suum capellanum, diuersas decretales epistolas prędecessorum suorum corrigens, & concordans. Qui in quinque diuiditur libros partiales. Quorum quilibet vlterius subdiuiditur in multos titulos vel rubricas: & tituli in capitula & c. in §. & hi interdum in versiculos.

O

Pars prior officia creat, Ecclesiæque ministros
Altera dat testes, & cętera iudiciorum
Tertia de rebus & vita præsbyterorum
Quintaque de vitijs & pœnis tractat eorum.

P

Vel sic breuius.

Iudex, iudicium, clerus, sponsalia, crimen
Hæc tibi designant, quid, quæque volumina signant.

Decretalium tamen liber, & sextus, & clementinæ, ferè eodem modo allegantur, per rubricas scilicet & §. nisi quod libri sexti quotationibus additur lib. 6. & Clementinæ additur. Clem. vt appareat non esse in decretalibus quod allegatur sed in altero istorum. Exemplum primi c. olim de rest. spol. vel c. placuit 16. q. 1. Exemplum secundi c. indemnitatibus de elect. lib. 6. Exemplum tertij clem. Attendentes de sta. reg. & in clem. vni. de consang. & affini. clem. furio. de homicidijs. Aduertendum etiam quod non semper quotatur c. & tunc, id quod sequitur immediate ad rubricā est principiū c.

Q

Similiter

Similiter quando est in clem. loco c. ponitur clem. 1. vel 2. aut principium ipsius c. & sic allegatur, videlicet: clem. si gratiose. de rescriptis & huiusmodi.

Ius Ciuile.

R

Ius verò ciuile allegatur communiter per. l. & §. sub suis rubricis & si est in Codice, pręponitur rubricæ. C. eleuatum. Si est in Digestis: præponūturduo. ff. Si verò est in libro Institutionum, præponitur sic pli gratia inst. de iust. & iure. §. 1. Excipiūtur ab hac regula tres libri. Primus est Codex, in quo quia sunt multæ auctenticę, quando talis auctentica allegatur, quotatur sic. auct. videlicet ad hæc C. de vsuris vel auct. cassa. C. de sa. ss. ec. Nā talis auctentica est posita sub tali rubrica & sic incipit vt sequitur ad istud autem. Alius liber est liber Auctenticorum, qui allegatur sic in auct. sub rubrica sua & § solum: aliquando ponitur, collatione prima, vel secunda, vsque ad 9. quia nouē collationes habet. Tertius est liber de vsibus feudorū, qui allegatut per rubricas suas & c. & § vnum autèm notandum: quod licet aliquando. c. vel. l. præponatur rubricis vel postponatur, nihil est, & hæc de nominibus, diuisionibus, & exemplis librorum legalium pro nunc sufficiant.

Digestum.
Institutæ. Codex.
Auctenticorum. lib.
Liber Feudorum.

Quid ex his libris omnibus, Christiano Lectori sit quærendum. Cap. XV.

S

INomnibus his (quos memorauimus) libris, timentes Deum, & pietate man sueti, quærunt voluntatem Dei cuius operis & laboris prima obseruatio est, nosse istos libros, & eos quidem euoluere, & si nondum ad intellectum, legendo tamen, uel mandare memorię, vel omnino incognitos non habere. Deindè, illa quæ in eis apertè posita sunt vel præcepta uiuendi, uel regulæ credendi, solertius diligentiusque inuestiganda sunt. Quæ quantò quisque plura inuenit, tantò est intelligentia capatior: in ijs enim quæ apertè in scriptura posita sunt, inueniuntur illa omnia, quæ continent fidem moresque viuendi, spem scilicet atque christatem, de quibus sæpius inculcabimus. Tum verò facta quadam familiaritate cum ipsa lingua diuinarum scripturarum, in ea quæ obscura sunt aperienda & discutienda peragendum est, vt ad obscuriores locutiones illustrandas, de manifestioribus sumantur exempla, & quædam certarum sẽtentiarum testimonia, dubitationem de incertis auferant. In quare memoria valet plurimum: quæ si defuerit, non potest his præceptis dari. Ideo libri sancti, veteris scilicet ac noui testamenti: nec nō Iuris Pontificij simplici sermone conscripti sunt, vt non in sapien-

T

Aug. li. 2. de doct. Christ. cap. 9. In scriptura sacra fides spes & Charitas quomodo reperiatur.

Libri Santi, simplici sermone conscripti sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia verbi, sed in ostentione spiritus homines ad fidem perducerentur. Nam si dialectici acuminis versutia, aut Rhetoricæ artis eloquentia editi essent, nequaquam putaretur fides Christi in Dei virtute, sed in eloquentiæ humanæ argumentis consistere, nec quenquam crederemus ad fidem diuino inspiramine prouocari, sed potius verborum calliditate seduci. Omnis nanque secularis doctrina spumantibus verbis resonans, ac se per eloquentiæ tumorem attollens per doctrinam simplicem & humilem Christi euacuata est, sicut scriptum est. Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Quid prodest mundanis proficere doctrinis & inanescere in diuinis? caduca sequi figmẽta, & cœlestia fastidire mysteria? Cauendi igitur sunt tales libri, & propter amorem sanctarum scripturarum vitandi. Gentilium dicta exterius verborum eloquentia nitent, interius vacua virtutis sapientia manent. Eloquentia autem sacra exterius incompta uerbis apparent, intrinsecus autem mysteriorum sapientia fulgẽt. Vndè & Apostolus: Habemus, inquit, thesaurum istum in vasis fictilibus.

Ifa. 10. li. 3. de summo bo. c. 13.

Quid sacra script. a Gentiliũ prophanis differat literis.

V

X

Sacra scriptura cur sancta dicatur & de eius effectibus. Cap. XVI.

SEd quoniam de sanctitate scripturæ multoties incidit sermo non erit incongruum scire cur sancta dicatur. Dicitur autem sacra scriptura sancta triplici ratione: à Spiritu sancto, à materia, & ab effectu: Secundum B. Tho. scripturæ sacræ effectus est quintuplex, scilicet, docere veritatem, arguere falsitatem, eripere à malo, inducere ad bonum, & perducere ad perfectum. Hinc Apostolus, omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, vel arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum instructus. Et ad Rom. Quæcunq; enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus. Hinc eloquiũ Domini ignitum, id est, igne purgatum à regio vate dicitur, his verbis: Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Propterea & Deus ipse apud Ieremiam ait, Nunquid non verba mea sunt quasi ignis ardens: & quasi malleus conterens petram. Quæ quidem nomina inde sortita est, quod velut ignis terrena consumit, ita electorum hominum mentes ab omni corruptionis labe purget. Quamobrem, primaria sacræ scripturæ vtilitas est, perfecta animorum ad diuina purgatio. Quia nullus vnquam plenè scripturas sacras intelliget, qui non affectus scribentium induerit. Et quales affectus? virtutum, quarum regina & mater est ipse. Deniq; ,se

Y

Z

Super Epi. ad Ro. lec. 2. co. 1.

Sacræ scripturæ effectus. 2. Tim. 3. d. 17. Tho. 35. a. 4.

Psal. 118.

32. f. 29.

Scripturæ sacræ vtilitas.

cundum

A cundum mensuram dilectionis consequitur magnitudo reuelationis diuinorum præceptorum. Accedere deniq; debet maximorum Christianæ eloquentiæ auctorum, & principum imitatio, qui ex diuinarum rerum cura, & contemplatione, ex Christi Iesu amore, ex maximarum deniq; artium studijs admirabilem sibi facultatem cõ pararunt. Inter hos excelluerunt Gregorius, & Basilius nobilissimum par amicitiæ: qui eloquentia sua Iuliani amentissimi, & profligatissimi hostis religionis, impetus omnes fregerunt, Athanasius vir sanctissimus, quem nec sæuissima periculorum tempestas, nec humanorum commodorum aura potuit vnquam de suo cursu
B demouere, quin Arrij impium, & sceleratum comprimeret furorem. Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Cyprianus, qui Reip. Christianæ, fuerunt lumina longè clarissima, vt alios quã plurimos, qui ex Christiani nominis cultu, & sacrarum literarum no cturna, diuturnaq; commentatione magna copia profecti sunt, omittam. Hos igitur tales ac tantos viros catholicos orator imitari debet. Sic ad discendum necessario dupliciter ducimur, auctoritate, atq; ratione. Aliud est enim quod in agendo anteponitur, aliud quod pluris in appetendo æstimatur. Quia ergo principium sapien
C tiæ est timor domini, & per humilitatem ad sublimia gradus est, incedat humana ignorantia per fidem vt mereatur fides videre quod credit. Nam bonæ sunt in scripturis mysteriorum Dei profunditates, quæ ob hoc teguntur, vt vilescant, ob hoc quæruntur, vt exerceant, ob hoc aperiuntur, vt pascant. Vnde Prosper lib. Aepigram.

Prosper. sen. 387. Quomodo incitetur cor ad discẽdum.

De diuinis scripturis.

Quamuis in sacris libris, quos nosse laboras,
Plurima sint lector clausa, & opaca tibi,
Inuigilare tamen studio ne desine sancto,
Exerceant animum dona morata tuum.
Gratior est fructus, quem spes productior edit,
Vltro obiectorum vilius est pretium.
Oblectant ad operta etiam mysteria mentem,
Qui dedit, vt quæras: addet vt inuenias.

D

Sed vt vnico concludam verbo, tria maximè conferunt ad discendam sacram scripturam, cordis, scilicet, munditia. Nam in malenodito peccatis. Beatusq; Ioannes Euangelista propter cordis mundi
E tiam fluenta Euãgelij de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit. Deinde, oratio, vt diximus, Nam, teste Iacobo Apostolo, si quis indiget sapientia, postulet à Deo, in fide nihil hæsitans. Item inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ: & præposui illam regnis & sedi-

Requisita ad sciendũ sacram script. Sapiẽ. 1. a. 4.

1. a. 6.

bus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus, & diuitias nihil esse dixi in comparatione illius. Tertium deniq́ue humilitas. Vbi humilitas ibi & sapientia. Vndè ingeniosissimus D. Georg. Eder pariterque doctissimus, sic ait: Et pia, & verò admodum similis est, sanctissimorum patrum coniectura, qua diuinam prouidentiam scribi quædam obscurius voluisse autumãt, ob causas Quatuor, scilicet, Ad exercitãdam legentium industriam. Ne facilitate nimia vilesceret. Vt tam prudentum, quàm simpliciorum habeatur ratio. Quo ad se trahat in vniuersum omnes. Nec igitur clausa est, vt paueſci debeat: nec sic patet, vt vilescat: sed vsu fastidium tollit, vt tantò plus diligatur, quantò amplius meditatur. Quãtò.n. magis quisq; in sacris eloquijs assiduus fuerit: tantò ex eis vberiorem intelligentiam capit. Pinguissimus certè est ait D. Hiero. Sermo diuinus: omnes enim in se habet delitias: quicquid volueris ex sermone diuino nascitur: Sicut tradunt Iudæi: quoniam manna quando comedebant secundũ uoluntatẽ unusquisq; susciebat in ore. Vndè, Amb. Cęlestium scripturarum eloquia diu terere, ac polire debemus toto animo, ac corde uersantes: ut succus ille spiritualis cibi in omnes se uenas animæ diffundat. Scriptura siquidem sacra aliqñ nobis cibus ẽ, aliqñ potus: cibus est in locis obscurioribus: quia quasi exponẽdo frãgitur: & manducando glutitur: potus uero est in locis apertioribus: quia ita sorbetur sicut inuenitur. Et quicũq; scripturas non intelligunt: ut rei ueritas habet: uuam acerbam comedũt. Item Hiero. in Isai. & Canonizatur d. 37. vino. Vino inebriãtur qui scripturas sacras male intelligunt: atque peruertunt syncera: qui abuntur singulari sapiẽtia & Dialecticorum tendiculis: quæ non tam tendicula sunt appellanda quam phantasmata, idest, umbræ quædã: & imagines: quæ cito pereunt & resoluuntur. Ideo scripturæ diuinæ semper in manibus, ac iugiter uoluendę essent. Nec sufficere tibi putes, ut ait Hyero. ad Demetriadem uirg. mandata Dei memoriç tenere: & operibus obliuiſci: sed ideo illa cognosce: ut facias quid quid didiceris: non enim auditores legis Iusti sunt &c. Sed heu dolendum est eo quod sacerdotes Dei omissis euangelijs & prophetijs, uidemus comedias legere: & amatoria buccolicorum uersuum cantare uerba. Hæc Hiero. & Canonizatur. d. 37. sacerdotes. Geminum confert donum, lectio sanctarum scripturarum: siue quia mentis intellectum erudit: seu quod á mundi uanitatibus abstractum hominẽ ad amorẽ Dei perducit. Habet enim in publico undè paruulos nutriat: & seruat in secreto vndè mentes sublimium in admiratione suspendat: quasi quidam fluuius, ut ita dixerim planus & altus, in quo agnus ambulet: & elephas natet: Mirabilis fluuius est iste: qui est ita planus: quod ibi agnus, id est, simplex & illiteratus potest siccis pedibus transire: & Elephas, id est, magnus & subtilis

Quod ipsius Dei in tradẽda scriptura fuerit consilium.

Greg. in moral. li. 20. c. 6.

In Psal. 147.

Lib. de Chaim & Abel. Greg. li. moral.

Isyd. li. 1. de sũmo bono.

Greg. lib. moral.

F

G

H

I

potest

potest natare: immo potest se submergere nisi fidei intellectum submittat. Et ut huius primæ partis tandem finem faciam clarissimi Socratis aurea sententia constringam, qui ita differebat. Qualis cuiusq́ue animi affectus esset, talem esse hominem, qualis autem homo ipse esset, talem eius esse orationem: orationi autem facta similitudinę huius scientiæ doctorem præparandum indicasse sufficiat. Super est nunc ut de secunda, Deo annuente, dicamus.

K

Primæ partis Rhetoricæ Christianæ Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECVNDA PARS

RHETORICAE CHRISTIANAE, CONTINENS RHETORICES TOTAM vim, definitionem, diuisiouem: Et partes succinta tractatione absoluens, quod vt aliquo additamento locupletaremus fontes sacræ scripturæ, quibus orator præcipuè oratiouem ex ornare debet aperiemus.

Compendiosam tabulam structuræ totius operis continens. Cap. I.



ED postquam hactènus generalem quandam Christiani oratoris institutionem præmisimus; consequens est, ut ipsius artis Rhætoricæ, quæ illi cum forensibus etiam declamatoribus communis est, rationem præscribamus, ut ita promissis nostris, si non quantum uoluntate, at saltem quautum facultate consequi possumus, satisfiat. Nam cum inter alia quæ studentibus necessaria sunt, unum sit & longè præcipuum memoria (quæ quidem merito scientiæ thesaurus uocatur) hæc autem non solum conseruetur atq; augeatur labore, lectione, meditationeq; assidua: sed etiam perficiatur collocatione, dispositioneq; eorum, quæ in memoria habere cupimus: Ideo oratorem, concionatoremq; futurum (quem præcipuè hoc loco formandum instituimus) qui ad huius artis culmen, & fastigium peruenire desiderat sum nopere conari, studereq; decet (vt probè suum officium præstare, exercereq; possit) summam, & veluti diæresim, hoc est, diuisionem totius artis Rhetoricæ quam mox hìc trauituri descripturiq; sumus: diligenter perdiscere, atque per synopsin ob oculos ponere: quo totì operi velut basin & fundamẽtum substernat. Quod enim ad domus molitionem est fundamentum, ad cõpingendam nauim carina, quod cor in constituendo animantis corpore (ad cuius videlicet proportionem ad suam quæque animantium differentiæ promouentur, & emergunt magnitudinem) idem meo quidem arbitratu præstabit circumcisa hæc, ac breuis tabella ad vniuersam totius artis supellectilem atq; apparatum. Duo autem inprimis hic inspicienda sunt: in quibus, scilicet, rebus, & ex quibus tanquã partibus cõstet. Quæ omnia quo ad fieri poterit quam breuissimè & euidentissimè exponam. Est autem huiusmodi Diagramma quod sequitur.


A

B

C

Sapiẽ. 7. a. 8. Totius artis Rhetorices apparatus.

In arte



Universidad de Deusto. Biblioteca

De definitione & excellentia artis Rhetorices. Cap. II.

Definitio & fundamentū eorum quæ tractatur vbi consistat. 1. Off. c. 1.

EST apud philosophos, & oratores, communi confirmatum C
sententia: eius rei de qua suscipitur, & instituitur disputatio, siue de ea orando siue scribendo, disputandum, disserēdumq; fuerit: vim omnem præcipuè in definitione, seu descriptione consistere. Qua de causa, iure optimo, ille eloquentiæ princeps, M. T. Cicero reprehendit Panętium alioqui doctum, & grauem philosophū: quod in eo libro cui titulum fecit, de virtutis officio, illius definitionem omiserit. Hac enim præmissa, & præcognita, magna afferetur lux, & aperietur ianua ad sequentia rectius intelligendum.

Quid sit Rhetorica. Arist. lib. 1. Rhe. Quinc. lib. 2. c. 16.

Est itaque Rhetorica, scientia, seu facultas, vel ars benedicendi, D
cum assensione auditorum, quoad eius fieri poterit. Scientiam, hic, loco generis accipimus, quia sub Philosophia rationali continetur. Quod cum ita sit, certum est, eam esse magni faciendam, & appetendam ab omnibus qui se homines esse volunt. Cum verò sit facultas (auctore Alexandro Aphrodiseo in commentarijs Aristotelicis) bene aut diserte dicendi, & cum assensione auditorum, consequens est eam in honore summo habendam, & magno studio ad eius cognitionem contendendum, & quidem eò maiore, quò mutua conuersatio est magis necessaria, hominibusque singulari quadam eminentia præter omnia animalia data, vt ait Philosophus. Pluris præterea, hæc

10. Aethi. facultas æstimanda est, quòd eius vsus, & exercitium eos eximios, E
& egregios, præ cæteris efficiat, quibus per singularem gratiam & beneficium obuenit, ex singulari quodam iure & priuilegio, quo illos natura alijs prætulit. Vndè elegantissimè in hanc sententiam Cicer. dixisse liquet: Præclarum mihi quiddam videtur adeptus is, qui, quæ re homines bestijs præstēt, ea in re hominibus ipsis antecellat.

Cic. 1. de Orat. Quinc. lib. 1 c. 17 Quomodo distinguatur Dialect. à Rhetorica.

Ars benèdicendi, quia cum duo sint genera orationis, altera perpetua quæ Rhetoricè dicitur, altera concisa quæ Dialecticè: in eo tantum ex Zenonis (à quo disciplina stoicorum est) sententia differunt, quod hæc compressæ in pugnum manui, illa explicitæ similis sit. Aut, vt ait Arist. in principio Rhet. quod hæc ratio dicendi latior, atque apertior sit, illa loquendi contractior. Nam quæ orator magnifico orationis splendore molitur, eadem Dialecticus breuiter & argute veluti punctis quibusdam colligit, alioqui materia eadem est, & Dialecticæ, & Rhetoricæ: nimirum omnis res, quæ indisputationem adducitur. Ars autem, quæ Ecclesiasticam eloquentiam Christiano populo tam vtilem docet, Rhetorica Christiana appellatur: quæ etiam est ars, siue facultas inueniendi, disponendi, & eloquendi ea, quæ ad salutem animarum pertinent. Vndè concinnè incom-

Quæsti ars sit Rhetorica Christiana.

G parabilis omnium disciplinarum spirans bibliotheca præstantissimumq; nostrę ætatis decus Arias Montanus decantauit.

Huic soror est ventre ex vno concepta gemella
Præcipuo Logicen dixerunt nomine Græij,
Quæ rationis opes, vires, neruosque ministrat
Dicenti, viuos adhibet germana colores:
Hæc vincit, victum illa sequi parereq; suadet.

Notandum tamen quod quælibet ars in sui exordio, teste Auic. est cruda, & immatura, sed maturatur postea, & deinde paulatim decoratur & perficitur: talis fuit antiquitus philosophia apud Græcos, H
primum quidem persuasibilis scilicet, Rhetorica, deinde quia incidit deceptio in ea, fuit Dialectica in vna ex partibus eius scilicet naturali, quæ apud plures eorum fuit vsitata. Tum demum dialectices præcipuum munus est, ratione probabili, aut verisimili demōstrare: Rhetorices verò persuadere: Et tàm secundum Philosophum quàm secundum veritatem (vt adducit Egidius Romanus) Rhetorica est consequens Dialecticæ. Quamuis autem hæc ars certorum præceptorum collectione tradatur, adeo nihilominus cum natura conuenit, vt minimo labore, & industria, quisquis eam sibi comparare studuerit, tāto reliquis hominibus, qui eius abiecta cura, nul-

Aristicet in in suo princi pio sit cruda postea matu rescit. 7. 1. Philosophiæ. c. 2.

I lam excolendo illustrandoq; ingenio eius virtute operam nauant: præstare possit, quantum inter eos, & animalia bruta interest. Omnium enim hominum animis indita sunt, quædam huius facultatis semina. Quamobrem receptissima diuisione in duo membra distinguitur.

Rhetorica vnomodo sit cōsequēs Dialecticæ.

De duobus artis generibus. Cap. III.

K SOlent periti disciplinarum, Rhetoricen in duo genera partiri, diuisione eadem qua scientia distribuitur: videlicet in naturalem, & artificialem. Prior consistit in iudicio, & eloquentia hominibus insita à natura, qua etiam illiterat pollent: quæ madmodum re ipsa videre est, plurimos literarum expertes, tanta præditos esse eloquentia, rationibusq; tam solidis instructos, vt in eorum potestate sit, sola illa vi naturali, & acumine ingenij, tàm viua voce, quàm scriptis nihil non persuadere vel dissuadere. Huiusmodi argumentum est efficacissimum in commercijs, & negotiationibus Indorum, quæ illi (quamuis sint, perpetuoq; fuerint literarum, scripturæque ex ipsis conflatæ exortes) tanta dexteritate, atq; arte peragunt, L
vt in admirationem, & assensum eorum quæ volunt facilè alios adducant. Literarum penuria in causa erat, vt alijs quibusdam signis

Quid sit Rhetorica naturalis.

Indi etsi literis carēt persuadent mirū in modū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

velut hieroglyphycis quibus alter alteri mentem suam significaret, vterentur. Verum licet videatur grauis hic defectus, propter conseruationem rerum præteritarum, non tamen re vera fuit: illæ enim quasi per manus posteris tradebantur. Hinc permulti intulerunt cum magna assueratione nunquam ante nostram ætatem in illas regiones Indicas sancti Euangelij notitiam, vel prædicationem deuenisse. Quod pro certo habetur, cum eius rei nullum vestigium, aut simulachrum existat. Quamuis hoc per nostri ordinis religiosos qui fuimus primi in illo nouo Indiarum orbe à rebus ad cultum diuinũ M
spectantibus alienissimo, in tyrannide autem diabolica planè tam misere submersos: aliosq; trium ordinum, qui etiam nunc ibi sunt, & ab initio appulerunt, uel quotidie aduenium, solertissimè indagatum sit. In hoc autem differunt nostri Occidentales, ab Orientalibus; quòd inter Orientales non solum est traditio, sed etiam signa. Vndè, non defuerunt qui illis Euangelium prædicatum affirment. Et apud ipsos sunt viri vndequaq; doctissimi in omni scientiarum genere, qui quidem & facultate, & venustate dicendi pollent. Sed quoniam in Orientalium mentionem incidimus, præsertim verò N
hoc capite, non alienum ab instituto erit, si ex his quæ de illis à fide dignis viris accepimus, paucula hic proferam. Sunt ergo Orientales, (quos Chinenses Asiatici Scyte vocant) qui licet gens barbara æstimentur, in negotiatione tamen, & manuarijs operibus censentur admodum industrij: sed neque in literarum cognitione cuiquam regioni cedere creduntur. Habent enim leges scriptas Iuri Imperetorio simillimas, vt ex libro quem eorum legibus scriptum apud Indos asseruari audio, videri potest. Vnam ex his legibus, exempli gratia, proferam, quæ est. Non esse integrum viro, mulierem, cum qua viuente marito adulterium commiserit, post mariti mortem, matrimonio sibi iungere. Intelligo etiam apud eos doctrinæ gradus, & O
præmia esse. Eruditis etiam viris, Regis, totiusque regni moderationem committi. Sed & in eorum picturis, viros è suggestu legentes, & auditores circumadstantes conspicere licet. Huc addè artem typographicam tam vetustam apud illos esse, vt omnium hominũ memoriam superet, & semper vsurpatam apud eos verisimile sit.

Euãgelij notitia vsq; ad nos minima in illis habita regionibus.

D. Garcia ab horto li. de Aromat. & simplicib.

Chinenses Scytæ sunt.

Doctrinæ gradus apud Chin.

Typographica apud Chin. vetustissima.

De subdiuisione Rhetoricæ naturalis. Cap. IIII.

POstquam generatim dictum est de his quæ competunt Rhetoricæ naturali: reliquum est vt ad absolutiorem eius intelligentiam subdiuidatur. P

In { Perfectam, & Imperfectam.

Perfecta

Perfecta in suo genere vocatur illa, quæ sita est indexteritate quadam, & ratione loquendi matura, accurata, & tecta atque natura ipsa omnibus orationis partibus exornata, eaque subtilitate dictata, tàm in consuetudine, & commercijs: quàm in scriptis, vt omnis suspicio affectationis, quæ plerunque odiosa est, absit.

Imperfecta consistit in locutione inepta, rustica, & inurbana, quæ Q
licet alias orationis partes habeat, caret tamẽ dispositione, & ordine. Sed potest expoliri.

Quibus cõparatur Rhetorica.

{ Arte.
Imitatione, &
Exercitatione.

Vt postea declarabimus. Nam vt ait Quinctilianus, Facultas orandi cõsummatur magno labore, assiduo studio, varia exercitatione, rerũ vsu, atque experientia, recondita prudentia, & consilio præsenti. R

Quid sit Rhetorica artificialis & quomodo diuidatur. Cap. V.

RHetoricam artificialem vocamus, quæ studio, & arte comparatur: ope regularum, & præceptionum doctorum virorum, qui fuerunt infiniti, tum Græci, tum latini, qui eam descripserunt, atque tradiderunt. Notandum hìc est, artem excogitatam, inuentamque esse, vt actiones naturales perfectum atque solidum finem consequerentur: Quod in omnibus rebus cernitur, vt arte carentes rudes sint, & imperfectæ quæ accedente perficiuntur. Sic quãuis homo naturaliter aptus sit ad discendum cudere aurum, argentumque, scribere, pingere, texere, fabricari, multaq; alia, arte tamen, vt dictum est, illa consumantur. Vnde, ars recte quidquam faciendi, aut cognoscendi dicitur promptitudo: ex quo factum est, vt cum multæ in nobis sint operationes, atque inter se diuersæ, quas rectè exercere non poteramus, plures ad hoc inuentæ sint artes. Itaque hæc nostra diuiditur. S

Ars quid sit.

In { Declamatoriam, & Oratoriam. T

Ne ordinem dispositionemq; à veteribus obseruatam temerè confundamus, admonitum volo, priorem post suo loco traditum iri. Secunda, quæ est oratoria, subiectas habet causas, partesque orationis, nec non oratoris munus quod in mouendo potissimum occupatur.

Differunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ differentia sit inter oratorē, Rhetorem, & declamatorem

Differunt autem orator, & rhetor, & declamator: sic, Orator est, qui in iudicijs, vel in concionibus agit. Rhetor, qui Rhetoricen profitetur. Declamator, qui aut docendi alios, aut exercendi se gratia, fictam causam agit, vt in veris causis postea possit orare, quod declamare dicitur. Quare declamare erit ficto themate componere. Hinc actiones ipsæ orationes & declamationes vocantur. Differunt & orator spiritualis & secularis, vt habet Guil. Paris. in lib. de Rhet. diuina, & post eum Gab. orator enim secularis sua oratione & mouere, & in partem suam iudicem inclinare intendit: vt, scilicet, pro parte sua iudicet & sententiam ferat. Orator verò spiritualis, per orationem suā intendit à malo auertere, & ad bonum inducere, vt animas Christo lucrifaciat, cum sit rectæ fidei defensor, ac debellator erroris: eius interest & bona docere, & mala dedocere, atq; in hoc opere sermonis conciliare auersos, remissos erigere, nescientibus quid agatur, quid expectare debeant, intimare. Vbi autem benevolos, intentos, dociles, aut inuenerit, aut ipse fecerit, cætera peragenda sunt sicut causa postulat. Si docendi sunt qui audiunt, narratione faciendum est: si tamen indigeat res de qua agitur, vt innotescat. Vt autem quæ dubia sunt, certa fiant, documentis adhibitis ratiocinandum est. si verò qui audiunt, monendi sunt potius quam docendi, vt in eo quod iam sciunt, agendo non torpeant, & rebus assensum accommodent, quas veras esse fatentur, maioribus dicendi viribus opus est. Ibi obsecrationes, & increpationes, concitationes, & coercitiones, & quæcunque alia valent ad commouendos animos, sunt necessaria. Et hęc quidem cuncta quæ dixi, omnes ferè homines in ijs, quæ loquendo agunt, facere non quiescunt. Sed cum alij faciant obtusè, deformiter, frigidè: alij acutè, ornatè, vehementer: illum ad hoc opus vndè agimus, iam oportet accedere, qui potest disputare vel dicere sapienter, etiam si non potest eloquenter, vt prosit audientibus: etiam si minus prodesset, quam si & eloquenter posset dicere. Qui verò affluit insipienti eloquentia, tanto magis cauendus est, quanto magis ab eo in ijs quæ audire inutile est, delectatur auditor, & cum, quoniam disertè dicere audit, etiam verè dicere existimat.

Oratoris secularis scopus. Lect. 31.

Orator spiritualis quid prætendat.

Quando ratiocinādum

De subiecto, & materia Rhetoricæs. Cap. VI.

7. Polit. c 4. Materia qd sit.

EXperientia constat, & Arist. docet, artes habere aliquam materiam circa quam versentur. Artis materia est, in quam omnis ars & ea facultas quæ conficitur ex arte confertur. Vt si Medicinæ materiam dicamus esse morbos, ac vulnera, quod in his Medicina versetur. Sed animaduertendum quod de materia Rhetorices

rices Quinct. varias recenset opiniones, dicentibus alijs eam orationem esse, alijs argumenta persuasibilia, quęstiones ciuiles alijs, alijs totam vitam, alijs propter aliquam virtutem, locum ei in Ethycæ assignantibus. Et concludit omnes res ad dicendum oratori subiectas, materiam Rhetorices esse. Quod auctoritate Socratis in Gorg. & Phedro, & Ciceronis in lib. 1. de inuentione probare contendit. Atq; materia, prætermissis alijs diuisionibus & subdiuisionibus, à Petro Hispano, & alijs adductis, in omni arte duplex est.

lib. 2. inst. c. 21.

Duplicē esse huius artis materiam.

} Propinqua, &
} Remota.

Propinqua vel proxima, circa quam ipsa ars versatur, vt ligna materia sunt artis lignariæ, fabrilis ferrum, quia circa hæc tales artes versantur, vel largius si vis vt ex Angelo Politiano colligimus, vt Architectonicæ, in omnibus quæ sunt ædificio vtilia versatur. Et celatura auro, argento, ære, ferro, opera efficit. Altera, quæ est remota, qua ars quidem indiget, non tamen circa eam prognariæ artis, remota tamen, ferrum militaris, lana textoriæ dicuntur, quia sine his materiæ proximæ non constant. Aduerte etiam eodem modo, in Rhetorica duplicem esse materiam, alteram propinquam vt sermo ornatus, & elegans: quæ tribus dicendi generibus continetur alteram autem remotam, nempè res omnes ornatè dicendæ quia circa tales versatur. Materia itaque oratori ecclesiastico ad dicendum subiecta duplex est: remota, & proxima, remota patet latissimè, ita vt quidquid ex philosophis, poēris, historicis, oratoribus ex omni scriptorum genere excerpi potest ad vtilitatem populi, id totum ecclesiastico oratori, tanquam proprium ab alijs vsurpatū, subijciatur. Proxima verò materia est, omnis propositio catholica, intelligentiæ, & saluti populorū accōmodata. Quæ includitur.

Oratoris Ecclesiast. materia duplex.

In } Honesto,
} Vtili,
} & Delectabili.

Honestum sic definimus, virtutis decorem, qui cum vtilitate, ita est coniunctus, vt separari nequeat. Romanæ Eloquentiæ pater sic ipsum definit: Bonum honestum est illud, quod sua vi nos attrahit: & sua dignitate nos allicit ad sui amorem. Et dicitur honestum, quasi honoris status, id est, bonum per se, vel propter se diligibile: aut simpliciter, sicut est Deus, aut secundum quid, vt sunt virtutes; quia de se ipsis habent vnde desiderentur. Et præcipuè reperitur in virtutibus infusis secundum D. Tho. vnde & Sapien. dicitur, venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, scilicet, sapientia infusa, & innumerabilis honestas. Vtile est illud, quod non propter se sed

Honestum.

1. p. q. 5. ar. 6. Sap. 1. 7.

propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

Velle quid primo.

propter aliquem finem consequendum, est appetibile, vt potio amara infirmo, vel vt B. scribit Ambrosius, est quod confert ad uitam æternam. Delectabile, secundum Gersonem, est motus animæ consurgens ex apprehensione obiecti per modum conuenientis. Sed hoc interest inter alias artes, excepta Dialectica, & eloquentia: quod cæteræ ferè artes intra suos fines consistunt singulæ: benedicere autem, quod est, scienter, & peritè, & ornate dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis Septa teneatur. Omnia quæcunque in hominum disceptationem cadere possunt, benè sunt eidicenda, qui hoc se posse profitetur; aut eloquentiæ nomen relinquē dum est: & sic tota dicendi ars diuiditur.

Delectabile. Parte 4. lect. 1.

Arist. 1. Rhet.

Tota ars dicēdi quomodo diuidatur.

In { Subiecta, &
Applicationes.

Confirmationes vnde sumantur.

Subiecta quæ plerique locos, seu terminos appellant in vniuersum sunt nouem, Deus, Angelus, cœlum, homo, imaginatio, sensus, vis vegetandi, elementatiua, & instrumentatiua. Dicuntur subiecta vel materia, quia de ijs principaliter loquimur: aut quia ab ijs sumūtur confirmationes, & confutationes. Ne tamen modo, longo studiosos teneam sermone, sumuntur ab omnibus his subiectis confirmationes.

{ Auctenticè,
Similiter, &
Exempli causa.

Auctenticè, quia nunquam nisi quod verum & auctenticum est debet ab oratore catholico proponi (vt latius inferius patebit) vtēdo similitudine, & exemplo, vt attentiores reddat auditores, & excitet illorum mentem ad inquirendum mysteria exemplo Christi, qui auctoritatibus, similitudinibus, & exemplis docebat.

Christus quomodo docebat.

De explicatione primi subiecti, scilicet, de Deo. Cap. VII.

Deus aliquādo ratione Deitatis, aliquādo ratione infiniti ē subiectū & quomodo.

DEus dupliciter est subiectum, vel ratione Deitatis, vel ratione infiniti: ratione Deitatis solius Theologiæ subiectum est; ratione infiniti potest esse subiectū alicuius scientię creatæ: vndè benè in præsentia adducimus Deum subiectum esse, quo Deus verus includitur: & etiam Idola, & poetarum Dij, sacerdotes & principes. Ad cuius probationem, auctoritas hæc, Dij estis & filij excelsi omnes, insuper similitudines & significantia exempla proponi solent. Verumenimuerò vbi de rebus maximis ac sublimibus contendendum est, hoc parcè, humiliter, & religiosè fieri debet. Quamplurima huius rei exempla extant apud D. Dionysium lib. de diuinis nominibus. At in huius diuini subiecti consideratione, omnia tanquam eius instrumenta referenda sunt Deo, ita tamen, vt ipse sit finis, principium, & medium, atque ipsi soli subijciantur omnia, cuius bonitas patebit in prædicatis. Quæ numero sunt nouem: Bonitas, Magnitudo, Duratio, Potestas, sapientia, voluntas, virtus, veritas, gloria. Prædicata eam ob rem dicuntur quia aliquo modo de subiectis prædicantur. Vide Gab. qui & ponit regulas de prædicatione terminorum in diuinis: quas si videre placet, tām ad ipsum quàm ad D. Bona. te remittimus, & in triplici sunt differētia.

De rebus sublimibus quomodo agendum.

Bonitas patet in prædicatis.

Lib. 1. d. 4. q. 1. & Card. came. lib. 1. li. 1. d. 33. q. 3.

{ Essentialia.
Causalia, &
Finalia.

Essentialia quidem sunt quæ secundum ñaturam de Deo dicuntur, ipsiq; soli essentialiter conueniunt. Considerāturq; tria hæc dicta, Theologicè, Phisicè, & Mathematicè. Suntq; illa, vt ordine procedamus: Bonitas, magnitudo, duratio. Quæ sic connectuntur.

Prædicata essentialia quæ sint.

	Theologicè.	Phisicè.	Mathematicè.
Essentialia.	Bonitas	Pater	Essentia
	Magnitudo	Filius	Esse
	Duratio	Sps. S.	Existētia

	Mathematicè.
	Punctus
	Explicatio. l. fluxus ī eē
	pmanētia pūcti ī magno

Vt autem vnitas potestate est omnis numerus: ita punctus omnis quantitas. Atque, vt punctus non potest se explicare sine effluxu in magnitudinem. Ita bonitas nisi communicetur, cum bonum sit sui ipsius diffusiuum. Duratio autem, habet se, vt perseuerantia: ne imaginemur illum fluxum infinitum. Sicut bonitas etiam est principium & terminus omnis appetitus: Ita bonitas diuina, est causa nostri esse, & boni esse per modum voluntatis, non naturæ, & necessitatis. Hæc autem causa non ponit effectum statim cum est. Nam bonitas est dispositio causæ, in quantum causa, & proxima ad actum. In quantum verò est dispositio generalis, in qua consistit vestigij ratio, dicit respectum ad finem. Et est duplex.

Bona. 1. d. 1. Dub. 11.

{ Permanens, &
Fluens.

Permanens est, vniuscuiusq; rei secūdum se: vt quando Demones sunt boni. Fluens verò est, vt quam habet vna res respectu alterius: vt bonitas hominis erga Deum, homines, arbores &c. Magnitudo in diuinis secundùm vsum sanctorum, vt Gab. & Aliacensis scribunt, quandoq; accipitur vt est mere absolutum, sicut sapientia, perfectio. Et sic nullo modo distinguitur ab essentia, & illo modo personæ dicuntur æquales propter essentiam vnam in eis. Et sicut omnium

Universidad de Deusto
Biblioteca

personarum est vna essentia, ita & vna magnitudo. Et sicut pater non N
est formaliter essentia: ita nec est formaliter magnitudo: & sic paternitas ex se siue formaliter, nec est æqualis nec inæqualis filiationi; sed tantum ratione essentiæ: quæ est eadem vtriq́ue, paternitati, scilicet, & filiationi. Alio modo accipitur magnitudo pro omni realitate positiua, siue absoluta, siue relatiua. Isto modo paternitas ex se, & formaliter, est quædam magnitudo, sicut ex se, est quædam entitas realiter, & ex se est perfecta, & perfectior omni creatura; eiq́ue ex se repugnat omnis imperfectio. Magnitudo verò communiter sumpta, est quadruplex.

} Molis } Perseuerantiæ, &
} Virtutis } Successionis. O

Molis est propria rebus corporalibus. Virtutis est facultatum & virum. Perseuerantiæ vel constantiæ est eorum quæ non crescunt, nec descrescunt, vt cœli. Successionis verò nuncupatur quæ mutabilis & successiua est, vt hominis, animalium. Duratio, vt notat Cab. significat rem durãtem connotando successionem in ipsa re durante: vel in alia coëxistente actu uel potentia. Omnis autem successio est realiter motus, sic igitur omnis duratio includit motum quæ primo tempore mensuratur. Differunt tamen duratio Angeli, & æternitas Dei: Hæc enim initio caret, illa verò non sic. Item æternitas P
Quomodo æternitas dei et duratio angeli differant.
Dei est simpliter immutabilis, & quantum ad durationem & quantũ ad durantem. Duratio Angeli est vtroq́; modo mutabilis: quia Angelus non potest durare cum possit anihilari: & durans potest mutari de cognitione in cognitionem: & de affectione in affectionem. Sic etiam differunt esse, fore, fuisse in Angelo & Deo, quia Angelus potest fuisse, & nec esse, nec fore: potest esse, & nec fuisse, nec fore: si præsenti instanti crearetur, & in eodem anihilaretur. Potest fore, & nec esse, nec fuisse: non sic Deus qui necessario coëxistit cuilibet differentiæ temporis nec potest non esse, aut non fuisse, aut non fore: tamen æternitas non est aliquid inhærens Deo: nec duratio est aliquid inhærens Angelo. Et sic duratio tripertitur. Q

In } Aeternam
} Aeuiternam, &
} Temporalem.

Aeterna soli Deo, & nulli alij congruit. Aeuiterna eorum quæ principium habent & fine carent, vt Angeli. Temporalem verò eorum quæ principium, & finem habent, æqualiter enim moritur homo pariter & seruus, elephas, & canis.

Prædicata causalia quæ sint. Cap. VIII.

His

R His sic prælibatis transeundum nobis est ad prædicata causalia, quæ sunt: Potestas, sapientia, & voluntas. Quæ sic explicantur.

	Theologicè.		Phisicè.	Mathematicè.
Causalia.	Potestas.	Pater.	Mens.	Punctum.
	Sapientia.	Verbum.	Mundus.	Linea.
	Voluntas.	Amor.	Nexus.	Superficies.

Cum potestas communiter sumpta, nihil aliud sit quàm fortitudo corporalis, vel quàm gradus vel eminentia secularis: notandum, quod tam in bono, quàm in malo, licet non vno eodemq́ue modo in scriptura inueniatur, de qua in præsentia nihil ad nos. Potestas verò diuina, de qua tangitur, est admirabilis, quia potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur: Neq́ue loco coarctatur, de qua summa veritas in euangelio loquitur dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Termino non limitatur, vt est apud Zacha. Loquetur pacem gentibus, & potestas eius à mari. Tempore etiam non antiquatur, quia Potestas eius potestas æterna. Labore non fatigatur vt Deipara virgo canit: Ipse fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos, &c. Ipse solus igitur est potens, & ideo est timendus, amandus, honorandus & frequentandus. Milites enim in exercitu de potentiori faciunt sibi ducem, apes in alueario, cerui transituri fluuium, potentiorem, & fortiorem constituunt sibi regem, & illum sequuntur, Elephantes insuper forti, & potenti arbori quando dormiunt innituntur. Dei succentor Dauid: hanc diuinam desiderabat potentiam: dicens. Excita potentiam tuam & veni. Habet enim singularitatem magnam. Ac primũ quidem illa partitio a Theologis tradita, consensum ferè omnium meruit, in qua potestas, siue vt ipsi dicunt, Potentia, duplex est. Daniel 7. Matt. 28. 9. T

} Absoluta, &
} Ordinaria.

V Sed quoniam breuis esse cupio, illud statim etiam ponendum est, diuinæ potentiæ descriptionem esse duplicem. Nam & generalem quandam intelligimus, quæ quoniam lege nulla etiam naturali constringitur à Theologis absoluta vocatur. Et aliam huic subiectam, quæ spectat in rerum ordinem præfinitum, ideoq́ue potentiam appellant ordinatam. Atqui illa superior definiri solet circa eas res quas esse non repugnat, quæue non implicant contradictionem; sic enim loquuntur. Quæ autem potentia ordinaria subiecta illi priori quasi generi est, eam definiunt circa ea, quæ esse possunt salua lege statutisq́ue diuinis: vel dic primam esse, qua Deus operatur absq́ue medio causarum secundarum. Secunda, quæ ex causis secundis procedit. In rebus verò, etiam potestas inuenitur. Nam alia est. X

Universidad de Deusto
Biblioteca

{Naturalis.
{Legitima, &
{Violenta.

Naturalis est in omnibus, vt potentia maris est submergere naues. Legitima est, quando id possumus quod iure non prohibemur. Violenta est, vt si quis virtutibus & viribus abutatur. Sapientia secundum Lyram & doctores est duplex: Prima, diuina siue increata. Secunda, creata, vt est humana & Angelica. Sapientia verò diuina dupliciter accipitur. Vno modo essentialiter, & sic sapientia in Deo idem est, quod essentia. Alio modo, Personaliter & propriè dicitur sapientia genita: & est idem quod verbum diuinum, & per consequens est filij Dei proprium seu attributum vel appropriatum: sicut attributum patris est potentia. Vndè, secundum Cardi. tile terminus sapientia per se sumptus est terminus essentialis: sed sumptus cũ addito est personalis: vt sapientia Genita, quod patet; quia sicut filius est à patre, & per patrem: sic est sapiens ab ipso & per ipsum, quæ est sapientia ingenita, & sicut dictum est de filio, ita pariformiter quo ad istam propositionem potest dici de Spiritu Sancto. Sapientia verò creata, est cognitio primarum, & altissimarum causarum. Vel secundum Alpharabium. lib. de diuisione philosophiæ. Est scientia sempiternorum. Cum sit rerum diuinarum & humanarum scientia cognitioque: quæ causa cuiusq; rei sit: ex quo fit, vt diuina imitetur: humana omnia virtute inferiora ducat. Vndè sapientia qua formaliter sapientes sumus: est quædam participatio diuinæ sapientiæ, quæ Deus est. Secundum D. Tho. 22. q. 23. Omnis sapientia est scientia, inquantum est de conclusionibus: sed differt à cęteris scientijs inquantum est de principijs. Sapientia etiam differt à scię tia, quia sapientia est rerum diuinarum cognitio. Scientia uerò humanarum. Quare Aug. ait. Sapientia est in contemplatione æternorum; scientia uerò in occupatione temporalium. Idem, hæc est sapientiæ & scientiæ recta distinctio: vt ad sapientiam pertineat, æternarum rerum cognitio intellectualis. Ad scientiam uero, tẽporalium rerũ cognitio rationalis. Tum etiã diuina sapientia est primo & per se sapientia ueri Dei. Quare arcanorũ Dei conscius, ait, elegit Deus stulta ut sapientes confunderet: & infirma mundi elegit Deus, utcõ fundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret: ut non glorietur omnis caro in conspectu eius: Et sapientia est emanatio claritudinis omnipotentis Dei: & est imago bonitatis eius. Voluntas est appetitus boni cum ratione secundum Arist. & uoluntas completa non est nisi de possibili: quod est bonum uolenti. Et hæc uoluntas quædam est.

1. c. Eccle. Sapientia duplex.

q. 7. hoc. ar. 3.

Arist. 1. lib. Metaphi.

Tho. 1. 2. q. 57. ar. 2.

Sapiẽtia quo modo differat à scientia. 1. Cor. 1. 3. lib. de Trini. 1. Cor. 1. d. 27

lib. 1. Rhet.

Y

Z

A

B

Increata, & diuina, uel

Creata,

Creata, & humana.

Voluntas diuina quandoque accipitur propriè pro diuina essentia: qua Deus vult aliquid fieri vel non fieri, & tunc ostendit diuinum beneplacitum, quod non est aliud quam Deus volens, vt dicit Cardi. Alio modo impropriè: tropicè vel methaphoricè pro aliquo habente aliquo modo ordinem ad diuinam voluntatem, & supponit tunc non pro bene placito vel voluntate Dei, sed pro aliquo alio: quod est eius signum, & secundum hoc communiter distinguitur in voluntatem bene placiti & voluntatem signi, unde elegantissimè Gab. dicit: quod voluntas diuina est concors & mutua charitas siue dilectio: & amor iucundus & mutuus communis patri & filio & spiritui sancto. Nec plus distinguitur ab essentia diuina communi tribus personis, quàm essentia à se ipsa: sed sunt idem omnibus modis. Diuina hæc voluntas sola est prima regula omnis iustitiæ & eò quòd vult aliquid fieri Iustũ est fieri: & eo quod vult aliquid non fieri, nõ est iustum fieri. Voluntas Dei diuersimodè accipitur in scriptura. Magister enim dicit, sacra scriptura de volũtate Dei variis modis loqui consueuit: vndè voluntas eius non est diuersa sed locutio, quia diuersa nomine voluntatis accipit. Nam eius uoluntas verè & propriè dicitur, quæ in ipso est, & ipsius essentia est, Et hæc vna est; nec multiplicitatem recipit. Distingui tamen solet in voluntatem.

{Bene placiti, &
{Signi.

Illa dùplex est, scilicet, antecedens & consequens. Hæc quintuplex, scilicet, prohibitio, præceptio, consilium, impletio, siue operatio, permissio, hoc est, ille terminus, voluntas, aliquando idẽ est, quod prohibitio, quandoque idem significat quod præceptum. Quę distinctio non est rerum, sed huius vocabuli voluntas, secundum diuersas suas significationes, quibus accipitur in scriptura. Et propriè accipiendo vocabulum, voluntas, dicit solum voluntatem beneplaciti, consequentem. Vnde, integerrimus philosophus Boet. colophonem his apponens, dicit, esse duo principia actuum humanorum, videlicet, voluntatem & potestatem. Quibus sapientia mediat, sine qua duo alia omnino videntur cœca nisi intercedat lumen sapientiæ.

q. 14. ar. 1. li. 1

Lect. 68. & 69. & d. 46. q. 1. lib. 1. & d. 32. q. 2. lib. 1.

Lib. 1. d. 43. c. 7.

li. de cõsola.

C

D

E

F

Finalia prædicata quæ sint. Cap. IX.

HActenus de duobus prædicatis, scilicet, essentialibus & causalibus, pro ingenij, & stylli nostri tenuitate deprompsimus, reliquũ modo est, vt de prædicatis finalibus dicamus. Quæ sunt: virtus, veritas, & gloria. Explicanturque.

Theo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

	Theologice		Phisicè	Mathematicè.
Finalia.	Virtus.	Pater.	Potentia.	Centrum.
	Veritas,	Filius.	Actus.	Diameter.
	Gloria.	Spiritus sanct.	Nexus.	Circulus.

Vbicunque alicuius virtutis mentio facienda est, statim nobis occurrere debet contrarium eius in excessu vel defectu: si se accommodet. Virtus est principium omnis operationis secundum phisicos & G
omnes: Habetque symbolum maximum cum potentia, ita vt vnum pro alio plerunque ponatur. Tamen, cum virtus communiter sumpta, nihil aliud sit, quàm quędam mentis dispositio, qua mens rationi consentit, & Deo consonat & obedit, possumus dicere quod virtus secundum suas diuersas cõditiones a diuersis diuersimodè definitur. Et sic dicit Philosophus quod virtus est habitus voluntarius, eò quòd in medio duarum malitiarum consistit. Aug. latinorum theologorũ merito pater, in lib. de spiritu & anima, dicit, quod uirtus est habitus mentis bene constitutæ. Et etiam aperta voce asserit virtutem esse H
bonam mentis qualitatem, qua rectè viuitur, qua nemo malè vtitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur. Aduertendum tamen, quod virtus antiquitus solum per fortitudinem sumebatur. Et secundum hoc uidetur loqui scriptura; nam vbi agit de uirtute communiter, videtur intelligere de potentia, & fortitudine, vel vigore. In præsentia verò, theologica virtus alijs dimissis partitionibus sic à Gersone describitur; est habitus à Deo solo infusus, eleuans liberum arbitriũ, id est, rationis aut bonitatis, aut utriusq; facultatem ad Deum immediatè obiectiuè & laudabiliter attingendum. Quod dupliciter accipitur uno modo strictè, & sic tres requiruntur conditiones. Prima quod respiciat Deum pro primo & principali obiecto. Secũda, quod I
habeat veritatem pro prima regula actuum suorum, ad quos inclinat: & non regulam aliquam adquisitam humanitus, putà prudentiam. Tertia quod immediate à Deo infundatur sicut à causa efficiente. Harum conditionum prima respicit obiectum. Secunda regulam directiuam. Tertia causam efficientem. Illo modo fides, spes, charitas adquisitæ non sunt, quia deficit tertia conditio. Secundo modo accipitur virtus theologica largè, pro virtute respiciente Deum pro obiecto principali, innitens primæ veritati tanquam regulæ siue sit à Deo infusa, siue naturaliter adquisita. Et sic fides, spes, K
& charitas, adquisitæ respectu Dei vt obiecti primi & principalis sunt virtutes theologicæ. Per primas enim duas conditiones virtus theologica sufficienter distinguitur à morali: quia moralis non habet Deum pro obiecto primo: licet habere posset Deum pro fine. Similiter moralis innititur regulæ humanæ, scilicet, prudentiæ siue rectæ rationi naturali. Theologica verò, veritati diuinę. Ideo enim

fides

fides credit, quia Deus reuelauit. Ideo spes desiderat: quia sic desiderandum esse Deus reuelauit. Sic charitas diligit: quia sic diligere Deus præcipit: Habitus verò harum virtutum theologicarum supernaturales (vt scribit Cardi) sunt nobis necessarij de potentia Dei ordinata ad consequendum beatitudinem: & hoc præcise tenetur propter fidem, & sanctorum auctoritatem. Et secundum eundem, obiecta virtutum thologicarum immediata sunt complexa. Nam obiectum fidei est, hoc complexum, omne reuelatum à Deo est verũ eo modo quo reuelatur à Deo. Obiectum autem spei est, quod beatitudo est nobis conferenda à Deo propter merita. Obiectum autem charitatis est, hoc complexum: Deus est diligendus: & omne quod Deus vult diligi à nobis charitatiue. Et vt idem dicit Aliacen. licet Deus sit obiectum mediatum cuiuslibet virtutis theologicæ: tamen hoc complexum est immediatum obiectum spei, scilicet, visio L
& fruitio diuina, siue beatitudo est homini conferenda propter merita. Quod credo sic esse intelligendum (inquit Cardi.) quod beatitudo homini conferetur, si secundum legem Dei meritoriè operetur. Non autem omnes virtutes (inquit Gerson) theologicas & diuinas nominamus: sed eas dumtaxat, quæ ad Deum immediate dirigunt, scilicet, fidem, spem, & charitatem. Fides (secundum Iacobum de Valentia) est quædam virtus theologica desuper infusa: qua mens eleuata & confortata credit & assentit rebus supernaturalibus, & nõ visis. Charitas est, qua uoluntas eleuatur ad intelligendũ Deũ super omnia. Spes verò, qua contemptis terrenis, spiritualia bona & inuisi N
bilia appetuntur, & expectantur. In hominibus enim, uirtutes sunt quidam riuuli è fonte diuinæ gratiæ procedentes, & semper terram animæ diffundentes, ipsam spiritualiter irrigantes, atque bonis operibus fœcundantes. Natura generat res informes, sed diuersis postea dispositionibus, & alterationibus ipsas perficit, vt patet de corpore, quod diuersis complementis & iuuamentis organizatur: sic verè anima, de se informis & sine virtute & gratia est, & ideo necesse est quod habitus & dispositiones virtutis eidem imprimantur, per quas in esse suo corporali siue morali compleatur &c. Tantæ enim excellentiæ est uirtus quod Socrates apud Platonem fatetur se non posse eam definire. Veritas, vt lux in omnibus rebus sedem posuit; habet se autem quodammodo, quasi vt finis sapientiæ: quia omne studium O
fit propter ueritatem. Quæ quidam triplex est.

- Theologica siue catholica.
- Physica.
- Et Ethica.

Quid sit Thologica veritas. *Cap.* X.

Theo-

p. 1. de vita spir. animæ. roll. 2.
Psal. 4.
q. vni. ar. 2. li. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

THeologica est, veritas fidei cuius contrariū est hæresis. Est itaq; necessaria viatori ad æternam salutem habendam, hoc est, veritas theologica est, veritas cuius notitia adhęsiua necessaria est ad salutem explicitè vel implicitè habenti vsum rationis & eam apprehendenti: vt omnes veritates in canone Bibliorum contentę sūt veritates theologicæ, & sufficit ad salutem ea credere implicitè: sicut omnia reuelata in genere à Deo in sensu per Spiritum Sanctum intento. Item omnis propositio seu veritas formata vel formabilis de Deo vel etiam de creaturis: vt referuntur ad Deum secundum rationem gubernationis, creationis, conseruationis, iustificationis, redemptionis, remunerationis, & similia quæ considerantur in Theologia: vt passiones subiecti, dicuntur veritates theologicæ. Etiam aliquæ veritates sunt naturaliter notæ: vt Deus est bonus, viuens, sapiens. Aliæ supernaturaliter cognitæ & tantum creditæ: vt Deus est trinus & vnus: Deus est incarnatus. Veritas catholica est, veritas reuelata à Deo in se vel suo antecedente pertinens ad religionem. Dicitur reuelata à Deo, quia veritas humano ingenio adquisita per demonstrationem scilicet, vel experientiam: non dicitur veritas catholica, quia omnis veritas catholica est articulus fidei. Fides autem non innititur euidentiæ naturali, sed diuinæ reuelationi. Dicitur in se, propter veritates sacri canonis Bibliorum: quæ omnes immediatè siue secundum se scriptoribus eius sunt reuelatæ. Ipsi enim fuere calamus scribæ, id est, Spiritus Sancti velociter scribentis. Dicitur, vel in suo antecedente, propter veritates, quæ ex contentis in Biblijs possunt deduci, vel inferri, in consequentia necessaria, vt est illa Deus est verus homo ex anima rationali & humana carne subsistens: quæ sub hac verborum forma non habetur in scriptura: sed ex eis potest deduci in consequentia necessaria. Dicitur ad religionem pertinens, propter veritates religionem siue pietatem non respicientes, quæ non dicuntur ueritates catholicæ quamuis fuerint à Deo reuelatę. Pertinet autem ad religionem quidquid ad pietatem, id est, Dei cultum aut ad finem beatitudinis consequendæ ordinatur. Ex quo sequitur, quod multę veritates quæ in scriptura canonica non habentur: nec ex eis solis deduci possunt in consequē tia necessaria sunt catholicæ. Patet primum, de his quæ ab Apostolis per succedentium relationem uel scripturas fidelium fide dignas ad nos peruenerunt; & tamen licet in scriptura canonica non contineantur, hæc Apostolis per Spiritum Sanctum reuelata (à quo docti sunt omnem ueritatem) non dubitatur. Patet & de his quæ ex præmissis coassumpto aliquo uero euidentiæ, uel certè deduci possunt. Patet etiam tertio, de his ueritatibus, quæ alijs fidelibus à Deo reuelatæ esse sufficienter ostenduntur. Patet & quartò, de his quæ ab

P Q R S T

Quæ in scripturis sanctis non reperiūtur quomodo deducenda.

Ecclesia

Ecclesia uniuersali ut credenda accepta sunt, quæ supponitur in fide errare non posse: cuius fidem deficere nō posse oratio Christi pro fide Petri, & eius promissa assistentia usque in finem sęculi certā reddiderunt. Patet demum quintò, de ueritatibus à generalibus cōcilijs, & Romanis Pontificibus ritè determinatis. Hæc enim omnia, uel reuelata sunt, uel ex solis reuelatis sunt deducta: uel ex reuelatis, & illis ueritatibus certis coassumptis, neque aliud determinat ritè concilium, uel Romanus Pontifex. Hæc Gab. Veritas catholica, vt tradidit Gerson est ueritas habita per diuinam reuelationem immediatè vel mediatè explicitè inpropria forma uerborum: uel implicitè in propria & certa consequentia. Quæ absque omni approbatione Ecclesiæ ex natura rei sunt immutabiles & immutabiliter ueræ. vndè sunt immutabiliter catholicæ reputandæ sicut hæreses absque omni reprobatione sunt hæreses putandæ &c. Huius catholicæ veritatis contrarium dicitur hæresis, quia ut dicunt D. Hieron. & Occam: hæresis est dogma falsum fidei ortodoxæ cōtrarium, id est, error contrarius catholicæ ueritati. Est autem omnis hęresis dogma falsum: siue error, & non è conuerso. Omnis enim hęresis, ait Hiero. in epist. ad Galat. peruersum dogma habet. Dogma autem peruersum, est dogma falsum: sed non omne dogma falsum est hæresis. Dicitur, fidei orthodoxæ contrarium quo excluduntur omnes alij errores fidei orthodoxę non contrarij: sicut error in rebus naturalibus de quibus fides catholica nihil contrarium asserit: ut sunt errores de ui & numero elementorum, de motu, de efectu, & ordine siderum, de figura cœli, de generibus, & naturis animalium, frutecum, lapidum, fontium, montium, & cæteris huiusmodi: quorum studio phisici insudarunt: & quorum scientia ad religionem non pertinet, de quibus B. Aug. loquitur. Errores in his, & si falsa sint dogmata, non hæreses sunt dicendi. Ex hac definitione sequitur, quod error in fide non ideo est hæresis quia ab Ecclesia damnatus; sed quia fidei contrarius. Vndè hæreses ab Ecclesia damnatæ, priusquam damnarentur fuerūt hæreses. Determinatio autē Ecclesiæ non facit propositionem prius veram, esse falsam: nec prius falsam, esse ueram. Sed quia uera est, Ecclesia approbat: aut si falsa reprobat, & condemnat. Si materiam hanc latius cupis uidere uide nostræ religionis decus Patrem Ildephonsum de Castro aduersus hæreses. Et hæc de Theologica ueritate pro nunc dicta sufficiant.

V X Y Z

Mare. v'e d. 20. Luc. 22. D. 32. Ex Christi promissione Ecclesia deficere non potest. In 4.d. 13.q. 2.ar.1.p.1.

Veritates catholicę ex natura rei sunt immutabiliter ueræ. Gab.lib.3.d. 25.q. vn.ar. 3.dub.3. lib.2. dialo. p.1.c.6.

Dogma falsum, & hęresis quomodo diferant.

In Enchi.c.8 Error in fide non est hæresis quia ab Ecclesia dānatus sed quia fidei cōtrarius. Gab. in 4.d. 13.q.2. Lib.1.c.8.

De Phisica & Aethica veritatibus. Cap. XI.

PHysica ueritas est rei intellectæ ad intellectum adaptatio, secundum Philosophi descriptionem, & hoc dupliciter; uno modo

I ut con

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut consistens in quadam rei ad intellectum adequatione, cuiusmodi est veritas intellectus. Alio modo pro voluntate manifestandi se exterius in signis & operibus iuxta iudicium rationis secundum quem modum loquitur de veritate philosophus. Veritas ad similitudinem primi modi dicta in Deo differt secundum rationem intelligendi à iustitia quamuis idem sint re: sed dicta ad similitudinem modi secũdi in Deo pertinet ad rationem iustitiæ. Est enim voluntas conformandi opera sua ad iustitiæ rationem seu regulã, quæ regula est veritas primo modo dicta, quæ prior est secundum rationem intelligẽdi quàm misericordia; est enim eius regula: quod non est de veritate secundo modo dicta &c. Et veritas rei dupliciter accipitur vno modo vt refert ad existentiam rei. Alio modo ad efficaciam. Veritas existentiæ est, cum res habet quicquid ad eius essentiam pertinet. Veritas efficientiæ est, cum res habet effectum suum ad quem ordinata est: quomodo homo carens rationis vsu, aut non viuens secundum rationem, dicitur non esse verus homo, sed bestia, vt vult Boet. quod transformatum vicijs hominem æstimare non possis. Aethica demũ virtus est, quæ consistit in operatione: & sic dicimus quempiam verè deuotum & hypocritam fictè & homines falsos.

4. Aet. c 14.

4. de consol. pros. 3.

De gloria, & eius diuisione. Cap. XII.

PRæter ea quæ doctissimè & elegantsissimè Reuerendissimus D. Hiero. Osorio episcopus Silensis in suo libro de gloria tractauit. Qui inter cæteros tanta claret eloquentia, & elegantia, vt putares Ciceronem loqui, quoniam ipse scribit elegantissimè, ad quem te remittimus. Gloria est, finalis delectatio vbi appetitus vniuscuiusque quiescit & illa similiter currit per omnia subiecta secundũ suos gradus, & est triplex.

- Theologica.
- Physica, &
- Humana.

Ex illo priori genere est illa gloria æterna, quæ est omnibus sanctis beatitudo & finis ad quẽ omnes laboramus: vel secundũ D. Ambro. Gloria est clara notitia cum laude. Gerson ipsam definiens secundum nominis interpretationem dicit esse, quasi claram cum laude vel honore notitiam. Est autem honor, exhibitio reuerentiæ in signum virtutis; soli autem Deo honor & virtus, & per consequens gloria, cui & soli debetur exhibitio supremæ reuerentiæ; in signum virtutis infinitæ. Gloria, vita æterna, beatitudo, visio clara, & fruitio sequens illam claram visionem, omnibus modis idem sunt. Vita æterna dicitur à parte post, nõ a parte ante. D. Bona. dicit Gloriã esse

In epist. ad Rom. p. 3. de verbo & imno gloriæ. Gloria quid sit.

in intelle-

in intellectu, & voluntat. Scotus tamen tenet, quòd nullus habitus est simul & semel in intellectu & in voluntate: sed eam principaliter collocat in voluntate qua tenetur Deus per amorem amicitiæ; sed hoc theologis disputandũ relinquitur. Physica est summi boni fruitio, & suæ naturæ triumphus; vt gloria grauiũ est peruenisse ad centrum, leuium ad summum, arborum peruenisse ad fructũ. Humana est secundum propositum hominum diuersa pro qua omnes laboramus & est quodammodo stimulus virtutis. Vndè Pau. si spiritu viuimus: spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Quisquis ex deteriore iam melior esse cœpit, caueat de acceptis extolli virtutibus, ne grauius per vanam gloriam corruat, quam prius per lapsum vitiorum iacebat. Non est tanti gaudij excelsa tenere, quanti meroris est de excelsis corruere, nec tantam gloriam sequi post victoriam, quantam ignominiam post ruinam, Quum benè viuitur cauendũ est valde, ne mens despectis cæteris de gloria singularitatibus eleuetur. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Hunc versiculum ait D. Chrys. Hom. 5. Si saperent qui in potentia versantur, in parietibus omnibus & in vestibus suis scriberent, in foro, in domo, in ianuis, in ingressibus, & ante omnia in conscientijs suis, vt semper cum oculis cernerent, & corde sentirent.

Gala. c. 6. a. 1

Isyd. lib. 1. de summo bono.

De explicatione secundi subiecti, scilicet, de Angelo Cap. XIII.

INscripturis sacris Angelus aliquando generalem subit significationem, vniuersos beatos complectatur spiritus, sicut, cum venerit filius hominis & omnes angeli eius cum eo. Aliquando particularem assciscit significationem, sicut aput Petrum: Profectus est, inquit, Christus in cœlum subiectis sibi angelis, & potestatibus. Ideo in præsentia angelus est subiectum quo intelliguntur spiritus ad imaginem Dei facti, in quibus diuina imago relucet: & non solum angeli veri, & boni, verum etiam diaboli & angeli mystici, vt Angeli pacis amarè flebant. Et dicitur tripliciter.

- Officio,
- Dignitate, &
- Natura.

Officio est quilibet nuntius missus à Deo ad homines propter aliqua mysteria implenda: vndè Malach. Ecce ego mitto angelũ meũ, id est, Ioannem Baptistam, hi non erunt post iudicium quia deficient homines. Christus etiam vocatur magni consilij angelus, vnctus & angelus cum gladio. Genes. Venerunt tres angeli ad Abraham. Hinc in canone dicitur, iube hæc perferri per manus sancti angeli

Angelus quotupliciter dicatur. Isa. 33. a. 7.

3. a. 1. Angeli officio post iudiciũ nõ erũt. 3. D. 24. & 18. a. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tui, id est, Christi: per illius manus oramus perferri sacrificium, vt Deo patri sit acceptum. Quia ipse est pontifex & aduocatus noster: & apparet continue vultui Dei ad interpellandum pro nobis &c. I
Christus est pontifex & aduocatus. Malach. 2. c. 68.

Dignitate, & est sacerdos consecrans corpus Christi: labia enim sacerdotum custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus domini exercituum est. Natura, & licet sit, non officij angelus secundum uocis proprietatem (ut uult Greg.) accipitur tamen ut dicit substantiam siue naturam angelicam. Et hæc pro nunc dicta sufficiant. Nam si cupis minutim rem explicare poteris à definitione angelorum à D. Damasceno adducta incipere. Hic tamen nota ãgelorum hierarchias ternas: & cuiuslibet hierarchiæ choros etiam ternos. De his profundus ille & exercitatus in diuinis Dionysius: & tota sacra scriptura ubique plena est uberrime: & ut comprehendantur tibi typum proponimus. K

Lib. 2. c. 3. Angelorum Hierarchiæ tres.

Summa	Media	Infima hierarchia
Cherubin	Dominationes	Virtutes
Seraphin	Principatus	Archangeli
Throni	Potestates	Angeli.

In angelorum consideratione attendendum est ad facilititũ apprehensionis & maiorem uel minorem perfectionem. Deindè, ad multitudinem, & magnitudinem: immo secundum omnia prædicamenta considerandi sunt. Nam mille millium ministrabant ei, & decies millia centena millia assistebant ei. Si hanc materiam late uidere cupis vide Gersonem & D. Bona. in 2. L

Dan. 7. c. 10. Apoc. 5. c. 11.

De explicatione tertij subiecti, scilicet, de cœlo. Cap. XIIII.

Cœli acceptio multiplex.

COelum est subiectũ quo intelliguntur omnes sphæræ & chori stellarum spirituum & angelorum: & vt omnia alia subiecta possunt considerari vel naturaliter vel mysticè, ita etiam cœlum: ut cum dicimus cœli enarrant gloriam Dei, id est, Apostoli, & secundum illud cœlum mihi sedes, & anima iusti sedes est sapientiæ. Animę itaque iustæ & sancti cœlum dicuntur. Ideo Hugo, in cœlo maximè Deus habitare dicitur, quamuis sit vbiq; : quia per cœlos intelliguntur angeli, & homines iusti, in quibus maximè Deus habitat. Vndè Aug. Pater noster qui es in cœlis exponit, id est, in sanctis & iustis. Vide de hoc latius Gab. Habet se cœlum vel M

Lect. 69.

Vt { Principale propositum, vel / Accessorium.

Primum, vt cum dicitur de cœlo simpliciter: vbi latus campus patet Astronomis & philosophis naturalibus. Accessorium vt cum dicendum est de motu, de lumine, influentia, fato, tempore, vere,

æstate

N æstate, accessoriè nobis semper in his occurrit cœlum, omnia referẽdo ad causas cœli, naturas animalium, fertilitatem terræ, mores hominum, & his similia: ut columbam addicimus Veneri, picũ Marti. Oportet autem in hoc subiecto meminisse eorum quæ scripserunt astronomi de cœlo, & generales habere diuisiones cœli, & terrę circulorum, signorum, temporum, & mysticè recordari aliquando, & eorum quæ poëtæ fabulantur de cœlo.

De explicatione quarti subiecti scilicet de homine. Cap. XV.

O

HOmo, est subiectum in quo animãtia omnia sibi subiecta tã superiora quam inferiora considerari possunt. Ideo Microcosmi nomenclaturam accepit: quia insignis ille humani generis conditor, hominem quasi alterum plasmauit mundum habentem participationes & coniunctiones cum omnibus rebus mundi. Hominis considerationes elicimus, sumentes principium à multiplici eius acceptione, quas ponit Gab. uel ab eius conditione; quia de limo terræ est conditus, secundum corpus, & hoc ideo, secundum aliquos, nè ipse eleuaretur in superbiam, sed nominis & conditionis P memor, supercilium instar pauonis squalidos pedes considerantis poneret, ne gratiam Dei humilibus promissam perderet. Quoniam Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Item ut homo instrueretur quæque uitia cauere. Vndè licet corpus humanum sit compositum ex quatuor elementis, tamen in eo prædominatur elementum, non ignis, sed terræ: ne homo esset nimis iracundus, uel accensus ad nocendum proximo, nec elementum aëris, ne prædominaretur in eo uentus uanæ gloriæ, ambitionis, superbiæ, & huiusmodi. Nec elementum aquæ, ne prædominaretur in eo fluxus luxuriæ, & carnalis uoluptatis. Deindè, homo est animal rationale mortale: & hoc secundum philosophos: secundum theologos, est creatura rationalis ad imaginem & similitudinem Dei facta, & ad beatitudinem æternam ordinata. Imaginem Dei, Aug. ait, pertinere ad naturam animæ, non quod eius substantiæ sit cuius Deus, sed quod rationalis, quod intellectualis facta est à Deo: similitudinem uerò, ad opus iustitiæ, iuxta illud sancti estote, quia ego sanctus sum. Non desunt, qui hoc quod dictum est, hominem creatum ad imaginem Dei, referant ad dominatum traditum homini a Deo. Verum D. Paulus hanc controuersiam dirimit, cum ait, Renouamini in spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia. Et idem, induistis nouum hominem, qui renouatur ad agnitionem R

Homo cur microcosmus dicitur.

Iacobi. 4. b. 6

Homo quid sit secundũ phil. & theo.

& ima-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& imaginem eius qui creauit illum. Et licet homo habeat liberum arbitrium (vt scribit Gab.) ita vt quantum ad interiores voluntatis actus uiolentari non possit per potentiam creatam. Est tamen inconstans & cito mobilis & in vtranque partem vertibilis: & post primi hominis peccatum pronior ad malum; multaque habet inclinantia ad lapsum. Inter quæ numerantur imperceptibiles demonum (salutem hominum impedire molientium) doli & fraudes: quorum nulla quies in tentando. Circumeunt enim tanquam leones rugientes quærentes quem deuorent. Vndè, difficile est homini viuere sine peccato, nisi gratia Dei adiuuetur, Aug. enim contra Pelagi, probat, quod taliter fuit tota natura humana siue caro in Adam corrupta & sauciata, fomite peccati: quòd nullus homo ex tali natura viciata à primis parentibus per libidinosam generationem traducta potest vitare peccatum, nec potest facere bonum, nec implere diuina præcepta, nisi talis natura sic corrupta, per gratiam Christi sanetur. Id quod & alijs testimonijs probat Iacobus de Valentia. Propter hostium igitur impetus, & aduersa quæ homini accidunt, indiget homo angelica custodia & præsidio. Indiget autem ad quatuor in genere (vt ait D. Bona. post Alex.) scilicet, ad perficiendũ in gratia; ad præseruationem à culpa, ad resurgendum à noxa perpetrata, & à facinorum multiplici pluralitate committenda. Nam in profectu impeditur, ad casum impellitur, in lapsu detinetur, & ad vlteriora committenda peccati admissi pondere aggrauatur: & ad custodiam cuiuslibet viatoris deputatur Angelus bonus à principio natiuitatis: vt, ostendit Magister, rationes congruitatis tàm ex parte Dei, quàm ex parte hominis addit S. Bona. Nec deserit hominem Angelus quamdiu permanet hìc in vita, tanquam pedagogus quidam & pastor ad uitam dirigendam. Homo pro maiori parte in scriptuta intelligitur Adam cum tota sua posteritate. Vbi quando in scriptura ponitur filius hominum vel filij hominum, intelligunter filij Adam. Adam autem non dicitur filius hominis, nec filius hominum: quia non fuit genitus ab homine sed à Deo formatus. Ideo dicitur filius Dei per creationem, & non per generationem, & cæteri filij hominum, quia à viro & muliere. Sed Christus filius hominis dicitur, quia à sola Maria homine generatur. Consideratur etiam homo, vt breuius agamus, vel secundum animam, vel secundum corpus. Corpus ortum habet ex semine, quod quidem est excrementum vltimi alimenti, sanguinis, scilicet, vt philosophi tradunt. Cui quidem semini est etiam permistus seu aër ex corde per arterias procedens, vt medici tradunt, quod & in sectionibus corporis humani euidentissimè conspicitur. Anima verò iudicio Dei ex nihilo creatur, & infunditur formato in vtero corpori habetque.

d. 11. q. 11. ar. 1. lib. 2.

1. Petri. 5. c. 8

Tract. 3. c. 1 regu. 4. prol. in psa.

De Angelica erga homines custodia.

d. 11. lib. 2. q. 1. ar. 1.

Homo significat Adã cũ tota posteritate.

Homo ex quibus constet.

Intellectum, Vitam, Appetitum — A. Capite, Corde, Renibus — A. Deo, Cœlo, Elementis.

Consideratur corpus secundum membra. Principalia, vel minus principalia. Principalia sunt quatuor, cerebrum, cor, hepar, Renes, Minus verò principalia consideremus ibi secundum Ioa. Valuerde lib. 2. Anatomes c. 41. & lib. 1. c. 38. Ossa 224. Neruos, Venas, Arterias, Musculos 409. Chordas, Ligamenta, Ventres.

De homine oportet præterea considerare omnia prædicamenta, vt secundum corpus & animam, magnitudinem, genus, virtutes, opera, labores, patriam, ætates, Harmoniam compositionis, & uestimentorum habitum. Deinde secundum linguas, artificia, consuetudines, dona naturæ peculiaria. Nulla insuper ætas hominis peculiaribus sibi vacat virtutibus. Ideo nec singularibus miserijs & calamitatibus. Oportet etiam hominem considerare mysticè, vt qui homines erant tempore gratiæ, tempore legis, & quales in prophetis frequenter legimus.

Hominis cõsideratio.

Hominis cõsideratio Mystica.

De explicatione quinti & sexti subiecti scilicet de imaginatiuo & sensitiuo. Cap. XVI.

IMaginatiuum est subiectum quo intelliguntur animalia perfectiora in quibus apparent iudicia sensuum interiorum: vt in canibus memoria, in ouibus discretio, in vulpe fraus & his similia. Differentiæ animalium quas considerare oportet sunt: Terrestria, de quibus oues & boues insuper & pecora campi. Aquatilia, vt pices maris, & quæ perambulant semitas maris. Volatilia, vt uolucres cœli & aues pennatæ. Ignea ut Phœnix: qui se igni reuiuificat, & Pyrausta, quod animal uiuit in fornacibus Cypri Plin, & salamandra secundum aliquos. Amphibia quæ uiuunt in aqua & terra, ut ranæ, phocæ, anates, anseres, castores, crocodrilli. Sensitiuum est subiectum quo intelliguntur animalia, in quibus non apparent iudicia sensuum interiorum, ut sunt uermes, muscæ, talpæ, & his similia, quæ dicimus animalia imperfecta. Vnùmquodque tamen in suo genere potest demonstrari perfectum. vidit enim Deus cuncta quæ fecerat & erant ualde bona.

Animalium differentiæ.

Lib. 11. c. 36.

Gen. 2.

De explicatione septimi & octaui subiecti, scilicet, de vegetatiuo & elementatiuo. Cap. XVII.

VEgetatiuum sub quo intelliguntur omnia quæ animantur: anima vegetatiua & partes earum, vt sunt arbores, Herbæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

semina, flores, lucus, gramina, etiam ligna mortua, cortices, fœnum, cordum, poma, & cæteri fructus omnes. Hic nota applicationem ad medicinas simplices, nihil est enim adeò paruum, adeòq; vile quod non plurimum commodi habeat: de quo multa se offerãt oratori. Et de summis ad infima: & ab imis ad summa ascendere & descendere per gradus causarum oratorem oportet. Salomon disputauit super lignis à cedro, quæ est in libano, vsque ad hyssopum quæ egreditur de pariete, & disseruit de Iumentis, & volucribus, & reptilibus & piscibus. Omnia vegetatiua sunt morti obnoxia, & se habent vt propositum principale: vt dum dicendum est de balsamo, vel vt accessorium, vt cum de arboribus Italiæ, vel Indiæ. Herbas dicimus, quæcunq; non lignitant, seu ligna producunt. Frutices qui non excrescunt ad iustam mensuram arboris. Plantæ sunt fecundæ & steriles. Planta est triplex, domestica, hortensis, syluestris. Plantarum quædam sunt masculæ, quæ citius pullulant: quædam verò fœminæ, quæ maiora folia emittunt. Elementatiuum est, sub quo intelligũtur quatuor elementa simplicia principaliter, & quæ ex illis composita sunt: ita vt sensu & vita careant. In elementis considerantur gradus vt sunt simplex compositio, mixtio, digestio, & situs: vt actio, passio, quies, motus. Elementa verò alia perfecta alia imperfecta. Perfecta, vt ex metallis, aurum & argentum, Ex animalibus gressibilibus, homo. Ex volatilibus, aquila. Imperfecta, vt plũbum, Talpa, vermes, & similia, secundum gradus suos. Sunque ad omne genus causarum accommoda, vt latius de istis, & alijs, vbi de tribus causarum generibus agemus, tractabuntur.

3. Reg. 4. D. 33.

C

D

E

De explicatione noni subiecti, scilicet, de instrumentatiuo. Cap. XVIII.

SVb instrumentatiuo intelliguntur omnia instrumenta quæ vni cuique in sua operatione inseruire possunt: suntque in triplici differentia.

Naturalia.
Artificialia, &
Moralia.

F

Naturalia sunt, vbi res utitur partibus sibi cognatis, aut aliquibus extra se, quæ natura in vsum aliquem formauit: ut oculi ad uidendum, pedes ad ambulandum. Item Angelos, cœlum, homines, instrumenta Dei, equum, asinum, bouem, instrumenta hominis. Artificialia quæ ab artificio aut industria rebus inseruiunt ad earum operationes, ut malleum ad tundendum, forpicem ad scindendum, & securim ad secandum. Moralia sunt illa, quibus mores nostros, com-

ponimus

ponimus, & corrigimus, aut depraũamus; vt virtutes & vitia. Sic iustitia est instrumentum quo iustus agit iustè: iniustitia, quo iniustè. Instrumenta naturalia, & artificialia sic se habent, vt & ad bonum & ad malum illis vtamur. Moralia verò propriè, aut tantum in bonum si sunt virtutes, aut tantum in malum si sunt vitia, vsum sui nobis præbent: quanquam est quædam cognatio vitiorum cum virtutibus: vt cum dicimus superbos magnificos, temerarios fortes, leues faciles, adulatores comes: Timidos humiles, ignauos mites, Garrulos, eloquentes, prodigos liberales, auaros frugi, pertinaces constantes. Vnde illud Poëtæ.

G

Et mala sunt vicina bonis: errore sub illo
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.

H

Sub materia subiecta tandem compræhenduntur etiam omnia prædicamenta accidentium, & omnia accidẽtia totius mundi & hoc.

} Principaliter, vel
} Accessoriè.

Principaliter vt cum absolute dicendum est de securi, vel de paternitate, vel de iustitia, vel de ingratitudine, & sic manendum est sub instrumento. Accessoriè vt cum dicendum est de calore ignis, nam calor accidit elemento, quod est ignis: sic dicendum de mansuetudine Dauidis, Iustitia Traiani. Accidens est id, quod non habet esse per se sed in alio. Cuius prædicamenta sunt nouem, vt colligitur ex Arist. videlicet: Quantitas, qualitas, ad aliquid, actio, Passio, Situs, habitus, vbi, quando. Vtrunque, scilicet, instrumentum, & accidens, omnibus causarum generibus applicari possunt, vt exemplis demonstrabimus. Applicatur enim quantitas, vt cũ laudamus Platonẽ ab humeris latis, & à præcordijs magnis: Qualitas, vt cũ laudamus Salomonis sapiẽtiam. Ad aliquid, vt cum laudamus Pauli & discipulorum Christi doctrinã. Actio, vt cum recensemus Dauidis opera, & res gestas. Passio, vt cum laudamus Iob, vel Thobiam, à patientia, & laborum tolerantia. Situs, vt cum laudamus Sanſonem à symmetria membrorum. Habitus, notatur in vestibus Iudith, Abigail, & in pallio Diogenis. Vbi, vt in consideratione patriæ, peregrinationum filiorum Israël, Iosephi, & Platonis in Siciliam &c. Quando, id est, quo tempore talis claruit, qua mundi ætate, quid nouũ tunc accidit. Plura exempla colligẽ ex biblijs, vt, de Goliath, & de S. Ioanne Baptista: cui erat vestis de pilis camelorum, & Zona pellicea circa lumbos eius. Vnicuique autem prædicamento absolutè considerato, possunt applicari omnia alia prædicamenta, vt cum dicimus albedinem magnam, aut actionem fortem. Et notã ita procedi per vitia. Eleganter enim laudamus victorem, si prius laudamus victũ. Et simile est de vituperio. Quamplurima sunt exempla, coaceruata

I

K

L

Accidens qd sit.

Exempla notanda.

1. Reg. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in lib. de Rhetorica Ecclesiastica Reuerendissimi pariterque pientissimi D. Aug. Valerij Episcopi Veronensis. Quare de ipsis supersedendum duxi.

Causa quid sit in Rhetorica.

Nunc uerò post supradicta, agendum nobis videtur, de causis ipsius Rhetorices artis; Causas verò vocamus propriè in Rhetorica, locutionem, orationem, communicationem, quę scripto, aut uiua uoce, coram alijs habetur Iudicibus, uel auditoribus, vt in tribunali foro, aut concione prædicantium, uel cum quibus negotiamur, & agimus, tam præsentibus, quàm absentibus. Cuius partes sunt subsequentes.

De duplici genere partium Rhetorices. *Cap.* XIX.

M

PLurimi maximique oratores, constituerunt duplices Rhetoricæ partes alias. Principales, alias Minus principales.

Principales, seu essentiales quæ idem sunt, est ipsa compositio, filum & quasi architectura orationis. His enim deficientibus, omnis gratia, & virtus dicendi non aliter quam ædificium sine fundamendo corruet, orationisque nomen amittit. Parantur ut postea decebimus labore, & vsu, & vsque adeo concionatori, uel oratori, istis opus est: vt si una sola desit, non minor deformitas inde proficiscatur, quàm in corpore brachio vel pedibus deminuto cernitur. Aliæ sunt minus principales, quas ad sequentia reijciemus, vbi eas non omnino esse necessarias intelligemus. Cum igitur omnis sermo quo voluntatem nostram enunciamus, atque negotia agimus, necessario habeat, & verba, & res, rerum ipsarum est inuentio, verborum elocutio, cuius auxilio animi sensa, & inuenta exprimimus. Vtraque necesse est habeat dispositionem, omnia adiuuante memoria compræhenduntur. Verum hæc cuncta perficit pronunciatio. Necessaria igitur est oratori, harum quinque partium notitia.

N

De partibus Rhetorices & seorsum de inuentione. *Cap.* XX.

O

PArtes Rhetorices vt superiori capite diuisimus sunt duplices, substantiales seu essentiales, quæ & principales dicuntur, & accidentales quæ minus principales vocantur. Substantiales

Sunt. { Inuentio. / Dispositio. / Elocutio. } Memoria, & Pronunciatio.

Cic. 1. lib. de inuentione.

Inuentio est, antecedens, solers, & accurata excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quæ causam probabilem reddunt. Latius hæc patet cæteris partibus Rhetoricæ, qua cognita, id quod est caput in scribendo & orando tenetur. Hinc vsitato loquendi modo, eleganter scribentes, vel dicentes, inueniendi virtute plurimum valere solemus dicere. In hoc tamen concionatori elaborandum, vt quem

P ipse pium affectum intra se legendo conceperit, in auditorum animos dicendo transmittat. Si quid autem interlegendum offenderit, quod ipsum magis afficiat, ibi pedem figat, & cum animo suo versetatque tractet, nec oblatam pij affectus occasionem vacuam abire sinet. Ea verò omnia, quæ uel legendo vel meditando inuenerit, breuissimè in cartula describat: quo videlicet in prospectu cuncta, quæ inuenerit, habeat: vt commodiora ex illis eligere, & in ordinem redigere possit. Constat igitur hæc, Exordio, Narratione, Egressione, Diuisione, confirmatione, confutatione, & conclusione: quæ singulatim suo tempore, locoque explicabuntur. Sed quia excogitare,

Inuentio quibus partibus constat.

Q & inuenire amplam dicendi materiam si eius rectè vtendi modum ignores non magis fructuosum est, quam ædium formam & ædificationem animo concipere, sine materia ex qua conficias. Ideo curandum est vt inueniamus res.

} Tristes. } Iucundas. } Meliores. } Efficaciores.

Tristes vt si proponat loqui de miseria omniũ tribulationũ copia: & inopia consolationis: quando multifarie quis patitur & à nemine releuatur. tunc uoce lugubri, ac uultu demisso proferat sic. Occupatio magna creata est omnibus hominibus: & iugum graue super filios Adam: à die exitus de ventre matris eorum: vsque in diem sepul

R turæ in matrem omnium, Item, Quis det oculis meis fontem lachrymarum: vt fleam miserabilem humanæ conditionis ingressum: culpabilem humanæ conuersationis progressum: damnabilem humanæ dissolationis egressum: considerauerim igitur cum lachrymis de quo factus est homo, quid faciat homo, quid facturus sit homo. Sane de terra formatus est homo: conceptus in culpa; Natus ad pœnam. Agit praua quæ non licent: turpia quæ non decent. Vana quæ nõ expediunt. Item proponens illud Dauidicum. Peccator uidebit & irascetur dentibus suis fremet & tabescet: Desiderium peccatorum peribit. Et loquens de pœnis Inferni & damnatorum &c. Et li-

S cet tristitia inter omnes animæ passiones maximè corpori nocet: quia in merore animi deijcitur Spiritus, ac Spiritus tristis exsicet ossa: nihilominus est necessaria, quia vt inquit Aug. leticia atque tristicia quasi cibus dulcis & amarus est animi. Proponat timendam æternam pœnam: timendum illum horribilem Iudicij diem: timendos aut potius horrendos cruciatus Inferni: horribilem diem Iudicij proponens. Dauid. verba proferet: Deus manifestè veniet. Deus ipse, & non silebit: ignis ante ipsum præibit, & tempestas ualida: aduocabit cœlum desursum, & terrã discernere populum suum: & omnes, nulla habita nobilitatis, aut scientiæ ratione, stabimus ante eius tri-

T bunal. Vbi eum, quem patrem misericordiæ noluimus agnoscere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustum iudicem experiemur. Dicat iuxta id quod scriptum reliquit B. Aug. futurum fletum, & stridorem dentium, ululatum, & lamentationem; & tardam pœnitentiam: quando mouebuntur fundamenta montium, & ardebit terra, vsque ad Inferos deorsum: quando (teste Apostolorum principe) cœli ardentes soluentur, elementa ignis ardore tabescent: quando (vt saluator noster ait) etiam virtutes cœlorum mouebuntur: quando sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo. Ostendet deinceps, nihil inferno esse posse horribilius, horribilem esse priuationem uisionis Dei: illū esse lacum sine mensura, profundum sine profundo, plenum ardore, & fetore intollerabili: nullum esse ordinem, horrorem æternum, nullam spem boni, nullam mali fugam. Iucundas: Vt si loquatur de gloriæ magnitudine quam sancti habent. Et quo modo sit, intensa, extensa, æterna, perfecta, & integra. Proferat cum iocunditate. Est autem iucunditas gaudium ad exteriora adeò prorumpens: vt alios excitet ad Gaudendum. Vt si proferat illud Baruch iij. O Israel quã magna est domus Dei? & ingens locus possessionis eius: magnus est & nõ habet finem, excelsus & immensus. Ibi hymnidici Angelorũ chori. Ibi societas ciuiũ supernorum. Ibi dulcis solemnitas à peregrinatione huius tristi labore reddeuntium. Ibi festiuitas sine fine: æternitas sine labe: serenitas sine nube. Ibi quidquid amabitur aderit: nec desiderabitur quod non aderit: omne quod ibi erit & quod est: bonum erit: & summus Deus summum bonum erit: omnino beatissimum. Ita semper fore certum erit: Ibi vacabimus, & uidebimus, uidebimus & amabimus. Amabimus & laudabimus esse quod erit in fine sine fine. Quod ibi præparauit Deus diligentibus se: fide non capitur, spe non attingitur: Charitate non apprehenditur: Desideria & uota transgreditur: acquiri potest: æstimari non potest. Item illud Chrys. de reparatione lapsi. Nulla erit in futuro discordia: sed cuncta consona, cuncta conuenientia. Omniũ enim sanctorum erit vna concordia. Nullus ibi diaboli metus, nullæ insidiæ demonum. Terra gehennæ: procul mors neque corporis nec animæ: sed immortalitatis munere metus uterque resolutus. Intuere cętum non solum ex hominibus: sed ex Angelis atque Archangelis: Tronis, & dominationibus, principibus, ac potestatibus conuocatum. De rege autem, qui horum medius residet dicere vox nulla sufficit. Effugit omnem sermonem, atq; omnem sensum humanæ mentis excedit decus illud: illa pulchritudo; illa uirtus, illa gloria, illa magnificentia. Item illud Greg. Temporalis vita, æternæ vitæ comparata mors est dicenda potius quàm uita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis, quid est aliud quàm quædam prolixitas mortis? Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit:

S. Tho. super Isa. c. 4.

Aug. in Ioan. Homi. Ego sum pastor.

Aug. lib 22. de ciui.

illa supernæ ciuitatis quanta sint gaudia Angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere: præsentem Dei vultum cernere, in circum scriptum lumen videre, nullo mortis affici metu? Incorruptionis perpetuæ munere lætari. Meliores, Quid quid a Christiano Oratore proponitur, cum bonum sit, modum seruet oportet: ita vt res meliores & vtiliores præponat semper. Deindè, efficaciores subiungat. Nam verbum Dei est sapientia & intelligentia nostra. Porrò per verbum peruenitur ad intellectum, per intellectum ad rem, per rem ad rationem, per rationem ad uiam, per uiam ad ueritatem, per veritatem ad vitam & salutem, pertingimus æternam. Ideò in omnibus ordo est seruandus, vt afficiat & proficiat. Debet præterea orator seu verbi Dei prædicator, primum quidem materias eligere pulchras; & excellentes, plurimamque vtilitatem his qui audituri sunt afferentes. Deindè, parare congruas dicendæ materiæ facultates: multa cum diligentia atque industria. Cum nihil aliud sit eloquentia, nisi copiosè loquens sapientia. Ne sit veluti Cato, Pictor, & Piso, qui cum neque haberent quibus rebus ornarent orationem, neque intelligerent quid dicerent, vnam dicendi laudem putabant esse breuitatem.

Eloquentia quid sit.

Vnde petenda sint ea quæ conuenit oratorem vel concionatorem proponere. *Cap. XXI.*

AD institutionem populi, conuenit, non modo verbi Dei concionatores, verum etiam reliquos christianos oratores, desumere, pro ratione loci, & temporis, ex sanctis doctoribus antiquis patribus, decretis pontificalibus, & concilijs: quæ propositæ materiæ, & argumento nostro maximè conueniant, quod non difficile erit adhibitis operum indicibus. Nec erit absre, immo plurimum proderit, recurrere ad ipsum omnium rerum fontem & originem, nempè, sacram scripturam, vndè omnia uberrimè scaturiunt ex eaque haurire, tàm ueteri inquam, atque nouo testamento auctoritates, & testimonia, quibus vtamur ad faciendam fidem rei de qua agitur, tenentes semper scripturæ sacræ intelligentiam germanam, solidam expressamq;, quæ non tàm eloquentiam, quàm Dei veritatem probare cupit, licet, in vtroque nostræ fidei instrumento non solum sublimiores doctrinas quæ ad diuinitatem attinent, sed etiam humanas scientias diuinitus traditas ac scitu dignas exuberantissimè contineri liquet. Nã vt, Cassiodorus ait in prologo super psalmos, Eloquẽtia legis diuinæ, humanis non est formata sermonibus: neque confusis incerta fertur ambagibus: vt aut rebus præteritis obliuione discedat, aut præsentium confusione turbetur: aut futurorum dubijs casi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lib. 8. super Matt.

bus eludatur: sed cordi non corporalibus auribus loquens: magna veritate, magna præscientia, firmitate cuncta dijudicans; auctoris sui veritate consistit. Et Rupertus ille Tuicien. etiam scriptum reliquit, ò quam dulce, quam præclarũ est, ea, quæ loquimur aut scribimus, talia esse, vt ea prudens auditor siue beneuolus lector, nequaquam dignetur adscribere nobis, dicatque, non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Non enim, præcogitare debemus qualibus verborum phaleris sanctæ scripturæ sensum exornemus, dabuntur enim nobis verba sponte venientia, de spiritu patris cœlestis, quæ vtique quantò magis sponte venient, tãtò & minus fatigationis nobis, & audientibus siue legentibus plus afferent delectationis. Poëtas a uiris grauibus, & in auctoritate positis, aut rarò, aut nunquam proferri decet; & siquidem vsu ueniat, aliquod testimonium ab ijs sumi, debet esse gnoma, uel sententia memorabilis, & sapiens. Nec verbi Dei prædicator summa, & infima, diuina & humana miscebit, sed adeò articulatè, clarè & artificiosè, hæc componit illis, his illa iungit: vt non modo nullam sibi vicissim obscuritatem afferant, verum etiam vtraque vtrisque adhibeant lumen. Verum Philosophorum tàm naturalium quàm moralium dicta, factaque cum modo adducere non inutile erit: ea tamen lege, vt ex his ea quæ vtilia fuerint, tantum consectentur; reliqua vt nihil pro futura respuantur, & intelligatur non esse necessaria ad demonstrationem fidei Christianæ. Si enim sacra scriptura & ecclesiæ catholicæ traditione fulta est, vt re uera fulcitur, & nititur fides: quod ait D. Basilius: eiusmodi probationes profecto non desiderat; nisi forte exempli causa, & ad ostendendum quantopere uirtus illis curæ fuerit ob solum temporale præmium. Sic D. Paulus solet gentilium scripta citare, vt in actibus Apostolorum, cum concionaretur ad populum & in Areopago inter cætera ait, sicut & quidam de vestris poetis dixerunt. Ipsius enim & genus sumus. Quod hemistichium in Phænomenis arati legitur, & de Menandri comedia sumpsit uersum Iambicum. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et in epistola ad Titum carmen sumpsit ex Epimenide siue callimacho, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Nec mirum si pro oportunitate temporis, Gentilium poëtarum versibus rarò admodum abutatur, & vt loci potius quàm ostentationis oportunitas exigebat; In morem Apum quæ de diuersis floribus solent mella cõponere, & fauorum cellulas coaptare. Nec ideò statim totam illius poëtæ poesim approbauit. Anima duertendum est inprimis (ne qua in diuinorum testimoniorum allegatione inconuenientia fiat) quod scripturam sacram pro ipsa sua altitudine non vno eodemq; sensu vniuersi accipiunt, sed eiusdem eloquia aliter atque aliter, alius atq; alius

Libb. 8. super Matt. Absque Phaleris uerborũ tractanda scriptura.

Poetarũ sententias aut raro aut nunquam proferendas.

Philosophorũ dicta quo modo adducenda.

1. Cor. 15. d. 33.

alius interpretatur, vt pœne quot homines sunt, tot illinc sententiæ erui posse videantur. Aduertendum tamen ne sacris literis exponendis humani acumẽ ingenij, aut naturæ vim rationemq; sequatur, sed eas iuxta fidem è maioribus acceptam, & huius fidei proportionalẽ rationem interpretur. Nam philosophos quidem poterimus forsitan exponere iuxta rationem scientiæ, nulla etiam adhibita fide, at, sacros libros sobriè sine maiorum fide & doctrina non poterimus, vt rectè synodus Trullana habet, dicens: Oportet eos qui præsunt Ecclesijs, clerum & populum docere, ex diuina scriptura colligentes intelligentias, & iuditia veritatis, & non transgredientes iam positos terminos, vel diuinorum patrum traditionem. Sed & si ad scripturam pertinens aliqua controuersia excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur, quàm quomodo Ecclesiæ luminaria, & doctores suis scriptis exposuerunt, & maiorem ex his laudem assequantur, quàm si ea quę à se dicuntur componant. Ne dum quandoque ad id hæsitant, ab eò quòd conuenit excidant. Hactenus Conc. Vndè multi plus sibi fidentes, longè à vero scripturarum sensu aberrauerunt. Aliter nanque, propter hoc, illam. Nouatianus, aliter Photinus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit: Aliter Arrius, Eunomius, Macedonius, aliter Apolinaris, Priscilianus, aliter Iouinianus, Pelagius, Cœlestius, aliter postremo Nestorius. Atq; idcirco multum necesse est propter tantos tam varij erroris anfractus, vt prophetiæ & apostolicæ interpretationis linea, secundum ecclesiastici, & catholici sensus normam dirigatur. In ipsa item catholica Ecclesia magnopere curandum est, vt id teneamus, quod vbique, quod semper, quod ab omnibus creditum est. Multis & eximijs sane dotibus, promissionibus ac beneficijs illustrat Deus suam hanc catholicam Ecclesiam, qua nihil habet in terris charius. Hanc vsque ornat, conseruat, defendit, vindicat. Hanc porro constituit esse domum suam, in qua omnes filij Dei foueantur, doceantur, & exerceantur. Voluit esse columnam, & firmamentum veritatis, vt de illius non dubitemus doctrina, quæ tanquam magistra, custos, & interpres ueritatis, fidem atque auctoritatẽ obtinet inuiolabilem. Præterea, fundatam esse supra firmam petram decreuit, vt certi essemus, eam immobilem, inconcussamque stare atque inferorum etiam portis, hoc est, grauissimis aduersariorum impugnationibus inexpugnabilem præualere. Vndè Vincentius Lirinensis aduersus prophanas omnium hæreseon nouationes fatetur, quòd cum sæpe magno studio, & summa attentione perquireret à quamplurimis sanctitate & doctrina præstantibus viris, quonam modo posset certa quadam & quasi generali ac singulari via, catholicæ fidei veritatem ab hæreticæ prauitatis falsitate discernere, huiusmodi semper responsum ab omnibus fere retulisse: quod siue ipse, siue quis

Can. 19. Sacrã scripturã sine fide & maiorum doctrina exponere non possumus.

Qui sibi fidebãt quã misere in sacræ scripturæ expositione erarauere. Greg. Hom. & Aug. Enchiri.

Quæ sit Ecclesiæ dignitas & auctoritas.

1. Tim. 3. D. Aug. lib. 1. cõ. cresco. c. 33. & lib. 2. c. 32. Matth. 16. c. 1. Ephes. 2. D. psal. 86. 2. & 43. c. Aug. in psal. 47.

Catholica doctrina ab hæretica quo modo discernenda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fides munienda scripturarum & ecclesiæ auctoritate.

quis alius uellet exurgentium hæreticorum fraudes deprehendere, laqueosque vitare, & in fide sana sanus atque integer permanere, duplici modo munire fidem suam domino adiuuante deberet. Primo, scilicet, diuinæ legis auctoritate, tum deinde Ecclesiæ catholicæ traditione, vt superius attigimus. Hic forsitan requirat aliquis: cum sit perfectus scripturarum canon, sibique ad omnia satis superque sufficiat, quid opus est, vt ei ecclesiasticæ intelligentiæ iungatur auctoritas? In promptu causa est: Quia vbi charismata domini posita sunt, ibi discere oportet veritatem, apud quos est ea quæ est ab Apostolis, Ecclesiæ successio, & id quod est sanum & irreprobabile sermonis constat. Hi enim, & eam, quæ est in vnum Deum qui omnia fecit fidem nostram, custodiunt, & eam quæ est in filium Dei dilectionem adaugent; qui tantas dispositiones propter nos fecit, & scripturas sine periculo nobis exponunt. Nam non oportet quærere apud alios ueritatem, quam facile est Ecclesia sumere, cùm Apostoli quasi in receptaculum diues, plenissimè in ea contulerint omnia, quæ sint veritatis, vt omnis quicunque velit, sumat ex ea potum vitæ. Hæc est enim vitæ introitus, omnes autem reliqui fures sunt & latrones: propter quod oportet deuitare quidem illos, quæ autem sunt Ecclesiæ, cum magna diligentia diligere, & apprehendere veritatis traditionem. Quid si neque Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt ijs quibus committebant Ecclesias? cui ordinationi assentiunt multæ gentes barbarorum, eorum qui in Christum credunt, sine charactere uel attramento scriptam habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes. Vas etiam illud electionis ait. Posuit Deus primo in Ecclesia Apostolos, secundò prophetas, tertiò doctores. Quare, Christianus quæcunque scriptura diuina seu canonica complectitur credat, necesse est. Certos uerò & legitimos scripturæ libros non aliunde quam ex Ecclesiæ iudicio, & auctoritate petere fas est. Primum, in eo quidem, vt scripturas canonicas & veras ab adulterinis certo discernamus: vndè testatur Hiero. in symbolo ad Damasum, nouum & vetus testamentum recipimus in eo librorum numero, quem sanctæ Ecclesiæ catholicæ tradit auctoritas. Et Augustinus contra epist. Manichei c. 5. Ego verò, inquit, euangelio non crederem, nisi me catholicæ Ecclesiæ commoneret auctoritas. Deindè, vt constet de vero scripturæ sensu & apta interpretatione, ne alioquin sine fine dubitemus, ac disceptemus de verborum sententia. Tertiò, vt in grauioribus de fide quæstionibus, atque controuersijs, quę possunt incidere, iudex adsit, atque legitima illius auctoritas interponatur. Vt enim verissimum est, quod contra hæreses docet Epiphanius, à

Iren. lib. 3. ad uer. hæres. c. 4.

Ab Ecclesia petenda veritas.

Traditiones apostolicæ nõ scriptæ.

Ephes. 4. b. 1. 1. cor. 12. D. 28.

Canonicæ scripturæ ex Ecclesiæ Iudicio æstimãdæ.

Vbi necessaria est Ecclesiæ auctoritas.

Serm. 119. de temp. conc. Laod. c. 59. conc. 3. carthag. c. 47. conc. Tud. sess. 4.

diuina

diuina scriptura non posse accipi omnia. Ita rectissimè Aug. affirmat, in re dubia ad fidem, & certitudinem plurimum ualere auctoritatem Ecclesiæ catholicæ. Non enim deesse potest Ecclesiæ spiritus, qui ipsam in omnem inducat veritatem, sicut Christus ipse promisit. Rursus vt pro ratione personarum, locorum, & temporum canones constituantur, disciplina integra conseruetur, ac iura dicãtur. Dedit enim hanc potestatem Deus Ecclesiæ suæ catholicæ ad ædificationem & non ad destructionem. Igitur his omnibus, vt cætera omittamus, (quæ si latius uidere cupis lege doctissimum ac pientissimum Petrũ Canisium) Ecclesiæ auctoritatem non solum vtilem, sed necessariam esse constat, vt sine illa quidem nihil aliud Christiana Resp. quàm ter testimonium diuini spiritus in illa loquentis credimus, adhærerentiam, obedientiamque debemus, quod eo ipso spiritu à Christo capite sponsoque suo informata, dotata simul & confirmata sit, vt nõ possit non esse quod dicitur, columna, & firmamentum veritatis. Vndè rectissimè sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus Sess. 4. decernit, vt nemo suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentiũ, sacram scripturam ad suos sensus contorquens, contra eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de uero sensu, & interpretatione scripturarum sanctarum, aut etiam contra vnanimem consensum patrum, ipsam scripturam sacram interpretari audeat, etiam si huiusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendæ forent. His sic prælibatis consideret oportet prædicator, vt quæcunque dicuntur cohærant cum nostro proposito, euitando prolixiores à re digressiones; nam deflectendo sæpius non facilè potest redire oratio vndè diuerterat, pro suo & auditorum uoto; vtendum exemplis, similitudinibus, & comparationibus, quod apparet in doctrina saluatoris, & doctoris nostri Iesu Christi, quæ parabolis, & collationibus abundat. Idem fit in Epistolis Pau. maxime in illa quæ est ad Corinthios. Vbi fornicationem cane & angue peius fugiendam monet. c. 6. Idem etiam fit in operibus S. Ioannis Chrysostomi, & aliorum præstantissimorũ auctorum, quod non solum indoctioribus & simplicibus, verum etiam doctissimis cõmodo erit ad consulendum memoriæ. Hac in re Indij nostri occidentales maximè excellunt in suis commercijs, qui semper vtuntur similitudinibus, & comparationibus ab alijs rebus acceptis: vt melius animi sui voluntatem declarent, uidenturque manifestius percipi in suis actionibus, & locutionibus. Nunquam etiam ab eorum sermone Metaphoræ absunt.

Hæresi. 61. Lib. 11. con. faustũ. c. 2. & li. 7. con Donat. c. 53. & in ps 57. Canõ apost. 38. & syno. 1. Nic. c. 5. late. c. 6.

Parte. 1. de fide, spe, & charit. varijs in locis.

Scriptura sacra quomodo exponenda.

Ecclesię interest de uero sensu iudicare.

Regula notatu digna.

Historia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De dispositione. Cap. XXII.

POst inuentionem, proxima dispositionis cura est. Vbi enim ex tumultuaria illa rerum congerie, & veluti sylua, aptissima elegerit, ea in ordine disponere, & suis in locis collocare necesse est. Quod ita facere debet, vt nihil in sententijs aut scripturarum testimonijs afferendis detortum, nihil sit violentum, sed omnia suis in locis aptè collocentur, & velut ad numerum cadant: vt non aliunde ascita, sed cum rebus ipsis nata videantur. Quam rem D. Chrys. diligentissimè obseruare solet. Hanc autem orationis partem prudentia maximè & iudicio constare, auctor est Cicero. Quæ sic definitur: Dispositio est ordo, & distributio rerum: quæ demonstrat, quid, quibus in locis sit collocandum. Hæc pars tantam habet vim, vt, etiã rebus friuolis venustatem addat: sine qua omnis excogitatio, quantumcunque præstans, insulsa sit & insipiens. Hæc quidem certa aliqua uia tradi in omnes materias nullo modo potest, sed mihi consultissimum videtur, vt hac in parte iudicio quisque suo, & memoriæ consulat, vbi in classicorum scriptorum lectione bene fuerit uersatus. Adfert id commodi recta collocatio, vt tàm dicentium quàm audientium memoriam plurimum iuuet. Facilius enim est ea quæ sunt in ordinem digesta, atque inter se commissa, retinere, quàm quę nulla dispositione inter se diuinciuntur. Dispositio est bipertia.

} Artificialis, &
} Ad casum temporis accommodata.

Prior est vtilis dispositio patium orationis, tractando vnumquidque suo loco. Hic spectatur quid exordio, quid narrationi, cæterisq; partibus, obseruato modo loquendi, competat. Posterior est, in qua considerandum quid tempora petant, aut quid personis dignum sit, & exorditur causam aut à narratione aut ab aliqua firmissima argumentatione, obseruando quid initio, quid medio, quid fini cõgruat. Euitanda est secundo, omnis incõcinnitas, nequid abundet, extet, ac temerè congestum videatur, sed omnia tam artificiosè interse cõmissa, & colligata esse debent vt vnum corpus & quasi massa appareat.

De elocutione. Cap. XXIII.

VBi verò inuenta disposuerimus, postremus, ac maximus elocutionis labor sequitur: qui est velut vltima inuentionis forma. Prior enim forma est dispositio: quę velut corporis ossa iũcturis distincta, suis locis aptat: posterior verò elocutio est: quæ carnẽ & sanguinẽ, & colorẽ suum ac speciem ossibus, ac neruis addit: definiturq; sic: Elocutio est, idoneorum verborum, & disertarũ sententiarum ad

Lib. 1. ad Erẽ.

Dispositionis definitio.

Dispositionis vtilitas.

rũ ad inuentionem accommodatio, cuius ope, is qui dicit animi conceptũ exprimit. Qua sine superuacua est inuentio, & similis gladio condito atque intra vaginam suam hærenti. Immo optabilior foret mediocris inueniendi uis cũ elocutione coniuncta, quàm muta inopsq; dicendi sapientia. Cuius velut parens quædam, cogitatio est: à qua omnis elocutionis vis, ornatusque procedit. Vt enim pictores quam imaginem effingere uolunt, mente prius concipiunt, cuius exẽplar manus sequitur: sic concionator res primum concipere pro dignitate debet, ut deinde calamus propositi exemplaris ductum ordinemque sequatur. Qua quidem similitudine intelligimus, talia esse quæ proposito exemplari fiunt, quale exẽplar ipsum est. Quid enim ex deprauato exemplari, nisi deprauatum opus consequi potest? Quo fit, vt quisquis res optimè conceperit, sit eas etiam optimè dicturus. Verisimè enim dictum est: si rem potenter conceperis, nec facundia dicendi, nec sermo te deseret vllus. Huic ergò cogitationi se totum ecclesiastes tradat. Hæc enim (vt Fab. ait) paucis admodum horis magnas etiam causas complectitur. Hæc quoties intermissus est somnus, ipsis noctis tenebris adiuuatur. Hæc inter medios rerũ actus aliquid inuenit vacui, nec otium patitur. Neque uerò rerum ordinem modo quod ipsum satis erat, intra se ipsa disponit, sed verba etiam copulat, totamque ita contexit orationem, vt ei nihil præter manum desit. Nam memoriæ quoque plerumque inhæret fidelius quod nulla scribendi securitate laxatur. Ad hanc igitur cogitationem, & tempora & loca idonea captanda sunt. Tempus autem vel antelucanum, vel nocturnum, cum nec familia perstrepit, nec tumultus vllus partem nobis mentis eripit, cômodissimum est. Loci quoq; solitudo, & obscuritas aciem mentis ad cogitandum efficit clariorẽ. Sacer uerò locus, & is inprimis, in quo sacra Eucharistia adseruatur, super omnes alios optimus est. Sacramentalis enim Christi Domini præsentia miro modo pij hominis mentem, & componit, & afficit, & ad salutaria atque utilia magis quàm curiosa & subtilia cogitanda inducit. Hoc tamen admonendum, vt cum primum ea quæ parauimus, cogitare cum animo nostro cœperimus, ab ijs præcipuè cogitandi initium faciamus, quæ animum nostrum maximè cum legerentur, commouerunt, quæque auditoribus maximè salutaria esse intelexerimus. Hæc nanque facilè pectus nostrum, ut ante fecerunt, incendent: quo affectu incensa mens ad reliqua ab initio usque ad finem cogitanda magis apta erit. In hac autem cogitatione danda nobis opera est, ut quoties argumentationem aliquam fuerimus persequuti, aut mysterium aliquod explicuerimus, ad officij nostri scopum, hoc est, ad christianæ uitæ institutionem, aut pium animorum motum hæc ipsa quæ diximus, quatenus fieri possit, conuertamus.

Elocutio quid sit. Act. Eren.

Cogitatio confert elocutioni.

Loca & tempora idonea captãda sũt.

Sacer locus super omnes omnes alios optimus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Huic futurum euangelij præconem animum adiungere adprimè vti
le est, vtpotè quæ magnum adfert momentum immo caput est in
concionandi munere. Dellectant enim prædicatores multum, ac
prosunt locutionis lepore, qua certè fruentes tenere possunt homi- G
num cætus: mentes allicere, voluntates impellere, quo uelint, & un
de uelint deducere. Hæc enim efficit ut ea quæ ignoramus discere:
& ea quæ scimus alios efficatius docere possimus, hac cohortamur,
hac persuademus, hac consolamur afflictos; hac ducimus perterritos
à timore, hac cupiditates iracundiasque restringimus. Hæc nos vrbiū
societate deuinxit, hæc à vita immani & fera homines segregauit.
Item vti probationibus, commune est huic arti cum dialectica, cum
philosophia, & cum theologia: aptè autem dicere ad populum (quod
est eloquentiæ Christianæ proprium) hoc est orationis Ecclesiasti
cæ, hac uirtute, orator est oratore præstantior. In his eloquentiam H
Christianam constitutam dixerimus: vt, quicunque ea sint præditi,
adhibitis ad Deum præcibus, inuocatoq; sancto spiritu, qui linguas
infantium facit disertas, & aperienti os suum, implet illud: apte, hoc
est, considerate, emendate, perspicuè, appositè, memoriter, & cum
dignitate possint dicere. Et si uult mouere affectum oportet quod
loquatur feruenter, uerbo enim inflamma e nequeunt, quæ frigido
corde proferuntur. Vt dicit Greg. Qui enim sapienter loquitur in-
tendit ad mouendum affectum, vt scilicet libenter audiant verbum
Dei: sed ille qui vult delectare oportet quod loquatur temperate,
id est, non nimis prolixe: quia prolixa locutio non delectat sed atte- I
diat. Tanta denique oblectatio est in ipsa facultate dicendi, vt nihil
hominum, aut auribus, aut mentibus iucundius percipi possit. Qui
enim cantus moderata elocutione dultior inueniri potest? Quid car
men artificiosa verborum constructione aptius? Quid autem subti-
lius quàm crebræ acutæque sententiæ? Quid admirabilius, quàm res,
Elocutio qd splendore illustrata verborū? oblectant, iuuātque prædicatores eru
requirat. ditione copiosa & uaria. Plurimi tamē gaudent verbis affectatis, pe-
regrinis, & alienis quo uitio præcipuus finis elocutionis impeditur.
Nam requirit uerba. K

Clara.
Vsitata, &
Propria.

Clara erunt, si ad perceptionē eius quod volumus, non opus fue-
rit alia interpretatione. Vsitata, quæ non obsoleuerunt propter ve
tustatem, & rusticitatem, aut propter nouitatem non dum sunt do-
nata vsu, maximè existentibus alijs accommodatioribus & urbanio
ribus. Propria quæ per se, absque circuitione rerum quibus ac-
cōmodantur naturam exprimunt. Accidit prēterea elocutioni ut sit.

Grauis.

Grauis.
L Mediocris. &
Humilis.

Grauis erit quando pro opportunitate audientium aut sublimitate
argumenti, paucis, efficacibus, & ponderosis utimur verbis & sen
tentijs, cum apta ratione efferendi. Materia enim grauis, & quæ de
suggestu declamatur, postulat non modo verba grauia sed & pensi- Verba gra-
tata. Vt seraphicus noster pater Franciscus in regula sua c. 9. quasi uia & pensi-
totam enucleans Rhetoricam, monet: his verbis. Moneo quoque & tata habeat.
exhortor eosdem fratres: vt in prędicatione quam faciunt, sint exa-
minata & casta eorum eloquia: ad ædificationem, & utilitatem po-
M puli: annunciando eis vitia &, virtutes, pœnam & gloriam cum bre
uitate sermonis: quia verbum abbreuiatum fecit dominus super ter
ram, & nunc Conc. Trid. sess. 5. c. 2. Quamobrem in omni scripto
communicatione, & oratione tria potissimum obseruanda.

Quid dicat.
Vbi, &
Quomodo.

Duæ quidem priores circumstantiæ sunt necessariæ. Cum non Greg.lib.17.
debeat prædicator infirmis insinuare cuncta quæ sentit: nec debet mora.
prędicare rudibus quanta cognoscit. Immo subtiliter debet prospi-
O cere ne plus audeat quam ab audiente capitur, prædicare debet ad Greg. mor.
infirmitatem audientium semet ipsum contrahendo, abscindere ne 20, & habe-
dum paruis sublimia: & iccirco non profutura loquitur si se magis tur super
curet ostendere quam auditoribus prodesse. Vnde Hiero. in Eccle- Iob.29.
sia, inquit, te non clamor populi: sed gemitus suscitetur, lachrymę
auditorum laudes tuæ sint. Ille sermo ab audiente libenter accipitur In Epist. ad
qui à prædicatore cum compassione animi profertur: nam tunc ver- nepotia.
bi semen facile germinat quando hoc in audientis pectore pietas prę
dicationis rigat. Gallo intelligentia tribuitur quum doctori verita-
tis discretionis virtus: vt nouerit quibus, quid, vbi, quomodo &
P quando proferat diuinitus ministratur. Non enim vna eademque
est cunctis exortatio: quia nec cunctos par morum qualitas astringit.
Sæpe enim alios inficiunt: quæ alijs prosunt. Item oportet vt prædi- Greg.Mora.
catores sint fortes in præceptis: compacientes infirmis terribiles in mi 30.in38.Iob.
nis: in exortationibus blandi. Tertia autem sine magno uitio ab
esse non potest. Magnum enim est operæ pretium dicenda, modūq; Oratio actio
dicendi inuenire, cum oratio actionibus, vt anima corpori formam nibus vt ani-
præbeat: & est hæc facultas concionandi sibi in dicendis, & non di- ma corpori
cendis virtutis eius pars quæ prudentia uocatur. Quid enim pro- formā præ-
Q desse esse verba & latina, & significantia, & nitida, figuris etiam nume bet.
risq; elaborata, nisi cum ijs in quæ auditorem duci formarique volu-

mus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eloquentiæ genus ad personas & tempora accommodandum.

mus consentiant? Eloquentiæ genus ad personas, tempora, causas, & res accommodandum: nam si genus dicendi sublime paruis in causis, paruum limitatumque grandibus, lætum tristibus, lene asperis, minax supplicibus, summissum concitatis, Trux atque violentum iucundis adhibeatur, profecto non magis proderit, quàm si monilibus, & margaritis, ac ueste longa, quæ sunt ornamenta fœminarum, deformentur viri: nec habitus triumphalis, quo nihil excogitari potest Augustius, fœminas deceat. Vndè cum semel Socrati scriptam oraorationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam si ei videtur, R
ediscceret, ut ea pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit, & commodè scriptam esse dixit. Sed, inquit, vt si mihi calceos sicyonios attulisses; non vterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent uiriles: sic illam orationem disertam sibi, & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. Mediocrè, quod alias temperatum vel æquabile dicendi genus appellatur: est, quod constat ex humiliore, neq; tamen ex infima & peruulgatissima verborum dignitate. Tertium genus uocatur humile, uel attenuatum, quod demissum est usque ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem: cui ue nustas absque affectatione inprimis congrurt. Exornatur etiam sententijs raris, quasi gemmulis quibusdam insertis, cũ urbanitate, & comitate, sine prolixitate quæ semper odium parit. Illud est tamen diligentius docendum, eum demum dicere aptè qui non solum quid expediat, sed etiam quid deceat, inspexerit. Nec me fugit plerunq; hæc esse coniuncta. Nam quod decet, ferè prodest, neque alio magis animi audientium conciliari, aut si res in contrarium tulit alienari solent. Aliquando tamen & hæc dissentiunt. Quoties autem pugnabunt, ipsam utilitatem uincet quod decet. Si occurrat mentio rerum externarum, & nouarum, cum imitatione id fiat, quòd sit minus malum errare cum auctoritate grauium virorum. Quod cum sanctorum T
quisque, his dumtaxat exceptis, qui libros canonicos ediderunt, spiritu fuerit humano locutus, & aliquando vel in eo errarit, quod ad fidẽ spectare postea demõstratũ est: aperte cõstat ex huiusmodi auctoritate exploratã fidẽ fieri non posse. Quo in loco admonẽdi sunt hi, qui præceptis Theologię nullis acceptis post bonas quas vocãt literas, statim ad sanctorũ veterũ lectionẽ apellunt animum. Non enim quæ cunque ibi legerint, ea sunt proban da omnia vnius, aut duorum sanctorum auctoritas, etiam in his quæ ad sacras literas & doctrinam fidei pertinent probabile quidem argumentum submini strare potest: V
firmum verò non potest. Hanc siquidem fœlicitatem Deus in solis diuinis uoluminibus in esse voluit, vt ibi, non solum non sit error, sed neque decipi posse. Optimum autem erit ab omni curiositate & nouitate abstinere, quæ vel offensionem, uel incertitudinem in

Mediocre dicendi genus.

Humile dicẽdi genus.

A curiositate & nouitate abstinendũ.

animis

animis audientium generare posit: sed ne omnia quidem (tametsi bona sint) passim inculcanda censeo, nam multum intererit, apud doctos, an indoctos, orationem habeas, laborãdum præterea vt adhibeãtur ornamenta sententiarum, & verborum, quæ grauitatem habebunt.

De Memoria scientiarum thesauro. *Cap. XXIIII.*

X PRoximum est, vt de memoria dicatur, qua, vt Fab. ait; omnis disciplina constat, quæ & necessarium maximè est vitæ bonum, & vnicus eloquentiæ thesaurus. Huius ars, Plinio, & Quinct. auctoribus, à Simonide melico primum inuenta est, qua in re multũ ualuit: nam cum aliquando in Thessalia, teste Cic. epularetur apud Scopam nobilem virum, & nunciatum esset ei, vt prodiret ad duos iuuenes ante ianuam stantes, contigit vt hoc interim spatio, conclaue corruerit, ac ea ruina adeò conuiuæ omnes contriti fuerint, vt non possent internosci à suis, qui humare eos uellẽt. Tum dicitur Simonides, ex eo quod meminisset, quo loco eorũ quisq; cubuisset demõstrator vniuscuiusq; sepeliendi fuisse. Memoria autẽ plurimis præcipua Y
fuit, vt Plinius & Solinus. c. 7. auctores sunt. Quinctus enim Fabius Maximus, notitiã antiquitatis, scientiam iuris, & augurij, multas literas, omnia memoriter tenebat. Cęsarẽ verò scribere & legere simul, dictare, & audire, solitum accepimus. Seneca bis mille nomina ab alio recitata eodẽ ordine memoriter reddidit. Idem cum haberet ducentos discipulos quorum singuli vnum versum protulerant, ipse eosdem præpostero ordine facillimè pronunciauit. Cineus Pirrhi Regis legatus, postero die quam Romã venerat, vtriusq; ordinis viros nominatim appellauit. Mithridati Regi duæ & viginti linguæ Z
(tot enim nationibus imperauit) traduntur notæ fuisse. Cyrus Rex Persarum omnibus in exercitu suo militibus nomina reddidit. Carneades vsque adeo memoria valuit, vt, quemlibet librum semel à se euolutum iisdem pœnè verbis narrare posset. Portius Latro memoriabibliothecæ loco vtebatur. Quidquid enim semel memoriæ, mandasset istuc ipsum nunquam obliuioni tradebat. Sed vt ad definitionem eius veniamus. Memoria est firma animi, rerum, & verborũ, & dispositionis perceptio. Est hæc maximè oratori necessaria, nec A
sine causa thesaurus inuentorũ, atq; omnium partiũ rhetoricę custos appellatur. Confirmatur ea magis & augetur exercitatione, quã arte, et præceptione, vtẽdo, videlicet, locis & imaginibus. Albertus cognomento magnus dicit, tria in homine esse memorię genera, quarũ primã vocat conseruatricem rerũ sensui subiectarũ, quæ quidẽ locũ habet apud ratiocinatiuã quæ constat rebus ipsis sensibus externis per-

Memoriæ cõsideratio.

Memorię auctor a quo fuerit primũ inuenta.

Lib. 7. c. 24. lib. 11. c. 2. 2. de Orat.

Memoria quibus fuerit præcipua. Lib. 2. c. 24.

Quid sit memoria & quomodo sit scientiæ thesaurus.

1. De orat. Cato Maior.

Quomodo confirmatur memoria.

ceptis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceptis, & ratiocinatiuam est inferior. Secundam verò conseruatricē specierum intelligibilium, quæ rationi subest & posteriori parti cerebri inhæret. Videtur ad has alludere D. Damascenus inquiens: Memoria est imaginatio quædam rebus abstracta, & conseruatrix rerum sensibilium, & intelligibilium. Tertia inest superiori parti rationis, & appellatur retentio, vel essentialis conseruatio similitudinis omnium rerum boni & mali. Quæ quidem omnia clarius perspiciuntur in subiecta hac figura. In qua etiam licet videre vbi sit sensus communis, fantasia cogitatiua, imaginatiua, ratiocinatiua, memoratiua, nec non odoratus, & gustus, & auditus, & usus. B



De duobus Memoriæ generibus. Cap. XXV.

C POstquam definitionem ipsius memoriæ vtcunque superiori capite peregimus, sequitur nunc vt eiusdem memoriæ genericā diuisionem explicemus. Sunt autem duæ memoriæ,

} Naturalis, &
} Artificialis.

Naturalis est ea quæ nostris animis insita est, & simul cum cogitatione nata, & est uirtus animæ per quam retractat prēterita, vt ex eis metiatur futura. Auctoreq; Diomede, est velox animi & firma perceptio cuius facultatem fouet exercitatio lectionis, narrationis intentio, styli cura, redditio solicita, & diligens iteratio, alijs egregia, alijs D minus egregia data: & vt D. Thomas affirmat sita est in parte intellectiua: potentia quæ purè cognoscit, & solas species conseruat. Artificialis est ea quam confirmat inductio quædam, & ratio præceptionis. Constat igitur artificiosa memoria, ex locis, & imaginibus & amplificatur ratione doctrinæ. Non itaque accipias hic memoriam siue naturalem: siue artificio adiutam: quatenus contra reminiscentiam distinguitur. Sed prout est ab vtraque exuberans virtute coniunctim, vtpote retinendi artem: & retentorum quomodolibet ad nutum considerandi legendiuè facultatem. Memoria enim discretè & distinctè reuertitur ad res, componendo intentiones distinctas E cum imaginibus. Reminiscentia verò siue recordatio est motus interceptus & abscissus per obliuionem: Et est temporis & loci cum collatione ordinis ac reminiscibilium dependentiæ. Et quando ex uno simili in aliud prouehimur, vel ex contrario incontrarium, aut ex proprietate in subiectum deducimur. Sed memoria ex locis, & imaginibus proficiscitur. Itaque ijs qui hanc ingenij partem exercent, loca multa prius animo capienda sunt quam maximè spacioſa, multa varietate signata, illustria, explicata modicis interualis, vt ediū ferè magnarum, aut alterius ædificij. Hæc animo diligenter sunt affigenda, vt sine cunctatione ac mora partes eorum omnes cogitatio possit ordine percurrere. Plus enim quam firma debet esse memoria, quæ aliam memoriam adiuuet. Loci sunt ædes, anguli, fornices & alia, quæ his similia sunt. Ea tamen quæ fuerint scripta, vel cogitatione comprehensa, ordine his locis sunt commendanda, signis, quæ memoriam eorum excitent, notata. Ita fiet vt ordine res teneantur. Exempli gratia, si sit de nauigatione, re militari, & agricultura dicendum, nauigationis anchora, rei militaris gladius vel spiculum, agriculturæ spicca vel simile aliquid, imago esse potest: quæ pro rerum varietate subinde mutanda est: vt loca perpetuo remanere debeant. Atqui non erit inutile, quo facilius hæreant aliquas ap-

1.p.summæ q 77.ar.8.ad 4.& q.79 ar. 7. & q 78.ar. 4.& in variis locis. Quibus constat memoria artificialis,

Ars memoriæ confirmandæ.

Imaginum signa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponere notas, quarum recordatio commoueat, & quasi excitet memoriam. Vnde sequentes figuras libuit apponere, prima vsus fuisse Iacobum Publicium Ludouicus Dolce in suo de memoria dialogo attestatur. G

Historia. Secunda vtebantur Indi nostri occidentales in suorum negotiorũ explicatione vt in ipsis liquet, quæ quidẽ tã pro literis quã pro figuris plurimũ valere comperiet facile, qui eis vsus fuerit. Imagines sunt formæ quædam, & notæ, & simulacra eius rei qua meminisse uolumus. quæ certis in locis collocare nos oportebit, quod genus equi, leones, libri, lapides. Loci enim ceræ aut chartæ simili sunt. Imagines literis, dispositio & collocatio imaginum scripturæ, pronunciatio lectioni. H

Hæ imagines supradictis locis ordine sunt committendæ & cum repetenda fuerit memoria incipiat ab initio loca recensere, & quod cuique crediderit reposceat: Sed quantum ad huius naturalis memoriæ defectum attinet, iudico maximè conueniens subuenire illi, non per uiam medicinæ, sed locorum imaginumque, ut dictum est. Memoria nõ medicinis sed imaginis iuuanda. Nam cum pars hæc fit humidior quàm opus sit, species receptas male conseruat, undè prouenit quòd maior pars uolentium, hanc medicare, in maximos inciderunt defectus uolentes uarijs atque diuersis uti medicinis. Quamobrem non incongruè Petrarca, in libro cui titulus de contraria fortuna, dixit: si habueris memoriam caducam, & debilem, oportebit arte ac diligentia iuuare. Quandoquidem industria omnibus memoriæ defectibus se se opponit: nil patitur periri nil minui: hæc est quæ philosophos & poëtas senes virentissimo ingenio ac stylo, hæc est quæ decrepitos oratores, voce solida validisque lateribus ac tenaci memoria seruare potest. Ex iam dictis liquet retentiuam animæ vim artificio roborari posse: atq; lõgiori opus habet practica & exercitatione. Et ob id velim quisque primum proprias experiretur vires: & ad eam idoneitatem quã sese huic intẽtioni destinaret. Memoria enimuero etsi ab arte perficiatur: habet tamen à natura principium, qua propter Thales Athenienſis teste Laertio, eum rectè felicẽ censuit qui sanus corpore: anima copiosus & natura docilis est. Frustra nãque indocilis doceretur, quandoquidem indispositus abijcit artem, vt carminibus traditum est. I K

Nota. Dememorãdi fundamento & documentis memoriam saluantibus.

Inepti ad literas.

Sunt hominum septem genera non artibus apta.
Sunt maledispositi primi: tardiq; secundi.
Tertij sunt vagi: non constantesque quarti.
Quinti gulosi: sexti sunt luxuriosi.
Sunt egrotantes septimi siue dolentes.

Documentũ iuuandæ memoriæ. Si cui proinde est memoriæ cupido, ex tribus eiùs valorem colligat necessum est. Vtpote bona animæ (cuius memoria pars est) dispositione, L

positione. Bona item corporis (quod viribus sensitiuis animæ subseruit) qualitate & bona deniq; corporis ad animã connexione. Quibus suffragatur vacatio, mansuetudo & sobrietas. Ne externis occupationibus mens à studio auocetur atque distrahatur. In quolibet etenim ocio literario, non modo scientiæ cupiditas expetitur & accumen ingenij, verum animi opus est trãquillitate, quę sanè ad hoc cõducit ne per iram aut impascientiam suffocetur concupiscibilis. Frenandis igitur animi passionibus ante omnia intendendũ est: non in M omnibus siquidem studium æque valet: quod excedens letitia vel tristitia seu ira & quæuis alia passio plurimum præpedit aut penitus tollit. Vnde conuincitur mansuetudinem (de qua inferius latius) studioso summopere suffragari. Hanc summam existimo sobrietatem viris literarum percupidis opportunã: vt corpus bene exerceant in somno & vigilijs: in repletione & innanitione: quandoquidem per continuam & longam ebrietatem mens anihilatur vt D. placet Hier. Quoniam saturitati succedet obliuio tam diu nescitura quid cupiat quamdiu reuocaret memoriam esuries. Deniq; recensenda velim cuique studioso opportuna: scientiæ cupiditatem, acumen ingenij, N valetudinem bonam, victum & vestitum, facultatem mediocrem, loci opportunitatem, temporis ocium, animi tranquilitatem, studij ordinem, modum & formam & perseuerantiam. Et vt addam piam intentionem, deuotionem, humilitatem & cõmunicationem, de quibus superius nonnihil egimus. Grauiter præterea memoriè molestãt & sæpe corrumpunt nimia repletio, ebrietas & cibus duræ digestionis cuiusmodi sunt carnes boum, nimia vigilia, excessiuus calor, & intensum frigus atque omnia extrema, vt passiones excessiuæ, coitus & id genus alia &c. Et vt ad rẽ redeamus: Est animaduertendũ, quod rerum imagines, seu similitudines de quibus meminisse iuuabit. dupliciter considerantur, hoc est, ex parte rei, seu à voce rem ipsam O significante. Ex parte rei considerantur quantum in se, & propriè recipiuntur secundum officium quod exercent. Quandoquidem si volumus rem ipsã primo modo, hoc est in sua propria & natiua forma considerare, huic erit satis commoda imago, maximè in re, quę visui subnititur, verum accipiendo ab eius officio, operationem seu instrumentum actionis, potius conuenit rei intelligibili. Res inuisibiles intelligibiles seu substantiales sunt prout dicemus, Deus, Angelus, Spiritus, seu verè demonium & animæ. Quia hæc minimè sub sensu cadunt nec ab eius esse aliquid formæ subtraitur. Itaque P ex ipsis habemus imagines, vnde prouenit quod ad denotandum eorum mysterium vtimur figuris seu delineationibus & signis. Accidentia etiam spiritualia ut sunt habitus intellectuales & morales oportebit ea signare similiter vel cum eorum subiectis, vel similitu-

Vocatio quã necessaria.

Mansuetudo expelenda. Sobrietas vtilis.

Vitanda studiosis.

Res inuisibiles minimè sub sensu cadunt.

Accidentia spiritualia quo signãda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pictuꝛę Palatii S. quid denotent.

dine, & multis alijs modis. Sed hoc nihil est rem altius repetamus oportet. Quid enim putas significare miras illas figuras tam admirabili modo depictas in Augustissimo Sanctissimi palatio in S. Petro in hac alma egregiaque vrbe Romana? nisi memoria quædam localis, vt res mirabiles tam in se quàm etiam in suis accidentibus, aliqua ipsis mediantibus, aliqua fide, sentire intelligereque possimus: vt vniuscuiusque rei typus pęnitius rem inspicientibus subijcit ac ministrat, atque vt eas firmus memoriæ habeamus. Ibi enim miro artificio Theologia, Vtriusque iuris scientia, Logica, Philosophia, Rhetorica, Religio, Pax, bellum, & tandem omnia ita sunt vt merito dici queat res esse proportionatis loco & locus locatis. Q

Sinopsin totius memoriæ materiæ continens. Cap. XXVI.

SVperioribus duobus capitulis multa de definitione memoriæ eiusque generibus, breui sermone, perstrinximus; ea forte cura ac industria, vt pauci ante me maiori animi solertia in hoc scribendi genere versati sint: attamen in hoc tertio operę pretium erit fusius aliqua notemus omnium enimuero memorandorum imagines atque similitudines sumuntur: aut à re ipsa aut à voce ipsam significante. Ex parte quidem rei, vel quatenus in se & propriè consideratur: vel pro vt eam accipimus in respectu ad officium. Quod si primo modo eam sumamus ipsamet res in sua propria naturaliqué forma nobis commoda erit imago, in rebus potissimum notis, quæ usui patent. Siquidem ex officio imaginem capiamus vel ab operatione, vel instrumento actionis id maxime intelligibilibus conuenit. Inuisibiles intelligibilesque res substantiales cuiusmodi sunt Deus, Angelus, Spiritus, siue Demones, & Animę, vt alibi diximus, quoniam sub sensu minimè cadũt ab ipsis nulla sit abstractio formę neque comparatio ad simile, vt earum proprias habeamus imagines: quamobrem necesse est, vel pictura, vel fictione, vel infrascriptione, vel literarum syllabarum compositione: aut alijs modis collocare: vt inferius manifestius fiet. Accidentia quoque spiritualia cuiusmodi sunt habitus intellectuales, & morales eisdem fermè modis figurabimus vel suis subiectis. Sensibilia autem accidentia, vel à subiecto vel similitudine, & plerisque alijs modis posterius deducendis constituuntur. Eorum igitur quæ meminisse volumus capita sunt, quod res seu materia omnis tractanda, est duplex. R

Vnde memorię imagines sumantur.

Materia omnis tractãda duplex.

} Simplex, vel
} Composita. S

Simplex, vt res, signum, seu vox. Res continet substantiam intelligibilem, increatam, vt Deum vel trinitatem. Vel Creatã, vt Angelũ T

gelum, Animam, Demonium. Cotinet etiam sensibilem, vt animata & inanimata. Res etiam continet Accidentia Absoluta, vel Respectiua. Signum est duplex, Simplex, vt est Vox, & Littera. Compositum, vt Syllaba, Dictio, Nota, vel Ignota. Otatio, quæ constat, Prosa, vt in quæstione, propositione, & argumentatione, syllogistica, ẽthymematica, inductione, exemplo. Et Versu, vt in psalmis, threnis, & canticis. Vox autem est significatiua, historicè, politicè, lectione, collectione, & sermone. Altera est non significatiua. Composita, Elementis, vel Materia. V

Indorum exemplis artificialis memoria probatur. Cap. XXVII.

HVius etiam rei admirabile extat in commercijs Indorum, & contractibus exemplum qui etiam si sine literis (cuius supra mentionem habuimus) formis tamen quibusdam, & imaginibus voluntatem suam uicissim denotabãt; quas gestare solent in panniculis bombycinis, papyro bibula ex foliis arborum. Ea consuetudo in hodiernum vsque diem in rationum suarum tabulis remansit, non modo ab ignorantibus verum etiam rectè legendi scribendiq; (quorum plurimos ad miraculum vsq; exercitatissimos videas) peritis. Id illis commune fuit cum Aęgyptijs, qui per eiusmodi quoq; figuras sensus mentis effingebant, celeritatem designantes per accipitrem, Vigilantiam per cocodrilum, per leonem Imperium: De quibus vide Orium Apollinem de literis hyeroglyphicis. Plinium lib. 36. c. 8. Item c. 11. Meminerunt præterea eiusmodi literarum Strabo. lib. 17. Cor. Tacitus. lib. 13, Cælius Rodiginus antiquarum lect. lib 29. Cap. 26. Volaterranus. lib. 33. Inter alias etiam effigies, scarabeos, Apes, fluuios, boues, Vultures, aliaq; id genus notare consueuerunt. Porro ipsa effigies Apis symbolum regis signabatur, quod is in obeundis vitæ officijs, non minus Iustitię aculeum, quàm dulcis mellis clementiam habere debeat. In Vulture naturæ genium ac maiestatem indicabant, quod inter has volucres fęminæ dumtaxat inueniuntur. Multa etiam alia signa Dictionum pinxerunt. Hac ratione cum inter se agerent Indi nostri Occidentales figuram aliquam exercebant, in qua totam horam dissererent, insidentes calcibus pedum, toto corpore deflexo, & curuato, qui est modus eorum sedendi, etiam si aliquando sedeant in scamnis tripedibus, aut sedibus quæ habent sustentacula dorsuaria, idque proprium est nobiliũ, alij in vimineis, aut ex ligno dedolato & polito confectis, attamen in rebus agendis, etiam nobiles calcibus pedum innituntur, præterquam cum viri religiosi iubent eos accumbere, pererrant verò Indice. Eadem ratio est in transmittendis ad exteros conuentionibus vi- X

Indi imaginibus utũtur.

Aegyptiorũ literæ Hieroglyphicæ. Y

Indorum sedẽdi modus. Z

ce lite-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ce literarum, & in ſerijs actionibus illas figuras adhibebant, negotiorum etiam geſtoribus eodem modo præſcribebant quid illis incumberet ſi qua inter optimates de iure prærogatiuæ aut natalium cauſa agitaretur. Nec mirum, quæcunque enim in uniuerſa rerum natura ſunt, ſiue ab intellectu, ſiue à ſenſibus percipiantur, in eum vſum conuerti poſſe, vt eo modo quo uocabula ſignificent certum eſt. Legimus complures neterum ſapientes, Philoſophos, Reges & Principes, olim uarios atque multiplices excogitauiſſe modos, quibus nuncijs ſuis ad loca remotiora mittendis toto committerent arcana conſilij, & quid quid myſterij confidendum occurriſſet ſecreti quo fierent in perferendis idonei, atque ſecuri: Sic noſtri (licet alioqui craſſi & inculti uideantur) ueluti polygraphia quadam utentes uarijs modis arcana ſua abſque literis, ſed ſignis & figuris mandabant. Succedebant interdum in locum eiuſmodi characterum, fila, diuerſis coloribus pro qualitate nuncij ipſius tincta. Adde huc, ſagittas, faſoles colore diuerſos ac uarios, ſcrupulos, grana & id genus alia. Sed quæ pergã dicere, omniũ admirabiliũ admirabiliſsima ſũt quòd cũ adeo ſint ſtupidi, tãq; in craſſo aëre nati: iſtis formis Ephemerides, calendaria, & annalia delineant. Conſtabat autẽ illorum annus octodecim menſibus, & menſis viginti diebus, vt in huius rei ſtẽmate cõſiderare poteris. Cũ ex ſupertoribus cõcedatur memoriæ artificiũ ex locis & imaginibus debite ordinatis conſtare: ea eſſe de eſſentia artis perſpicuum eſt: conſiderantibus quod anima per res ſenſibiles in memoriam extranearum deducitur: vt enimuero confuſionem ordinis rerũ memorandarum quiſque deuitet atque alia id genus incõmoda: quatuor potiſsimum expetuntur. Primo nanque naturalis potentiarum ſpetierum imaginatarum ſuſceptiua exigitur, & hanc ſuperius diximus eſſe memoriam naturalem. Secundo, res ipſa cuius memoriam cupimus habere neceſſaria eſt. Et hæc, non quidem corporaliter ſeſe intellectui ingerit aut apud memoriam reconditur: ſed vt Ariſtoteles atteſtatur lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis: per fantaſiam ſcilicet abſtracta: quæ ſi per ſimulachrum aliquod noſtra imaginatione effictum in loco aliquo corporali fuerit repoſita fixius memoriæ adhærebit: quod præſentis intentionis eſt: quapropter loca, & imagines ad hanc induſtriam ſumme neceſſaria, ac partes eſſentiales dicimus. Tertium autem quod exigitur eſt, deſtinata rei cuiuſque in numero menſura, & debita proportione diſpoſitio: cui quartum accedit iugis locatorum cum ſedibus ſuis repetitio, ne per negligentiã obfuſcentur. Itaque dicimus neceſſaria eſſe loca, & imagines neceſſarias: ut illa papyri gerant officium, hæ uerò ſcripturarum: quatenus cupiens alicuius meminiſſe eius imagines locis in debita diſpoſitione ordine, & collatione coaptet. Quod animæ operationes ordine

quodam

Fila diuerſicoloria.

Indorũ ephemerides & anni diuiſio.

Lib. 3. de anima.

quodam ſe ſe alternantes indicat. Quandoquidem: quod ſenſus percipit imaginatio repreſentat: cognitio format: ingenium inueſtigat: ratio iudicat: memoria ſeruat: intelligentia apprehendit, & ad contemplationem adducit. Per imagines itaque locis impreſſas in locatorum deuenimus cognitionem: quibus adiuta memoria ritè exoluit officium. Hinc uiri religioſi in ſacris concionibus quas apud Indigetes habent, ad inſtillandum illis perfectius, & manifeſtius doctrinam diuinam: vtuntur inauditis & ſtupendis figuris, in eumque finem habent aulęa quibus intexta ſunt capita religionis Chriſtianę, vt ſunt ſymbolum Apoſtolorum, Dacalogus, ſeptem peccata mortalia cum ſua numeroſa ſobole, & circumſtantijs, ſeptena opera miſericordiæ, & ſeptem ſacramenta, via & ordine artificioſiſsimo, quod quidem inuentum præter cætera elegans eſt & memorabile, veluti in Hodoeporico. id eſt, itinerario noſtro, & catechiſmo fuſius declarabitur vt in ſequenti ſtemmate videre licet. Vndè æternam laudem meruerunt eius inuenti auctores. Quem honorem quotquot ex D. Franciſci ſocietate in nouo docendi modo primi defudauimus iure noſtro vendicamus. Huc pertinent editiones illę, & imagines quæ tanto omnium aplauſu in lucem prodeunt, in quibus grauiſsima nobis iniuria infertur quod alij ſibi gloriã adſcribunt, & noſtris laboribus famam aucupantur, cum eam rem nos inuenerimus, ac promouerimus aſsiduis ieiunijs, uigilijs, & orationibus flectentes dominũ Deum, vt nobis quaſi virgula diuina ſignificare dignaratur, quo potiſsimum modo gens illa beſtiarum more victitans, & principatui diabolico planè mancipata, ad cognitionem veri Dei factoris cœli & terræ induci compelliſque peſſet. Eaque de re ad collegium Adſeſſorum Indicarum prouinciarum miſſum eſt, per viros religioſos, vt videre eſt in picturis operi noſtro inſertis. Nolim hoc ita accipi, quaſi inuentoribus chalcographicæ artis detrahere velim: qui & multi, & vetuſtiſsimi fuerunt, ſed aio, vſum eius in docendo, atque modum, noſtratibus religioſis acceptum ferri debere, licet etiam hìc à pleriſq; eiuſmodi picturæ factę ſint (laborioſum enim non eſt inuenta amplificare) at nos vtpote parum ſolliciti de aura vulgari, nunquam tale quid ſcripſimus cum animo emittendi.

Religioſi docent indos figuris.

Habita eſt hæc methodus peridonea ob lœtũ ſucceſſum in animarum conuerſione ſubſequutum. Nã ut ſunt homines illiterati, obliuioſi, ac nouitatis picturęque ſtudioſi, ita ars annuntiandi verbi diuini vſque adeo fructuoſa, & pellex fuit: vt abſoluta concione, ipſi figuras illas ſibi explicatas inter ſe conferrent. In confitendo ingenioſiores adhibita pictura demonſtrant, in quibus Deum offenderint, & calculos ad ſignificandum eiuſdem peccati iterationem, ad ſignum quo vitia vel virtutes denotantur reponut, & quemadmodũ

hìc

Indorũ confitendi modus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Memorię ãplificãdæ ratio.

hìc viri pij & boni, enumeratione peccatorum contra præcepta diuina confitentur: sic illi adiumento & inspectione picturæ. Memoria, facilimè amplificabitur, eam instar indorũ excolendo, quãobrem elaborandum, ne qua dies abeat, si fieri potest, in qua non aliquid memoriæ tradatur, præsertim ex sacris literis, aut præclaris doctoribus. Ad hanc rem deseruient loca communia, in quæ referenda sunt quę ex orthodoxis scriptoribus delegeris, vt ea sẽper in prõptu habeas, vt prope finem huius operis inuenies. Postquam enim primarium est ornamentum alicuius præditum esse facultate, prõptitudine, & generali rerum notitia vt de omnibus quæ tempus fert paratam habeat materiam dicendi, ea docti viri, scientes, accurati, exacti. & circũspecti, alijs pręstant: quibus perpetuo suppetit quod adducant. K

Loca communia.

De modo excolendæ memoriæ. Cap. XXVIII.

L

MOdus referendi fructus ex lucubrationibus, & studijs, euadendiq́ue compendio in virum doctum: est, colligere virtutum vitiorumq́ue classes, & aliorum argumentorum de quibus in vita communi plurimum est sermo: aduertendo animum quomodo se habeant cum alijs rebus, in quibus conueniant, repugnent, aut dissideant. Nam ex contrarijs & similibus passim idem infertur quod ex re ipsa. Proponatur exempli gratia, fortitudo, & eius aduersa, pusillanimitas, & metus, subsequentur vtriusq́ue species, vt fortitudo constituit in edendis præclaris facinoribus, & aduersis ferendis. Vnde exoritur patientia. Deinceps poterunt accumulari loca communia laboris, aduersitatis, mòlestiarum. Hinc bipertita fortitudinis diuisio: animi videlicet, & corporis. Eademq́ue in cęteris est ratio. In deducẽdis tamẽ supradictis locis, potest unusquisq́; à se consilium petere, aut acquiescere distributionibus doctorum, qui in ea materia versati sunt: vt, Angelicus doctor, Summa prædicantium, Summa vitiorum & virtutum, aut ex dictionario Berchorij, alijsq́ue similibus, vel à religiosissimo, nostri temporis, egregio ac regio concionatore Laurentio Villauicẽtio Augustiniano, in suis tabulis, vel ex Oeconomia Bibliorum ingeniosissimi domini Georgij Ederi, At verò si multiplicem illam distinctionem repudiet, euitandæ confusionis gratia, quæ vt plurimum tam oratoribus, quã auditoribus grauis est, poterit summaria genera proponere, imitando Seraphicum D. Bona. in Dieta salutis, Valerium Maximum, aut Valeriana vernaculè conscripta, aut prout digessit Plinius libro 6. Disposita locorum communium tabula, pro uniuscuiusq́ue consilio. quidquid in auctoribus offenderit notatu dignum, ut exempla, M N

Ordo memoriæ quomodo instituendus.

Apophtegmata (quæ breuiter ac scite dicta uertere licebit) sententias, comparationes, metaphoras, illico in classem suam recondet, ac annotabit. Cauendum autem est, ne memoriæ nimis tribuat, nam, ea præsidentia sæpenumero etiam ingeniosis causa erroris existit; vsque adeò, vt inferiores cura & sollicitudine illos superarent, & infra se uiderint. Infinitum autem erit uelle quid quid pulchrum est excerpere, maximè cum quidam libri, nihil nisi appositè dicta contineant. Sufficiet igitur, optima professioni ingenioque suo maximè conuenientia describere. Nec silentio transeundum est, elaborandum esse ei, qui studet, vl lecta sedulo animo reuoluat, & menti infigat, adnotando ipsam vim, & substantiam, & siquidem opus uidebitur: locum & nomen scriptoris ex quo depromserit, & si fortè vna materia referri possit ad diuersa capita, sufficiet in vno integrũ referre, in altero prioris loci admonere, aut si priore loco tam succinctè scriptum sit, vt ad archetypum recurrendum sit, præstiterit in posteriori ipsum fontem notare ex quo haustũ est. Si verò, ex æquo ad duos titulos referri possit, vtrobiq́ue meminisse conueniet. Nam inutile est ea quæ in præsenti allegari possunt in futurum differre. O P

Referẽda in loca communia.

Lecta sedulo animo reuoluenda.

Hoc suasum uelim, vt in aliqua Ecclesia, vel Monasterio habeantur loca pro reponendis rebus solum quas quotidie conuenit recitare, vt sunt argumenta, rationes historiæ, fabulæ, & prædicationes quæ tum in aduentu, tum in quadragesima alijsq́ue anni temporibus fiunt, & hoc illis locis tantum deputetur. Item licet aliqui tradant ne loca sint alta: quia uolunt vt tangi possint: omnino tamen mihi displicet, cùm in vno eodemq́ue loco locorum diuisionem effingere possim: & ea quidem secundum cubiculi altitudinem uariare oporteat: cum non deformia sed proportionata esse debeant. Ideò nihil obstat quin in vno eodemq́; loco, locandorum fingamus loca, aliqua tamen uarietate signata, diuersis pariter fulta adminiculis per studiositatem. Cui plurimum (teste Philosopho) conducet eorũ quæ in memoriam adducere cupimus ordinatio, & ad ipsa affectus inclinatio: insuper similitudinum disuetarum ac mirabilium adaptatio: & postremo meditandi sedulitas, & frequentatio. Et hæc eius sententia conuincitur ex memoriæ descriptione, qua inquit: Memoria est positio sub ordine & frequens meditatio memoriam saluans in reminiscendo: quod exponitur, species frequenter intueri infantasia reseruatas easq́; augere memoriã. Cui alludit, Cic. dicens: memoria artificialis constat ex locis, & imaginibus. Quod namque Arist. dixit, positio sub ordine: hoc Cic. ex locis appellat: & quod ipse ait secundo, ex imaginibus: itidem Philos. frequens meditatio nuncupauit, nec quidem in sententia discrepant. Est quippe meditari, ad se imagines & intellectum materiæ capere. Itaq́; loca, imagines & or- Q R

Nota.

Lib. de Memo. & remi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De agẽdorũ ordine & eorũ descriptione.

dinem in hoc exigi opificio non tam priscorum acceptatur auctoritate quàm conuincitur praxi quotidiana, quatenus memorandorũ Imagines, simulachra siue Ideas locis, nostra phãtasia depictas: recta figurarum dispositione firmiter fixè clarè ac faciliter recto præposterove ordine cum libuerit resumptas pronunciemus earum significata. Vtque illis depositum fideliter reddentibus prodigium ac mirum quid effecisse censeamus: quandoquidem absq; timore collocata promptissime recensemus: Præterea notandum loca alia communia alia propria. Communia multa continent quibus immediata nõ sunt, vt concauum cœli supremi siue ultimæ sphęræ: locus quidem ignis est, Aëris, aquæ, & terræ, sed communis, quoniam multa interiacent cuius modi sunt cœlum lunę & reliquarum Spherarum: veluti enim aqua terrã ambit, ita aër aquam, & ignis aërem, & Lunæ sphera ignem & ita deinceps: vt vniuersi figura demonstrat. Sed propria loca sunt (quæ particularia alio nomine ab alijs vocantur) terminus corporis continentis: locato immediatus: vt concauum sphęræ Aquæ terram continentis immediatum terræ contentę: quòd nihil mediet. Ita & nos inpræsentia loca accipimus propria vel particularia: illa quibus immediate rem imaginatam inscribimus: qualia sunt, vt dictum est superius, parietes, feneſtræ, columnæ, in celulis, cenaculis domorum arte mechanica comparatarum vel arbores, plantæ, petræ. Animalia, leo capra & id genus alia in vallibus, fluminibus, montibus hortis & pascuis captæ dum rem visibilem tractamus. Aut si in uisa disquirimus naturalia loca, scilicet, in cęlo, & Hyerarchias & in his angelicos Choros & in illis beatorum sedes: vt hic patriarchæ: ibi prophetæ: Apostoli, Martires, Confessores, Virgines, Innocentes, Viduæ, coniugati situantur accipimus. In quibus imaginamur Ianuarum parietum & reliquorum quæ nouimus differentias ad cuiuslibet status pertinentes: & obid huiusmodi loca continentia siue fictitia nuncupari possunt. Ex quibus tandem relinquitur locorum hìc esse communia: illa uero propria & vtraque aut a natura vel ab arte profiscentia uel nostra cogitatione effícta: quandoquidem ad instar realium incognita in uisa uidelicet & nunquam audita: vtpotè, quæ nondũ fuere: modo nec usquã existunt: nec alibi unquam erunt extra nostram imaginationem, fingimus loca. Id profecto facillimum fore arguit artificium industriæ, qui ad solius referentis vocem perposita & quidem miranda erigũt ædificia: quorum nunquam similia viderunt. Insuper aliorum exẽplo facilimum conceditur: sicuti Sibutus scripturarum testimonio, & multipharijs exemplis huiusmodi facilitatem astruit. Commenticijs vti locis necessitas plerunque cogit: quando natura requisita nõ administrat, atque hisce dumtaxat vti periculosũ pęnitus est: quare magis

De locorum diuisione siue multiplicatione. Locus communis, proprius & particularis.

Loca fictitia facíliter fiũt

S T V X Y

re magis consulo vel realibus tantũ: vel necessitate vrgente permixtis cum ipsis vti: quatenus deinceps liquebit. Vera autẽ extra nostram phantasiam vel arte vel natura dicimus constituta. Per naturã quidem vt iam paulo ante recensuimus, rupes, montes, colles, fluuios, prata, syluas horumque similia cum suis partibus effícta conspicimus. Sed inuisa sunt cœlum, paradisus, & infernus. Ars autem fabri fecit domos, edes, theatra, basilicas, templa, monasteria, abbatias: & ita reliquorum. Sicque proinde mediata atque communia partiamur. Erunt profecto loca maxima maiora & magna: quę ab alijs necessaria nominantur habilia & artificiosa. Sed quocunq; baptizentur nomine: non est nobis de nomine concertatio. Parietes siquidem & feneſtras, columnas, altaria siue huiusmodi interstitia in quibus inscriptionem fieri diximus magna appellamus. Horum autem domorum cameræ, aulæ, stuphæ, estuaria, cenacula, dormitoria, & reliqua in quibus particularia constituuntur maiora dici assolent. Maxima autem & communissima sunt vrbes, ciuitates oppida, municipia, castella, castra: & in his monasteria, cenobia, collegia, Ecclesiæ, templa, capellæ, sacella. Vt enimuerò locatio fiat, opus est proprio determinatoque loco, qui mediate imagines recipiat cuiusmodi non parietes: sed colũnas altaria cameras esse debẽt. Consuleremque vt loca omnia sic cohæreant vt ex alicuius dictionis vel versus literis, figuras ordinatè recitare possint exemplo eorũ qui dictiones fingunt vt compotũ vel argumentorum sedes proponant, probemus quæ diximus: volo ordinatè nomina sociorum seraphici patris nostri Francisci collocare simpliciter vt ingentia illorum facinora alijs proponere queam. Has fingam dictiones: BERNARDI, S, P, E, S, I, M, PHILIPPO, COMENDATVR, BAR, B, ARVS. Bernardi, denotat Bernardũ à Quinta Valle Asisias, Spes, quatuor cõtinet sanctorũ nomina S. Syluestri Asisias, vir simplex & miræ perfectionis. P. Petri Cathanei. E. Egidij, vir vitæ admirabilis, & crebra memoria dignus. S. Sabbatini. Imphilippo, tria continet nomina I. Ioannis Capellæ, à quo primo facta est ordinis relaxatio, lepraq; percussus extra ordinẽ laqueo (vt alter Iudas) se suspendit: in cuius locum suffectus est Gulielmus Angelicus D. Francisci socius. M. Morici paruuli. Philippo, Philippi Longi. Comendatur, Constantini ex Sancto Constantio. Barbarus tria etiam continet nomina, Bar. Barbari, vir sanctitate vitæ clarus, B. Bernardi vigilantis de vida. Arus, Angeli Tancredi Reatini. Sed de huiusmodi collocandi modo latius postea vbi de sacræ scripturę collocatione agendum est.

Quum infra latior memoriæ instituendus sit tractatus, vbi de sacræ scripturæ collocatione agendum est: præter ea quæ etiam supe

rius

Loca artificiosa.

Sotiorum B. Francisci. Collocatio.

A Z B C

Universidad de Deusto
Biblioteca

rius diximus: annotandum hic, quot modis verborum imagines finguntur, quæ aut ſono vocis, aut forma, aut literarum vel ſyllabarũ combinatione aut effictione, aut notatione, aut ætimologia, aut ſimilitudine, aut contrario, aut tranſumptione, aut cognitione aut ſolito dici, aut geſtu corporis, aut proprietate, aut inſignijs, aut cauſa, aut effectu aut inſtrumento, aut actu, aut repreſentatione, aut ſubtractione finguntur. Sono vocis, aut literarum, aut ſyllabarum, aut dictionum imagines ſunt fingendæ: ſi literarum, tunc dupliciter, aut per figuralem ipſarum literarum ſimilitudinem, ſecũdum publiciũ; aut per reſonantiam vocis, quatenus ex nomine cuiuſque animalis tàm rationalis, quàm irationalis imaginem primæ literæ ſummamus: primus modus ex figurali ipſarum ſimilitudine perficitur, cum per realia inſtrumenta manu vel natura fabricata ipſarum literarum formæ demonſtrantur, videlicet, cùm pro qualibet litera ipſius alphabeti nonnullæ formæ traduntur, quas, vt ſuperius diximus, hic nobis uiſum eſt ab exordio recenſere. Ita vt pro A. ponatur, Arcta, Circinus, & Scala, pro B. Lutina, & Ignile, pro C. ferum equi, & cornu, & ſic de alijs, vt in proprijs figuris patet. Hoc tamen ita ſe habet, vt literæ ſolæ & per ſe in ipſis locis non ponantur, ſed coniunctim cum viuis imaginibus, id eſt in manibus eorum, vel alio modo ita ut ab eis motum accipiant, vt ſi locanda eſſet litera C. pro, cap. vel codice, vel Conſilio, vel litera L. pro, lege, vel libro, & ita de alijs, vt Clarius, in noſtro locandi modo monſtrabimus. Sed cum rogatus ac ſerè cõpulſus ad altiora tranſitus ſit, Ideo pro nũc ſuper ſedendum eſt. Sed quia in alphabeto cuius mentionem fecimus nonnullæ literæ poſitæ ſunt, quas non ſolum manu tenere, ſed etiam loca capere non poſſent, vt eſt nauis, quæ ponitur pro X. & turris quæ ponitur pro S. & nonnullæ aliæ. Nos tamen alphabetum inprimis ſtemmatibus contentũ corrigendo: ſequentia alia Indorũ ponere curauimus quæ pro eiſdẽ deſeruient literis. Secũdo modo fingũtur literarũ imagines per reſonantiã vocis, quatenus ex cuiuſq; nominis. 1. literã cognoſcat videlicet, pro litera A. Antonium, pro B. Bartholomeũ, pro C. Carolum, & ita de omnibus alijs literis alphabeti. Vt in collatione nouelarum plantarum noſtræ religionis paulo ſuperius ex conſulto fecimus. Loca præterea diſsimili figura comparanda ſtatuere ferme omnes, quatenus diſtinctius interluceant. Sit itaque & locorum inter ſe & imaginum ab ipſis diſparitas. Similitudo locorum pre omnibus maximè vitetur, ipſa ſiquidem eſt ex parte mentis turbatiua. Cum enim quis multa intercolumnia ſumat ſimilitudine locorum conturbabitur. Sed nunc ſtemmata de quibus ſupra inculcauimus ponamus. Præmonitum tamen legentem volo quod Calendarij Indorũ declarationem, eò quòd in illorum lingua debuiſſet poni omittimus.


Stẽmatum declaratio.

D


E


F

G




Universidad de Deusto
Biblioteca






Universidad de Deusto
Biblioteca






Universidad de Deusto
Biblioteca





Universidad de Deusto
Biblioteca



De modo eligendi loca. Cap. XXIX.

H SImul atque superioribus nonnihil de memoria, de locis & imaginibus edocuimus: in præsentia exactius incumbit modum eligendi ipsa loca proponere. Sed quoniam animaduertimus ipsa ita perfectè absque numeri cognitione construi non posse: cum ab ipso numero confirmetur. Ideò primò de numero, & postea de locis tradendum esse censuimus: quem modum, si in vsum habuerimus, facilè memoriæ commendabimus quæcunque numeris integrantur, quæ res summè necessaria est doctis pariter & indoctis, vt is pènè nihil sciat, qui numerare nesciat, Nostrum itaque numerādi modū cum plus omnibus semper mihi placuerit ita prosequemur: Et licet aliqui pro omnibus numeris quos excogitare possumus, viginti tantum imagines inuenerint. Posse multiplicare secundum numeri multiplicationem dicimus. Nec inficiabo Alphabetorum collocandi modus, nam eo etiā vsi sumus, si in varijs linguis puta Greca, Hæbraica multiplicetur. Quæ diximus exemplo manifesta fiāt. Volo rem aliquam collocare per numeros, illos sic specialiter describam. Pro 10. est mihi crux lignea, pro 20. stanni, pro 30. plumbea, pro 40. œnea, pro 50. cuprea, pro 60. ferrea, pro 70. alchimię, pro 80. argentea, pro 90. aurea, pro 100. crux auri & gemmis prætiosis ornata. Et sic centum loca decem signata imaginibus habeo. Etenī locus est idem per essentiam quod superficies corporis locātis, quod K & à Philosopho terminus nuncupatur. Terminus enim concaua est superficies, siquidem interior ea est corporis continentis & vltima: vltra illam nempe illius corporis non est alia interior: & proinde dicitur locus & secundum eam unum corpus continet alterum. Igitur loca eligenda sunt vniuersalia antequam ad singularia descendamus Vniuersalia particularia continent. Particularia deindè sunt superficies, aliqua differentia accidentali signata: vt sunt columnę, portæ, fenestræ, fornices, altaria, sepulchra, statuę, picturæ, & alia quæ his similia sunt, vel quæ natura formauit, vt sunt rupes, colles fontes, fluuij, horumque similia. In quorum electione sunt aliqua notanda. Inprimis, loca sint nota · Habere enim se debet locorum collocator, vt solers architectus, qui prius domum varietate mansionū plenam in mente quàm in re fabricat. Deindè, minime hęrentia in occursu, prętera sint singula connexa, distantiam siue interuallum inter locum & locum paulo plus vel minus quinque vel sex pedum volumus. Quia sic illustria & modicis intevallis explicata occurrere celeriusque percutere animum possunt. Ordo quoque in locis fabricandis necessarius est: nam vbi non est ordo, ibi & confusio: &

I

L

Collocandi modus per numeros.

Alphabeti collocandi modus.

Locus quid sit secundū Tho. 2. d. 2. q. 5. ar. 1.

Loca alia vniuersalia alia particularia.

Notanda in locorum electione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scire quid agas & nescire quo ordine non est perfectæ cognitionis. Igitur loca selecturus hunc seruabis ordinem. E

De locorum cõsignatione

Ingredere Ciuitatem, Monasterium, Ecclesiam, Theatrum, Domum, Viridarium, & id genus. Si ciuitatem ingressus fueris, profulturam ianuæ quę in ipso ingressu se tibi ad manum sinistram offert: pro primo loco signa. Deindè continuato eodem pariete recede à profultura ianuæ in qua primum locum notatum est per spatium quinque vel sex pedum, vt res patitur, & in fine huiusmodi interualli secundum locum ordina, qui erit vel porta vel scala vel colũna aut alia res, quæ forte ibi aderit, & ita facies de tertio & quarto & quinto loco, qui signãdus est aliquo, ex his quę supra vel postea ponemus. F Deinde continuando eundem parietem ita accipies 6. 7. 8. 9. 10. locum in quo numerum pones, & ita in quoto quinto loco iuxta præceptum Ciceronis: item vltra procedendo, undecimũ statuas, quod si non aderit: fictitium accommodabis. Et si forte post vndecimũ sequeretur aliquod templum: in eius ianuæ profultura 12. ordinabis. Et ingressus, quidquid ad leuam reperies, pro loco signa, & eodem itinere siue pariete retento, in eo loca fabricabis: accipiendo pro loco angulum, altare, sepulchrum, armarium, ac quidquid sese tibi opportunum obtulerit, ita tamen ut ne versus centrum tendas quin potius instituto calle Ecclesiam lustres per capellas, choros, & sacrarios transeundo, loca in eis construendo, & tandem ad ingressũ cęptum ianuæ reuertaris, dicta continuando loca per parietem, qui ad manum se tibi demonstrabit, & ita ciuitatem lustrabis per monasteria, theatra, domosque transeundo, loca in eis construendo non superficialiter sed fixe, firmiterque memoriæ imprimendo. Nam tota huius artis vis in hoc consistit. Ideò terque quaterque deambulando loca considera, & post paululum imaginationis processum reassume, & memoriam examina, & si minus fixe teneas, illuc iterũ atq; iterum reuertaris & collocationem quoad commendaueris memoriæ repete. Hoc facto cum est repetenda memoria ab initio loca recensere incipias, & quodcuique credideris reposce. Nam digerendum primum sensum vel locum vestibulo quasi assignabis. Secundum atrio, tum in pluuia circumeas; nec cubiculis modo aut exedris, vel peristylijs sed stratis etiam similibusque per ordinem cõmittas. Numerus quoque locorum non minimus esse debet. Nam quamplura opportet fabricasse loca, si multa meminisse volumus, vnde Seneca duo milia versuum recensere nequiuisset, vt de se & Portio Latrone, in prologo declamationum, refert, nisi locorũ multitudine adiutus fuisset, & ideo D. Tho. multa loca comparanda esse consuluit quem sequuntur Rauenas, Franciscus Petrarca, & plerique alij contra Cic qui tantum centum sufficere scripsit. G H

Totius memoriæ artis uis.

Locorũ numerus quantus.

2.2.q 49 ar.1

Quæ

Memoriæ artificium.

Quæ dicta sunt uno aut altero exẽplo probemus. Volo totã ipsam sacram scripturam genericè collocare, occasione capta illius quod Deus in Tabernaculi constructione præcepit dicens; facies & atrium tabernaculi, incuius Australi plaga contra meridiem erunt tentoria de byssо retorta: centum cubitos unumlatus tenebit in longitudine. Et columnas. 20. cum basibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis suis habebunt argentea. Similiter & in latere Aquilonis per longum eius tentoria centum cubitorum, columnæ vìginti, & basesæneæ eiusdem numeri, & capita earum cum cælaturis suis argentea. In latitudine verò Atrij quæ respicit ad occidentem erunt tentoria per 50. cubitos, & columnæ centum baseſque totidem. In ea quoque Atrij latitudine quæ respicit ad orientem, 50. cubiti erunt, in quibus 15. cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur, columnæque tres & bases totidem, & in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia 15. columnæ tres & bases totidem. In introitu verò atrij fient tentorium cubitorum 20. ex hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, & byssо retorta, opere plumarij: columnas habebit 4. cum basibus totidem. Omnes columnæ atrij per circuitum vestitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis & basibus œneis. In longitudine occupabit atrium cubitos 100. In latitudine 50. altitudo 5. cubitorum erit. Ecce quam optimè ex nunc dictis tibi 600. loca genericè & specificè fabricabis. Genericè columnæ istæ erant 60. quia tot sunt sacræ paginæ scriptores, computando tamen eos secundum numerum librorum quos composuerint: vel secundum diuersas materias quas scripserunt. Puta alius auctor est Ioannes euangelista quãdo scribit euangelium: Alius quando epistolas, Alius quando Apocalypsim & sic dicendum est de alijs, quorum quidẽ omnium 72. extant libri. vtriusque verò testamenti librorum capita 1334. Atrij cõstructio erat in quatuor lateribus videlicet, in latere Meridionali, Aquilonari, Ooccidentali, &, Orientali. Quia quotquot sacrã scripserunt scripturam aut scribunt principaliter, Legalia, Historialia, Sapientialia, aut Prophetalia. In latere Orietali vbi erat tabernaculi introitus ponuntur illi qui scripserũt vel declarauerũt Legalia & mãdata diuina: quia præceptorum Dei & legis eius obseruatio, sunt via ingrediendi ad vitam. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Nunquam enim homo perfectè corrigeretur vel domaretur, si sine legis vinculo vagari ad arbitrium suum sineretur. Et ideò ad ligandũ mores hominum, constituta est triplex lex, scilicet, lex naturę quę est inflexibilis rectitudo illa, quam in conscientiæ syndereſi Deus collocauit, vnicuique dictans, & ostendens quid bonum vel quid malum. De qua Archanorum Dei conscius Paul ait: Gentes non habentes legem, cum naturaliter ea quæ legis sunt faciant, ipsi sunt si- K L M N

Exo. 27. b. 9.

Sacræ scripture scriptores 60.

Lib 72. Cap. 1334.

Ordinẽ & argumẽtum librorũ utriusque testamenti. Matth. 19. b. 17.

Lex triplex.

Rom. 2. c. 14.

N 2 cut

Universidad de Deusto
Biblioteca

cut lex, lex enim naturalis est illa, quam natura omnia animalia docuit, & quam Deus in nostri cordis volumine exarauit. Vndè, dabo legem meam in viscerib⁹ eorum, & in corde eorum scribam eam. Lex scripturæ est illa, quam Deus Moysi in scriptis dedit, & quam Christus in scriptis Euangeliorũ suis fidelibus dereliquit. De quibus apud Oseam: scribam eis multiplices leges meas, quę veluti alienę computatę sunt. Lex verò humana est, quam ad hominum regimen principes statuerunt: de qua Paulus lex in homine dominatur quanto tempore viuit. Vt igitur cæteris omissis. de lege in nouo & veteri testamento contenta aliquid dicamus, cum de legibus humanis pro nunc nihil ad nos. Leges & status Mosaycè præcepta: in quinque Moysi libris continentur. Quibus in nouo testamento, vt alibi dicemus, correspondent quatuor euangelia, legem gratię cõtinentia. Quæ ut Origenis vtar verbis, vnum tantum sunt Euangelium, quia vnum nobis decantarunt Deum. Et vt veteris sic & noui Testamenti legalium omnium librorum nomina comprehendamus hanc colloco dictionem GELNVDEV. Nam. G. Genesim. E. Exodum. L. Leuiticum. NV. Numeros. D. Deuteronomiũ. EV. Euangelia continet. Hanc appende ante Atrij introitum in manu alicuius Angeli tibi regulam directiuam in Clipeo cum quinque vijs currentibus ad vnam, quam Christus esse arctam docet, dicens: Arcta est via quę ducit ad vitam, vel cum homine collum iugo submittente signatam ostendentis. Vt scias talium librorum collocationem ibi esse, Tum in ingressu iuxta id quod Ioannes scriptum reliquit fundamẽtum iaspidis ponamus. Hinc in prima nostri atrij iaspidea columna Genesim ac in ea Deum sedentem collocabimus & Moysen de eius manu legem accipientem. Nam qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis cuius præcipuus color licet sit viridis 27. specierum & colorum diuersitatem intermixtam habet. Sic in creatione, diuersa rerum genera, & varias rerum species, verbo suo, Deus ex nihilo creauit. In Genesi siquidem agitur primò de mundi, ac generis humani, rerumque creatarum omnium exordio, & præceptis datis primo parenti. Secundo de diluuio, & archa Noe, & terræ diuisione. Tertiò de confusione linguarum, de gentium descriptione, ac de electione populi Dei. Quartò de descensu eiusdẽ populi in Aegyptum.

In secunda columna quæ erit ex sapphiro, collocabis Exodum: cuius signum erit Cherubin habentem anchoram in manu. Iuxta illud, Ecce in firmamento quod erat super caput Cherubin quasi lapis Sapphirus. Et sicut Anchora tenet Nauem in mari ne periclitetur sic Lex Dei Animam firmam tenet. Exodus assimilatur Sapphiro habenti scintillam relucentem excutientem timorem confirmantem animum

Iere. 31. Heb. 10. c 18.

8. c. 12.

Rom. 7. a. 1.

Dial. de rect. in Deũ fide.

Gelnudeu.

Arcta Matt. 7. B. 14.

1. columna iaspidis.

2. ex saphiro.

O

P

Q

R

nimum ac vim vulnerum sanatiuam quòd earum præcipuè rerum continet historiam, quæ in exitu contigerunt filiorum Israel de Aegypto, estq; inter reliquos Pentateuchi libros ferè præcipuus, in quo agitur, 1. De vocatione Moysis & præseruatione eius miraculosa. 2. De decem plagis. Tertio, Decorporali exitu filiorum Israel de terra Aegypti. Quarto. De liberatione populi Dei ab Aegyptiaca seruitute per transitum maris rubri, per submersionem Pharaonis cum omni suo exercitu. Quinto De pugna Israelitarum cum Amalech. Sexto De Lege data in monte Synai, hoc est, de decem preceptis aciudicijs & institutione populi Dei. Septimo De Mysticis diuinis que preceptis, id est, de Arca fœderis domini & constructione Tabernaculi ac altaris, deque Sacerdotum vestibus & vnctione.

In tertia columna quæ erit ex calcedonio iuxta illud quod Apoc. dicitur fundamentum tertium calcedonius collocabimus Leuiticũ. Qui totius Pentatheuchi est quasi umbilicus, & in quo vt Paulino D. scribit Hiero. singula sacrificia, immo singulæ pęnè syllabæ & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus spirant cœlestia sacramenta. Ideò eius signum erit Altare. Agit potissimum de cæremonijs & legibus sacrificij & offerendorum. 2. de legibus sacerdotis & consecrandorum, edulij & ciborum, quæ animalia sint munda, & quæ immunda. 3. de legibus purificationis immundorum. 4. de legibus Iubilei, Phase, & solenniorum votorum, ac promissionum. Incidenter etiam agit de præceptis moralibus, & iudicialibus, ac de obsequijs præstandis, & ibi de legibus tabernaculi, vtensilium, & indumentorum.

In quarta columna, quam ex lapide Amethisto erigere optamus, quia bonus est & maximi valoris & efficatiæ. Numerorum librũ collocabimus. In qua numerũ siue ordines filiorum Israel in quos Deus Optimus Maximus populum Israel primũ distribuit. Cuius demonstratiuum signum erit Seraphin habentem cartam plenam 8. numeris iuxta contenta in libro, videlicet numerum pugnatorum, situm, eorumque offiicia. 4. exploratorum. 5. peccatorũ Core, Dathan, & Abiron. 6. genitorum in deserto. 7. mansionum in eremo. 8. & præsidiorum.

In quinta columna, quam ex Nephritico erigere cupimus, quoniam hic lapis maximè laudatur, ac ex noua Hispania, hoc est, de nostris Indis occidentalibus defertur: cuius operationes mire laudantur vt latius postea tractabimus, Deuteronomium, hoc est, epitome legis Mosaycæ continens repetitionem siue summam collocabimus. Cuius demonstratiuum signum erit Tronum in quo tentorium continens 1. epitome itineris, & laborum ab Israelitis perpessorum. 2. fœderis,

S

T

V

X

Exodi summa.

Calcedonius

Leuitici summa.

Amethistes

Numerorũ summa.

Nephriticus

Deut. summa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fœderis, & præceptorum iuditialium, cęremonialium, moralium. 3. officiorum ecclesiasticorum, qualia in Deuteronomio per discursum hinc inde repetuntur plurima. 4. benedictionum, siue promissionum diuinarum, quæ filijs mandatis Dei obtemperantibus paratæ sunt. 5. maledictionum, siue pœnarum, quæ in legum transgressores constitutæ sunt. 6. prædictionum, in qua parte Moyses iam moriturus, benedicendo filios Israel, quæ cuilibet tribui euentura erant, breuiter exposuit, atq́ue prophetauit. Quibus peractis ipse tandem Moyses moritur, detestatur ab Israelitis, sepelitur à Deo, substituitur ei Iosue. Y

Hieronym. Sexta, ordinatim procedendo, quæ in alio atrij latere est tertia. In qua spectaculum pœnitentiæ & diuinæ eruditionis B. Hieronymum collocabimus tanquam auctorem vulgatę seu auctorem glossæ legem diuinam declarantem. Quia sicut Deutercnomiũ merito additur quatuor libris legalibus Moysi, quoniã eos replicat & declarat. Sic istis quinque additur eorum interpres seu glossator in quantum ea quæ sunt de essentia sacræ scripturæ dilucidat & explanat: nihil de suo addendo, nec minuendo: quia omnia censentur verba diuina & ad atrium tabernaculi pertinentia. Z

Onychinus. In cuius diadema Onychinus Arabicus erit. Qui vt in prima huius operis parte dictum est, accipiebatur ad ornandum Ephot, & rationale eò quòd sit nigri coloris cum candidis zonis. Qui licet videatur niger per asperitatẽ pœnitentiæ & humilitatis, tamen circumcingitur zonis puritatis. Nam vna zona alba est continentia carnis, alia puritatis mentis: quę duo sunt maximè necessaria diuinarum scripturarum studiosis, vt superius inculcatum est. Castitas enim est pulchritudo animæ, siue filię regis ab intus. A

Aug. cont. Faustum. In introitu verò atrij erunt quatuor columnę cum suis basibus & capitibus. In prima huius introitus columna est Matthæus Euangelista, ostendens Messiam illum, in tota serie scripturarum veteris testamenti toties promissum iam tum aduenisse: & hunc esse re vera hominem illum Iesum, qui dicitur Christus. Ideò cũ facie hominis habẽtis in diademate adamãtẽ imaginabimus: qui licet paruus, & modicus sit lapis, tamen splendens & solidus ac magni valoris est. Et vt Dioscorides dicit, est gemma reconciliationis & amoris. Euangeliũ hoc principaliter insistit humanitati Christi ipsã declarando: in quãtum erat verus homo, dicens: Liber generationis Iesu Christi. Qui licet in similitudinem hominum factus & habitus inuentus sit vt homo & paruus ac modicus videbatur, cum esset tamen splendor patris & figuras substantiæ eius: fuit solidus, quia uerus Deus & uerus homo reconcilians nos patri æterno. Quod autem ab humana Christi cœpit natiuitate, & humanam eius generationem exposuit, com- B

Matt. scopus

Quod ad scribendũ Euãg. Mat. impulit

pulit

pulit impia iudeorum imprudentia, denegantium Iesum Christum de Dauid semine ducere genus. Corpus autem narrationis suæ ordinauit hoc modo. Primo in manu sinistra habebit picturam in modum arboris septem folia habentis cuius prima erit cuiusdam pueri nati, denotans natiuitatem, deinde fontis baptismum, Tertio demonis tentationẽ. Quarto cathedre doctrinam. In quinto ceci, Miracula. In sexto crucis, passionem. In septimo sepulchri aperti, resurrectionem & glorie ascensionem eius significans. Non solum historiam de Christo exponere uolens per hæc, uerum etiam Euangelicæ vitæ statum docere. Huius autem narrationis egregiam declarationem si videre cupis vide lib. 3. Part. Theolo. à tab. 14. vsq́ue 36. C

Marr. Euãg. dispositio.

Maci Euãg. summa. In secunda est Marcus, à quibusdam Matthęi abbreuiator dictus. Ideò pauci in hoc scripserunt Euangelium, quod eadem pęne narret quę differit Mattheus. Cuius signum erit leo habebitq́ue coronam rubino seu carbunculo ornatam cuius nitor viuacior cæteris lapidibus est, in quo pręcipuè de Christi agitur fortitudine, & resurrectione. Nam cuicunq́ue omnes parent potestates, is reuera summus est imperator, verum Christi potentiæ, omnes potestates ahæ sunt subiectæ: est ergò summus imperator & dominus omniũ Christus. In eoq́ue principaliter insistit regali dignitati Christi, in quantum erat rex. Ideò incipit quasi à rugitu leonis, qui est rex animalium dicens in principio sui euangelij: vox clamantis in deserto. Considerabis ipsum habentem regem ac supremum omnium dominum sedentem in trono eleuato à terra per qnĩdecim gradus: qui sunt quasi species: niĩ officia, & effectus dicere malis, seu potius argumenta. Primum obsequium siue ministerium spirituum: quos sub pedibus ligatos cuiusdam pulcherrimi pueri effinges. Secundum curationẽ omnis generis morborum, auditus, loquelæ, visus &c. cuius signũ erit serpẽs œneus. Tertiũ remissionem peccatorum, cuius signum est homo obuolutus pedibus cuiusdam sacerdotis. Quartum, dispensatio & arbitriũ erit legis. Signũ verò Christus inter Hębreos euoluẽs membranam inuolutam. Quintum, ius auctoritatem suam transferendi in alios, Petrũ accipientẽ claues de manu Christi pone. Sextũ potestatem vitæ & necis. Imaginem vitę & mortis in manu alicuius virgĩs collocа. Septimũ, prouisionẽ rerũ ad vitæ sustentationem necessariarum sig. capsa diuitiarum plena & omnibus patens. Octauũ abrogationem traditionum impiarum. fig. serpentem sub pedibus cõculcatam. Nonum, mutationem naturę, per infusionem vnius vasis albi in aliud alterius coloris ostende. Decimũ, potestatem in exteros: gentes genua flectentes impręsentia depinge. Vndecimũ, interpretationem, seu potius perfectionem legis scripturę. Speculum in quo relucent omnia appẽde. Duodecimũ, imperium Dauidicũ, scep- D

Rubinus. E

F

trum

Universidad de Deusto
Biblioteca

trum cum corona. Tertiumdecimum, iudicium, atque scientiã cogitationum cordis alieni, & futurorum signũ. Speculum præsens. Quartumdecimum, fortitudinem & constantiam in ferendis aduersis, potestatem in mortẽ signũ, tormenta & cadauer sub pedibus. Quintũ decimũ, imperium supra cœlos. Contemplatio glorię erit signum. G

In tertia columna est Lucas tractans specialiter de sacerdotio Christi, vnde per vitulum significatus est, propter maximam victimam sacerdotis. Vitulus enim sacerdotalis est victima. Et ideò in principio sui Euangelij dicit: fuit in diebus Herodis regis sacerdos. Habebit in fronte topazium. Est enim topazius gemma præciosissima, qua nihil ea in thesauris regum præciosius inuenitur, eò autem pręciosior quò rarior. Estque gemma vtilissima habens duos colores ex auro & aërea claritae & tantæ est perspicuitatis quod gemmarum sibi obiectarum recipit claritatem. Ex cuius proprietatibus sũmam Euangelij elicimus. Nam cuiuscunque hominis actiones alijs ex sua virtute adferunt salutem, is rectè dicitur saluator, sed Christi actiones omnes ad totius mundi salutem institutæ sunt, Christus ergò rectissimè verus dicitur totius mundi saluator cum medicinam & salutem huic mundo non attulisse tantum, sed re ipsa etiam præstitisse, quod planissimum facit euangelista. Vndè è sinistro cornu membraneam in qua conceptionem, natiuitatem, & Christi baptismũ depictum considerabis. E dextro conuictum cum hominibus & conuersationem. Hostium apertum. In collo officium, studium, volũtatem, & doctrinam. Lucernam super candelabrum. In latere dextro. Mortem Christi cuius signum erit pellicanus. In sinistro resurrectionem à mortuis. Liberatio patrum erit signum. H

In 4. erit Ioãnes Euãgelista, qui Virgo à Deo electus est, & licet nõ absque certa ratione adscribendum descendit causam scriptionis tacet. Huius tamen euangelicæ hystoriæ summa consistit in eo, quod auctor demonstret, hominem illum IESVM verè fuisse filium Dei. Quod autem is primo narrationis suæ capite vel solo contriuerit hæreses, tractat Amb. Theophy. & scriptores alij in prædictum caput quàm plurimi. Ideo significatur per Aquilam, habentem smaragdum. Rarior & pretiosior est smaragdus ac gemmarum omnium viridium obtinet principatum, & nittorem: sic Ioannes quia quæ nullus aliorum Euangelistarum nos docuit, ea ipse intonare ausus est. Tres priores Euangelistæ in his rebus maximè diuersati sunt, quas Christus per humanam carnem temporaliter gesit. Porrò autem Ioannes ipsam maximè diuinitatem domini, qua patri est æqualis, intendit, eamque præcipuè suo euangelio, quantum inter homines sufficere credidit, commendare curauit nam cum aliorum Euangelia legisset: teste Hieronymo in catalogo scriptorum Ecclesiasti- I

corum, K

Topazius.

Euang. Luce summa.

Ioan. sũma.

De fide lib. 1. cap. 5.

Smaragdus.

corum, probauit quidem textum historiæ, & vera eos dixisse firmauit, sed unius tantum anni, in quo & passus est Christus, historiam texuisse. Prætermisso itaq; anno, cuius acta à tribus exposita fuerãt, superioris temporis, antequã Ioannes clauderetur in carcerem, gesta narrauit, sicut manifestum esse poterit ijs, qui diligenrer quatuor Euangeliorum volumina legerint. Et quia ea quæ hic tractantur nõ possunt aliquibus signis demonstrari cum totius Euangelij scopus sit demonstrare hominem IESVM verè fuisse filium Dei, eundemq; vnigenitum, patri coęternum, non factum, nec creatum, sed genitũ, Perfectum Deum, perfectum hominem, ex anima rationali & humana carne subsistentem. Deum ex substantia patris, non conuersione Diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Ideo fide constanti & humilitate perfecta adhærendum est. L M

Euangeliorũ scopus.

DE LIBRIS HISTORIALIBVS.

QVandoquidẽ de libris Legalibus disseruimus ordinis ratio postulat, vt inpræsentia, de Historialibus nõnihil dicamus. Impossibilè est enim, impossibilè inquã est, animũ in huius generis historijs versantẽ à cupiditatibus superari. Et primò cõsiderãdum est columnæ Atrij Meridionalis, quæ sicut prædiximus scriptores hystoriales præfigurant, esse viginti, contenti in præsenti dictione pendenti è manu alicuius Militis stantis supra equum suũ omnibus ornatum armis IIRRPETIEIMA. I, Iosue. I, Iudicum. R, Ruth, R, Regũ quatuor. P, Paralipomenon duo. E, Esdræ duo. T, Tobiæ. I, Iudith. E, Esther. I, Iob. M, Macabeorum duo continent. Quibus correspondent Acta Apostolorum. N

Chry. Hom. 1. de Dauid. & Saul. Meridionales colũnę 20.

In prima ergo huius atrij colũna Scriptorẽ Iosue collocabimus. Imago erit Homo habens leones vnum sub pede & alterum mansuetum, ac baculum in manu: inscriptionẽq; egregiam illam, Parcere subiectis, & debellare superbos. Signũ erit Crysopassus Aethiopicus, quẽ lux celat, & obscuritas manifestat: de nocte enim igneus, de die verò apparet aureus, eo quod patientia cordis in luce prosperitatis abscõditur. Vnde Greg. Improuidus miles est, qui se fortem in pace gloriatur: fortitudo enim vera nõ ostenditur tempore pacis, nec etiam tempore prosperitatis patientia. Nam viri perfecti in aduersitate per patientiam feruent, de prosperitate timent. Quia ab altitudine diei, id est, prosperitatis timebo. Habebitq; in capite, pectore, & brachijs, ea, quæ in hoc tractantur libro, scilicet, de transitu Iordanis, de subuersione regnorum hostilium: de introductione populi Dei in terram promisionis. Et de ipsius terræ promisionis diuisione. Huius tamen libri inscrptio est Iesus Naue, eò quòd ipse Moy O P

Homo.

Chrysopassus. Isid.

Psal. 55. 2.

Huius libri inscriptio.

P sis

De q. ex nouo testamento. Ad Ro. ca. 9.

Habet ca. 23.

li. 1. de eccle siast. script. c. 3.

Senes.

Alabādinus Habet capita 21.

Athan. in Synopsi, & Iosephus lib 5. cap. 14.

Lib. de Eccl. script. cap 4.

Sol.

sis successor, populi dux factus est, cuius isto volumine historia & res gestæ continentur. Iesus Naue, dicitur ad differentiam Iesu filij Sirach, & Iesu filij Iosedech, prius dictus Osee, seu Anser, secundū Aug. vel secundum Amb. Auxes. Ea verò volumina, quæ deinceps ad Esdram vsque sequūtur, non prorsus ab illis sunt conscripta, quorum inscriptiones proferunt, & de quibus tractant. Feruntur autem à prophetis, qui singulis temporibus dixerunt esse scripta. Ideo distinguendum inter illorum inscriptiones.

In 2. colūna Iudicum librū erit, in quo de victorijs, ac triunphis habitis contra hostes agitur, sic tamē vocatus, eò quòd post mortem Iesu Naue, populum suum Deus à relictis Chananeorum gentibus presſum, per Iudices seruauit. Quorum hoc volumine singulorū & facta continērur, & tempora. Sunt qui putent Iudicum quenq; per se annotasse, & in acta redigisse ea, quæ suo tempore populo accidērūt memorabilia. Quis autem acta illa omnia in vnum redegerit volumen, incerta est sententia. Alij nanq; id Samuelem, alij verisimilius Ezechiam prestitisse putant. Glo. in lib Iosue, & Ioannes Dried. Samueli potius hanc laudē ascribere videtur. Post mortem Iosue, inquit, scripta sunt gesta Iudicum & principū in terra sancta. Quorum historias sparsas & diuisas, secundum successionis seriem nunc pridem editas, Samuel collegisse creditur volumen, quod vocamus Iudicū. Cuius imago erit Senes graues habētes virgas rectissimas in manibus suis, in cuius medio erit Liliū inter spinas, sic enim inclyta virtus fluctibus in medijs spinisque vt lilia crescit. Eruntque ornati lapidibus Alabandinis claris & subrufis, vt sardis, quorum est virtus sanguinem augmentare, & prouocare.

3. columna Ruth amplectitur. Neque ab auctoris, sed fœminæ illius nomine, sic inscriptus est, cuius historia hic contexitur. Ruth enim genere Moabitida, castitate honesta, reiecta cognatione paternaque superstitione, ad pietatem ac verū Dei cultum conuersa, Bethleem Iudæ cum socru sua incunctanter cōcessit. Vbi & Booz ex tribu Iuda, matrimonio coniuncta est, ex qua postea Dauid originem, hoc ordine sumpsit, Booz ex Ruth sustulit filiū Obet, Obet verò genuit Iesse, Iesse Dauidem. Affirmant aliqui incertum esse, quis hanc historiam consignarit: Ioan. tamen Dried. eius auctorem esse scribit, qui libri scriptor fuerit Iudicum, id est, Samuelem. Huius libri signum erit Sol & piramidis ex crystallo clara & ita peruia, quod literarum omnium, quæ sub ea sunt est manifestatiua: duabus iuncta manibus. Ideo Deum placidissimum semper oppressis fuisse omnibus probat ex peregrinatione Elimelech, reuersione Neemi, matrimonio contracto inter Booz & Ruth, ex quibus Christus descendit. Agiturque in eò, de ipsius Ruth cōuersione ad Iudaismū,

Habet cap. 4

Detitu. explicatione, & Auctore. Ex Dried. li. 1. cap. 3. de script. Ecclesiast.

Concordia opinionum.

Alabastrum

Samuel.

Habet ca. 31.

Hyacinthus.

vita & moribus, occasione futurarū nuptiarum inter ipsam Ruth & Booz, per cessionem propinquioris.

Columna 4. scriptorem primi libri Regum continebit. Sciendū tamen, isti libri sic nominari, ob id, quod Regum cum Iuda, tum Israēl, & facta contineant, & annos. Dubia tamen est sententia, quis horum librorū sit auctor. Alij enim Ezechiam, alij Esdram eos edidisse dicunt. Alij autem Samuelem collegisse gesta Eli, Saul, & Dauid in 1. lib. Regū recitata, vsq; ad obitū illius, Nathan & Gad prophetę scripsisse videbātur, ꝓpter id quod dicitur ī fine 1. Paral. Gesta Dauid regis priora & nouissima scripta sunt in libro Samuelis vidētis, & in libro Nathan prophethæ, & in volumine Gad. Ex qua sententia consequens esse videtur, Samuelē conscripsisse gesta Dauid, & ita edidisse eundem 1. lib. Regum, saltem vsque in cap. 25. Vbi Samuel moritur. Deinde Gad & Nathan scripsisse partes sequentes, à dicto c. 25. vsque in finem lib. 2. Sed hoc non placet: siquidem libri, secundum Hebræos, inscribuntur huius vel illius, nō semper ob id, quod is, vel ille fuerit libri illius auctor, sed interdū ob aliam causam. Nam secundum Hieron. & cæteros, 1. & 2. Reg apud illos inscribuntur esse Samuelis, & tamen est manifestū, non ambos editos esse à Samuele. Vnde Isido. & alij antiquissimi patres tradunt, Samuelem scripsisse primam partem 1. lib. reg, Dauid autem scripsisse sequentia vsque ad calcem 2. lib. Post mortem autem Dauid, cæterorum regum Israel gesta, in 3. & 4. lib. reg. scripta (quæ sparsa fuerant per singulorum regum historias) à diuersis prophetis, secundum seriem successionis descripta, alij Ieremiam in vnum volumen collegisse tradunt. Et id esse vero similius ex eo conijcitur, quod eius similis est finis cum vltimo libro Regū. Sed quoniam id nos vele tam in his quā in alijs libris tractare esset operis infiniti, & nimiū digredi à suscepto opere: ideò lectorē ad Lyranum, Petrum Aureolum, Ioannem Driedonem, & reliquos mittimus, nobis sat erit locationem ipsam persequi. In hac igitur columna ex Alabastro candido, solido, & firmo scriptorem 1. lib. reg. collocabimus. In quo de terminatione regiminis sub iudicibus propter malitiam filiorum Heli & Samuelis. De inchoatione regiminis sub regibus, & de regno Israel per electionem agitur. Cuius figura trit Samuel; signū iuncus in palude cū versu, Flectimur non frangimur vndis: Denotans quantum valeat perseuarantia & patientia in aduersis, iuncus enim, licet curuetur, tamen non frangitur.

In 5. columna, 2. librum regum, in quo de regno per successionē Hisboseth Sauli, de successione Salomonis Dauid collocabimus, quam, ex Hyacintho incidimus, propter fulgoris mediocritatem. Nā ille qui in Aethiopia inuenitur, saphirei coloris nec nimis clarus, nec

nimis obscurus, sed mediocriter fulgidus est optimus, reperitur etiã in nostris Indis de quo postea quia est incomparabilis virtutis. Imago erit Rex sub palio cum sceptro regali in manu, cuius signum erit pauo, hoc emblamate circum ornatus. Fidelitas omnia superat. A

Rex & Pauo. Habet c 24.

In 6. columna, quam ex Corniola Indica erigi cupimus, propter mirabiles effectus, de quibus postea. Scriptor 3. lib. Reg. in quo de diuisione regni filiorum Israel in regnum Iudæ & Israel: De prosperitate & profectu vtriusque regni. De ædificatione templi. Ac apostasia Salomonis agitur. Imago erit Salomon, signum liberalitas mundum sub pedibus, vas in dextera, in sinistra catinum habens. Et pudeat amice diem perdidisse.

Corniola. Salomon & liberalitas. Habet. c. 22.

Scriptor 4. libri regum erit in 7. columna, quam, ex ligurio erigimus: à lynce bestia sic vocatus, eò, quòd ex eius vrinula ĩter arenulas generatur. Plerumque enim mala nascũtur ex bonis sicut de prosperitate nascitur inuidia, & de virtute nascitur superbia. Quandoq; è conuerso, de malis nascuntur bona sicut de tribulatione patientia, & de peccato pœnitentia: ideo huius imago erit scopulus vndis & ventis vndique agitatus ac semper idem erit. In hoc libro agitur de defectu duplicis regni prædicti. De captiuatione regni Israelis. De combustione templi. De subuersione murorum ciuitatis Hierusalem. De transmigratione regni Iudæ. B

Isi. & Diosc. Ligurius. Scopulus. Habet c. 25.

Scriptorem libri 1. Paralipomenon in 8. columna quã ex Achate erigimus: qui licet sit nigri coloris, albas habens venas: tamen valet ad regũ formas & simulacra mõstrãda, tẽpestatesq; tribulationis & diuini timoris auertũtur, & flumina lachrymarũ deuotionis & compassionis sistũtur, & à corde hominũ auferũtur cuius: imago erit Angeli habẽtes duas columnas vnitas pietate & iustitia, in sumitate quarum erit corona præciosissimis gemmis ornata: eò quòd, in hoc libro agitur de geneologia ab Adam vsque ad Dauid, de regno Israel proueniente ipsi Dauid ex mera voluntate diuina. C

Achates. Angeli. Habet. c 29.

In 9. columna quæ ex Albesto erit, scriptorem 2. libri Paralipomenõ collocabimus eò quòd semel accensus extingui non potest. ex quo facta fuit lucerna in quodam Idolorum templo, quæ nulla tẽpestate vel imbre poterat destrui & extingui. imago erit pulcherrima virgo in extasi rapta & immobilis: excelsæ firmitudini addicta cum angelo custodiente. In quo agitur de regno Israel proueniẽte ex successione paterna. De eiusdem regni diuisione, ac profectu, de defectu & destructione. D

Albestus. Isid. Virgo. Habet c. 36.

In 10. columna, quam Alectorio lapide obscuro chrystallo simili in ventriculis galinaceis reperto signabimus: scriptorem 1. lib. Esd. collocabimus, qui ab Auctore hoc nomen obtinuit: magis rerum gestarũ scriptor est habitus, quàm prophera: cuius signum erit dolium

Alectorius. Dolium.

vndique flammas emittentem, significãs profectum de bene in melius eò, quòd in eo agitur de regimini populi sub sacerdotibus. De licentia data populo Israel ad repatriandum. De numeratione licentiatorum. De reductione populi sub Iesu filio Iosedech. De instructione populi reducti per Esdram legis doctorem. E

Habet. c. 10.

In 11. columna, Asterite gemma candida decorata, scriptorem 2. lib Esdræ, qui dicitur Neemias, ab auctore collocabimus: cuius signũ erit Echinus vel Erinaceus, quia vndique tutus. Quia in eo agitur de missione Neemiæ ad ciuitatem Hierusalem. De ædificatione murorũ ciuitatis. De clausura ciuitatis cum portis & vectibus. De celebratione septimi mensis festiui. De multitudine populi habitantis ciuitatem. De dedicatione ipsius ciuitatis.

Asterites. Echinus. Habet. c. 13.

Sequentes hi libri propterea tertius & quartus dicti, quia apud Græcos & Latinos superior liber Esdræ diuidebatur in duos. Sunt autem apocryphi, teste Hiero. in prolog. Esdræ nec in canonem Ecclesiasticum recepti, quemadmodum ex Trident. Conc Florent. Carthag. & alijs manifestum est. Eos autem posuimus eò, quòd in omnibus ferè Biblijs sic distribuuntur, & ut singulis columnis atrij lib. accõmodaremus continentq; repetitionem alibi descriptorum hoc ordine: Primo quædam alibi scripta repetit c. 1. & 2. lib. 3. Secũdò quæ huius libri sunt propria subiungit c. 3. & 4. Tertiò redit ad repetitionen eorum, quæ alibi scripta sunt c. 5. & sequent. Quarò describuntur visiones Esdræ toto lib. 4. Ideò. F

Nota. Sess. 4.

In 12. columna, quæ inclusum cõtinebit Amaritem lapidẽ, scriptorem 3. lib. Esdræ collocabimus, cuius signum erit turdus auis nota inter primas à saporis bonitate ac taciturnitate collocata, eò quòd in eo de paschali celebratione tempore Iosiæ, de filiorum successione, de quibusdam præcedentibus captiuitatem Babilonicam: de cõ comitantibus ac subsequentibus eam agitur. G

Amerites. Turdus. Habet c. 25.

In 13. columna quam ex Beryllo ornatam erigimus: scriptorem 4. lib. Esdræ collocabimus, cuius signum erit pulcherrima virgo catenam, & funem in manu habens, ac anforam sub pede, denotans moderationem, eò quòd in eo agitur de missione Esdræ, H

Beryllus. Moderatio. Habet c. 16.

Columna 14. ex calculis lapidibus decorata scriptorem Thobiæ continet: cuius signum erit rosa inter spinas, quam vna dies aperit eò quòd in hoc lib. agitur de Thobiæ probatione, de eiusdem multiplici virtute, de misterio Angeli Raphaelis, de instructione prolis, de honestate matrimonij, de cæcitate & illuminatione eius. Vincenti enim sicut Thobiæ datur calculus candidus. Vir enim perfectus est rotundus per obedientiam, & perfectionem, lenis per benignitatem, purus per castitatem, planus per veritatem, & ideo sine molestia vt alter Thobias potest calcari & vilipendi. Humiles e-

Calculus. Rosa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nim & perfecti non ledunt alios se calcantes, contemnentes, seu casti gantes. Et ideò tales figurantur Isa. Vbi Isaias vidit calculum ignitū & Ioannes vidit calculū candidum, ubi erat nomen Christi ignitū. N

Isa 6. Apoc. 2.

15. quæ Geratithe, cuius color niger est ornata erit, scriptorē libri Iudith, continebit quæ & ipsa imago erit: signum verò gladius & caput Holophernis. In quo agitur de obsidione Hierusalem & populi Israel, de honestate, & probitate Iudith, de interfectione Holophernis, & liberatione populi.

Habet ca. 14. Geratithe. Gladius.

Hester in 16. columna quæ ex gagate lucido & nigro, erit: signū verò tabula epulis plena, in quo agitur de cōuiuio regis Assueri, de crudelitate Amā, & de eius interfectione procurata per prudentiam & humilitatem Hester, de exaltatione Mardochei, & liberatione populi. O

Habet capita 16. Gagates:

17. columna ex Erhite erit, qui, inter præcipuos lapides numeratur, patientissimum Iob cōtinebit in sterquilino vlceribus plenum, signū verò nauis, vndis maximis vndiq́ue concussa. Cum literis durate. agitur de ipsius patientia, & perfectione. De disputatione quā habuit cum amicis. De corporum resurrectione, de diuina prouidentia.

Erithis.

Nauis.

Habet ca. 42

In 18. quam ex Galathite erectam volumus, scriptorem 1. lib. Machabeorum collocabimus. In quo agitur de deiectione populi, & templi, facta per Anthiochum, & per eius ducem, nūtios, & scripturam. De liberatione facta sub Mathathia, sub Iuda, sub Ionatha, & sub Simone. p

Galathites.

2. lib. Machabeorum continebitur in 19. columna, quam ex dionisia nigredine, & rubeis guttis mixta ornamus; in quo agitur de inuitatione ad celebrandum festa, de Iuda Machabeo & fratribus eius, de templi magni purificatione, & aræ dedicatione, de prælijs cum Anthioco nobili & Eupatore filio eius, de illuminationibus de cœlo factis.

Habet ca. 16. Dyonisia.

Habet ca. 15.

In 20. colūna scriptor Actorū Apostolorū erit. In quibus agitur de missione visibili Spiritus Sancti, post domini assumptionem, de infantia nascentis Ecclesiæ, de gestis, & actibus Apostolorum & præcipuè de gestis Pauli Apostoli. Cuius imago erit angelus amictus nube, & iris in capite eius, qui perspicuus, vel lucidus est, vt chrystallus sex angulorum, talis est anima iusti, clara, scilicet, & perspicua per conscientiæ puritatem, & ideò quando radijs solis, id est, diuina gratia perfunditur & tangitur, tunc verè statim in parietes propinquos, id est, in socios emittit colores bonorum operum. Q

Habet ca. 28 Angelus.

Istæ igitur sunt 20. columnæ in latere Meridionali, quia historiam sacrarum rerum clarè & manifestè quasi in meridie describunt, & ipsam luce clarius manifestant.

DE

DE LIBRIS SAPIENTIALIBVS.

I

CVm ergò hucusq́; de legū corpore, tā diserte, in superioribus Bibliorum libris, tractatum sit, non absurdum est, vt tandem etiam de ipsarum legum anima dicatur, scilicet, ratione. Sacrarum autē rerum rationes, ex diuina petuntur Philosophia. Quæ potissimum in sequentibus hisce continentur libris, quos maiores nostri ob id dixerunt sapientiales. Quorum præcepta pertinent tā ad Philosophiam Moralem, Naturalem, Theoricam siue contemplatiuam, quàm ad iuditia instruenda, & populi vniuersi institutionem, & dogmata fidei. Vel mystim ad vtrumq́ue, vt epist. ad Ro. figurati per decem columnas atrij Occidentalis, contenti in hac dictione Psal. P. E. C. S. E. Pau. Ca. Psal. Psalmista, P, Prouerbia E, Ecclesiastes, C. Cantica, Cantitorum, S, Sapientia, E, Ecclesiasticus, Quibus correspondent quatuordecim epistolæ Pauli, & septem canonicæ. Ideò Pau, Paulus, Ca, Canonicæ. Hanc appende in manu cuiusdā viri grauis, oculis pleni in Christum aspicientis, vt vitiorum pericula præcaueat. Nam qui sapiens est, vitiorum pericula præcauebit, & si peccare eum contigerit, pœnitentiæ remedium adhibebit, & contra futura insortunia, virtutum copiam congregabit, & spiritualia commoda percurabit, iuxta illud: qui congregat in messe filius sapiens est: sedebitq́ue iuxta laurum aromaticam suæ viriditatis æstate & hyeme conseruatiuam, solaq́ue inter arbores ictū fulminis non incurrit, nec ab ea percutitur, vel crematur, habebitq́; etiā Cygnū modulū suū redentē. Tā manifesta est enim huius collocationis ad præcedētē cohærētia, vt p se facilè obuia & cognita esse queat. Neque enim alium ferè in finem aut lex ipsa Dei populi tā seuerè præcepta, aut historiæ sacræ exempla ita diligenter inculcata aut diuinæ laudes adeò copiosè tantaq́ue cum maiestate sunt decantatæ, quàm vt ex illis generalia quædam benè beateq́ue viuendi colligerentur quasi præcepta, & regulæ, quæ dictorum factorumq́ue omnium diuinas continent rationes, quas animam legum dicere solemus.

Colūne Occidētales 10. Psalpecsepauca.

Vir grauis.

Prouer. 10.

L

Cygnus. Part. Theo. Geor. Ede.

M

Prima columna psalmorum scriptorem continet, nam quod psalterium appellamus hanc psalmorum collectionem, impropriè id dicimus, quia psalterium propriè organi quoddam genus est. Imago erit Dauid genuflexus, & angelus cum ense in manu & puer in conspectu eius citara & sceptrum regale, in quibus agitur de proprijs ærumnis ac laboribus, antiquitatibus iudaicis, & alijs vetustioribus. diuiditurq́ue in libros 5. quod inde colligitur, quia toties repetatur in psalmis hęc clausula fiat fiat. Psalmos tamen omnes vnius

Dauid.

Aug. in psal. 105.

esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui tradunt Dauid solũ esse Psal. auctorem.

esse Doctores tradunt Origenes, Ambrosius, Hilarius, Augustinus, Cassiod. Inscriptiones verò Idithum, filiorum Core, Asaph, Emã, & Ethan, hoc tantum volunt significare, quosque instituerat, vt varijs organis Deum laudarent, & quorum organorum genera aperte postremus omnium psalmus connumerat quòd, his inquam, viris vnusquisque psalmorum, iuxta nominum inscriptionem, priuatim ad psalendum sit traditus, cum alij psalmi ab vniuersis cantoribus, atque in communi canerentur. Illi igitur psalmi, qui priuatim ab aliquo eorum decantati sunt, cantoris sui inscriptionẽ retulerunt. Sed cum vis omnis, non sacræ tantum scripturæ, sed totius etiam religionis catholicę sũma, in vero consistat veri Dei cultu, prima sanè & ferè præcipua semper piorum sacrificiorum, sacrorumque rituũ fuit in Ecclesia Dei causa, quibus ipsa religio in hũc vsque diem proculdubio propagata est, atque conseruata. Eorum porrò sacrificiorum, quibus sancti patres in veteri vtebantur testamento, duo fuerunt genera: vnum, quo populi quotidiana expiabantur peccata: alterũ, quod in laude versabatur diuina. Postquã ergò veteris testamenti sacrificia & ritus in his obseruati, in libris Moysis in eo præsertim, qui ob id dicitur Leuiticus, primum instituti, deinde verò historiarum exemplis multifariè illustrati fuerint, & approbati, adpositè admodum illis hic nunc laudis subijciuntur sacrificia. Iam & si non vna sit Deum rectè laudandi forma, celeberrima tamen ferè semper fuit ea, quæ in sacrorum psalmorum consistit decantatione. Vndè aliqui partem hanc Bibliæ hymnidicam seu (vt illorum vtamur verbo) decantatiuam, alia ratione haud absimili poeticam appellare consueuerunt. Et licet hoc ipsum psalmorum volumen, à quibusdam inter propheticos referatur libros, nobis tamen rectius hic liber seorsum poni videbatur, maximè cũ saluator noster psalmos ipse à reliquis sacræ scripturę partibus seiũxerit. Tamen propter columnarum atrij complementum, hoc in loco ipsum collocare visum est. Intitulatur autem apud omnes tam Hebręos, quàm Græcos, atq; Latinos totius respectu liber hymnorum, soliloquiorum de Christo emphaticè præcipuè & maximè cum de eius diuinitate, vel humanitate loquatur etiã si interdũ de corpore, id est, de Ecclesia loquatur.

N O P Q

Libri Psalmorum Inscriptio.

Luc. 24.

Lib. 17. c. 8.

Antequam ad sequentia manus admoueamus, sciendum, Salomonem sub sequentium librorum esse auctorem, quod ex Aug. commentarijs de ciuitate Dei, ac etiam testimonio Iosephi liquet, qui sic scribit de Salomone: composuit libros de Canticis & modulationibus quinquies mille: parabolarum, atque similitudinum fecit libros tria millia. Per vnum quodque enim arboris generis parabolam duxit, ab hyssopo vsque ad cædrum. Eodem modo de iumentis, &

Lib. 7. ca. 7.

de

de reliquis terrenis, necnon aquatilibus, & aëris animalibus disputauit. Nullam nanque naturam ignorabat inexaminatamque prętereat, sed de omnibus philosophatus, & disciplinã proprietatũ eorum eminenter exposuit. Præstitit autem ei Deus, vt euã contra dæmones, ad vtilitatẽ hominum, & eorũ curas ediscceret, & incantationes instituit, quibus egritudines soleant mitigari, modos etiã coniurationũ, quibus obstricti dæmones, ne denuo redeant, effugẽtur instituit.

Ioseph. lib. 8. c. 2.

R

In 2. columna, quã ex corallo variatã formamus, Prouerbiorum Salomonis librum, in quo de morali Philosophia agitur, collocabimus. Sic dictus eò, quòd hoc nomine etiã reliqua contineri videantur. Nam & Christus prouerbiorũ in genere, occultiorem, & obumbratum appellauit sermonẽ, qui cũ obscuritate tegatur, nõ facile ab audientibus percipitur. Imago erit facundia, quã, pulcherrima virgine faculã in manu habente consignamus. In quo Salomon Sapiẽtiam introduxit, vt dominam exhortantem paruulos ad studiũ Sapientiæ, reuocantem à desiderio mulieris extraneę ad amorẽ suum, promittentem multa bona, gloriantem de sua dignitate, atque excellentia, inuitantẽ ad conuiuium paratum. Item in eo varia traduntur tam virtutum prȩcepta, quàm cautelas vitiorum.

Coralium. Prou. liber.

Cyril lib. 11 in Euang. Ioan. c. 3. Imago facundia.

S

Habet. c. 31.

Cantica canticorũ liber, in quo deirerum cęlestiũ contemplatione, siue de adherendo Deo agitur in 3. columna, quæ ex Corintho erit collocabitur. Describitur enim in eo mutuus Dei, & populi Israelitici amor. Sub populi autem Israelitici perseuerantia in fide, ex mente Lyrani & cõmuni doctorum calculo, Christi intelligitur Ecclesia. Quæ ob fidei puritatẽ & integritatem sponsa dicitur sponsi sui, domini, scilicet, ac Saluatoris Nostri IESV CHRISTI. Totus contemplatiuus est eò quòd figurata locutione commendat, & prophetica pronunciat altitudine amorem cœlestiũ, diuinorumq; desiderium incutit animæ, sub specie sponsæ, ac sponsi, charitatis & amoris vijs proueniendũ docens ad consortiũ Dei. Canticũ hoc loco epithalamiũ, siue carmen significat nuptiale, de coniunctione Christi & Ecclesiæ. Canticum autẽ dicitur canticorum, quod alijs canticis omnibus prȩferatur. Ideò eius imago erit virgo habens Ecclesiã amplexatam. Differt à Psalmo, quia canticum refertur ad mentem, Psalmus ad corpus. Hinc cantare & psallere dicimus, id-est, verbo & ore laudare, ore quippe cantatur, manibus autem psallitur. Sic canticum cantare nouum, est Deum in nouitate spiritus adorare.

Corinthus.

Lyra.

T

Virgo habẽ tẽ Ecclesiã.

Hiero. lib. 3. in Epist. ad Ephes. 5.

Basi. in Ps. 32.

In 4. columna quam ex Medone viridis coloris erigimus, Ecclesiastes librum in quo naturalem complectitur Philosophiam, multa de rebus naturalibus diferentem, & inania ac vana ab vtilibus necessariisque se cernentem relinquendam vanitatem, & vtilia re-

Medon.

V

Q

etaque

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctaqúe sectanda, collocabimus. Eius signum erit. Turris fortissima nomen domini. Vocant hunc librum aliqui Soliloquium Salomonis, in quo ipse loquitur interdum in persona sapientis, interdum stulti. Ideo post Prouerbia ad Ecclesiastem peruenitur. In quo de mundi vanitate, de vitiorum contemptu, de profectu ambulantium in via Dei agitur.

Gagathes. Quinta columna, quæ ex gagate erit, Sapientiæ librum complectetur, in quo de secunda parte moralis Philosophię, hoc est, de officio magistratuum qui de imperando, ac iudicando præ oculis habere debeant: agitur. In Prouerbiorum volumine Salomon sub persona patris erga filium communia edidit præcepta, quid homo quiuis aut imitari, aut fugere debeat. Hic etiam Christi aduentus, qui est Sapientia patris, & passio eius, euidenter exprimitur, Quare signum erit duæ columnę retortę cum literis: pietate, & Iustitia. X

Duæ colũnę

Hier. in præfat. lib. Salo. ad Chroma. & Heliod. Apud Hebræos nusquam est. Quia & ipse stylus Græcã eloquentiam redolet: & nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudæi Philonis affirmant, non eum qui sub Nerone claruit, qui & in laudem religionis Christianæ, apud primitiuam Ecclesiam obseruate conscripsit nonnulla; Sed alium quendam Philonem vetustiorem, peritissimum linguę Græcę, supra 160. annos ante Christi ortum, sub temporibus Omæ pontificis Iudęorum. Cum totus antiquorũ patrum Chorus, vt Irenęus, Tertullianus, Cyprianus Origenes in suis libris planè asserant, Salomonem dicere ea, quæ in superioribus libris continentur, eorũ testimonia citantes tanquã diuinas sententias, & tanquam dictas ab ipso ex spiritu Dei loquente. Quid B. Hieron. rogat. Et B Aug. constantissime tradat sapientiã, & Ecclesiasticum non Salomonem. Sed IESVM filiũ Sirach scripsisse, cum longe ante Eusebius doceat, quod omnis antiquorũ chorus, librum attitulatum Sapientiæ Salomonis esse dixerit. Concordare libet horũ doctorũ dicta, vnde sciendum Salomoni frequentius attribui hoc opus, non quod ab ipso Salomone sit confectum vel editum, Sed quod sententias contineat Christi veri Salomonis, ab eo prolatas, qui est vel Salomon ipse figurans Christum, vel personam gerit illius. Is est enim frequens in scripturis vsus, vt is qui loquitur, in persona alterius loquatur. Y

Dried. lib. 1. c. 2.

Concordia Doctorum.

Dried. c. 4. lib. 1. Habet c. 19.

Ecclesiasticus liber, in quo de tertia moralis Philosophiæ parte, in qua IESVS Sirach fungitur officio præceptoris in 6. collocabitur columna, quæ ex Obstallino erit: Signum verò elephas cũ significatione. Nascetur: eò quòd in eo agitur de instructione cuiuscunqúe status, de obedientia subiectorũ, de instructione bonorũ morum, de nobilitate Sapientię, de laude Sanctorũ patrum. Differt hæc inscriptio ab Ecclesiaste, Nam Ecclesiasticus, congregator vel Z

Obstallinus. Elephas.

colle-

collector interpretatur, sicut Ecclesiastes concionator, sed Ecclesiastes ad Christum refertur, Eceleſiasticus verò ad quemlibet prædicatorem. Habet. c. 51.

Istis vt superius tetigimus correspondent epistolæ canonicæ. Et cum D. Iacobus qui appellatur frater domini, cognomento iustus. Marię sororis matris domini, cuius Ioannes in libro suo meminit, 19. cap.
B filius, inter reliquos huius ordinis Apostolos omnium scripserit primus, merito eius epistola primum inter Catholicas obtinuit locum, Cyr. in prolog. Cano. Epist.
prout explicatius in proxima dicetur epistola Petri 1. Nam si multa tum de hac epistola, tum de aliis videre cupis, vide Georgium Ederum à quo fateor me certè aliqua sumpsisse pro collocatione hac, plurima etiam contulisse, Ideo ipsam in 7. columna, quam ex Gelancia gemma fingimus, collocabimus. In qua B. Iacobus Sanctum instituit clerũ de cultura cęlestiũ præceptorũ & regula Catholicæ obseruantiæ, & de iniustę patiętię maiestate, & de reuelatione Gelancia.
C plurimorũ, & de mendacio magistrorũ. Cuius imago erit ipse Iacobus supra equũ album, signum verò ensis ex vtraqúe parte acutus. Habet c. 5. Zegolitho.

In 8. columna. Ex Zegolitho Petri epistola, ponemus quas post illam de qua hactenus dictum est, scriptas fuisse declarat Lyranus: Iacobus, inquit, triginta annis rexit Ecclesiam Hierosolymitanam post passionem domini, scilicet vsqúe ad sextũ annum Neronis & tunc fuit martyrizatus. Petrus verò triginta octo, id est, vltimo Neronis anno. Hæc epistola hortatoria simul & expositoria est, & nonnihil videtur obscurior propter reconditas sententias. Multam
D quoqúe præfefert auctoritatem & maiestatem Apostolicam, atqúe Oecume. in arg.
ideò verè digna Apostolorum principe, paucis quidẽ contenta verbis, sed sententijs, & reconditissimis grauida mysterijs, in qua eos qui ex Iudęis crediderant, in fide & vitæ integritate confirmat. Secundę verò scopus est, vt qui persecutoribus non cesserunt, nec hęreticis vllo pacto cedant. Glo. hic in prin. Habet c. 5.

Ioannes, nonam complectetur ex Melothite columnam, qui non multò post Euangelhũ, tres scripsit epistolas Imago verò, Aquila, cum bella gerant alij. Prima est generalis, ad omnes Christia- Melothite.
E næ religionis cultores, reliquę duę speciales scriptæ cuidam matronę & patri familias. De affectu & effectu charitatis cõmuniter ad Deum simul & proximum in epistola prima. In specie quoad Deum, in secunda: quoad proximum in tertia & vltima. Tho. hic in princ. Habent. 5. 1. 1. cap.

Iudę epistola, in 10. columna ex Dyadoco erit, quę vltimo loco ponitur, vel quia postremo edita, vel quia minoris famæ, & dignitatis erat, ea intentione tamẽ scribit vt eosdẽ admoneat fideles, ne cõsentiant hæreticis à fide eos & charitate retrahentibus. Signũ flumen in trans in mari rapide cum literis, Altior, non segnior. Dyadoco. Habet. c. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In 10 columna, quę ex Elitropia erit Paulum collocabimus, quia cum Euangelia supplementum, siue perfectio sint legis, in quibus nobis bene pieqúe viuendi præcepta plenissimè sunt tradita electionis vas, tuba Euangelij, rugitus Leonis nostri, tonitruus gentiũ, flumen eloquentiæ Christianæ Paulus, qui mysterium retro generationibus ignoratum, & profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei magis miratur quam loquitur, vt initia nascentis Ecclesiæ nobis causis existentibus pręueniret, & vt præsentia atqúe orientia resecaret vitia, & post futuras excluderet quæstiones exemplo prophetarum, qui post editam legem Moysis, in qua omnia Dei mandata legebantur nihilominus tamen doctrina sua rediuiua sem per populi compressere peccata, & propter exemplum viuendi libros ad nostram vsqúe memoriam transmiserunt. Huius signum erit vas supra spiculum habentem stateram rectam, & spheram in sumitate, & virginem cum literis. Sic omnia. Ipse quatuordecim scripsit epistolas ad Ecclesias decem, & ad discipulos quatuor. Et quoniam imminensum esset vniuscuiusqúe summam, ac declarationem apponere: lectorem ad Georg. Eder. mittimus. F G

De libris prophetalibvs.

HActenus quæ in commune dicenda videbantur de libris sapientalibus, ac eorum auctoribus perstrinximus, nunc consequens est, vt de prophetalibus, ac eorum auctoribus disserere incipiamus. Sunt enim prophetæ interpretes legis, ut apostoli interpretes sunt vtriusqúe legis & prophetarum. Et primo considerandum est columnæ atrii Aquilonis, quæ sicut prædiximus scriptores designant prophetales, qui in suis prophetijs sunt obscuri, sicut & pars mundi Aquilonaris: esse 20. contenti in hac dictione I.I.B.E.D.D.A. I. Isaiam. I. Ieremiam. B. Baruch. E. Ezechielem. D. Danielem. D. Duodecim prophetas minores. A. Apocalypsis. H

Aliqui his adnumerant Psalmistam, nos uerò rationibus superius adductis ibi ipsum collocare libuit, sed vt locus suus detur B. Paulo, si placet, poteris hic ipsum iterum adnotare. I

In 2. columna, quam ex Lyphatea erigimus, est Isaias, non tam propheta quàm Euangelista dicendus. Ita enim vniuersa Christi Ecclesiæqúe mysteria ad liquidum prosequutus est, ut non eum putes de futuro vaticinari, sed de pręteritis historiam texere, quod Euangelij vocationisqúe gentium prænunciator prę cæteris fuerit apertior signum erit fenix ad Solis radios se comburentem, vt viuat. In quo agitur de reprehensione Iudęorum de aduentu Chri-

Isaiæ sũma.

sti in carne, de eius passione, de gentium vocatione, de regno Iuda, & regno Israel.

In 3. columna, quam ex Calophano erigimus est Ieremias propheta de maioribus sicut Isaias, ac sacerdos ex sacerdotibus, & in matris utero sanctificatus. Imago, Ceruus ad fontes aquarum, cum literis. Vna salus. Prophetauit in Hierusalem de futura siccitate, & contra gentes Aelam, Reprehendit Hierusalem in multis. Et de aduentu regis Babylonis, ad excidendum terram Aegypti, & aduersus Babylonem. Et de Christi passione, duo sunt huius prophetæ volumina, concionum propheticarum vnum. K

Alterum, Threnorum, siue lamentationum, quibus admittitur oratio Hieremiæ. In quo agitur de planctu & de lamentatione populi, & de ruina Hierusalem.

In 4. columna quam ex vnione formamus: erit Baruch Hieremiæ scriba. Scripsit prophetiam & epistolam Hieremię, cuius Imago erit Aquila in quercutin qua, Requies tutissima. In prophetia. Primo omnium commemorat populi captiui in Babylone studiũ placandi Deum per oblationem & sacrificia, confessionem omnium peccatorum suorum & iustitiæ diuinę. Orationem & supplicationem feruentem. Deinde salutarem subiicit admonitionem. Habetqúe lamentationem ciuitatis Hierusalem, sub figura nutricis desiderantis redditum captiuorum. Quibus tandem pro consolatione adiicit promissionem iocundam, regalem atqúe diuinam mox Hierosolymæ aduenturam. In epistola verò instruit captiuos in Babylone: prohibet Idololatriam, narrat captiuitatis huius causam, detegit idolorum falsitatem & ignominiam. L

Habet 6. capita. M

In 5. columna, quam ex Obstallino effigiatam ostendimus Ezechielem prophetam & sacerdotem inter prophetas admirãdum & subtilissimum magnorum inspectorem, & mysteriorum, ac visionum interpretem collocabimus: cuius signum erit. Adamans in igne cum duobus maleis percutientibus, &, Semper adamans. Cui data fuit frons adamantina, quòd dura quæ ventura erant prophetauerit. simul cum Daniele in capitiuitate populi Iudaici in Babylone fuit, secutusqúe est Ieremiam, & prophetare cœpit anno quinto transmigrationis Iechonię, qui idem annus regni erat Sedechię, eo quòd imperium Dei interpretatur figura est Christi, qui solus imperium est Dei. Opus huius prophetæ septem habet partes. Primum, Oraculum ingens de præporente Deo, sedente super thronum positum super firmamentum, quod imminebat quatuor animalibus, quibus quatuor Monarchiæ significabantur, 2. Missionem ipsius Ezechielis, demandatumque illi grande munus prædicandi. 3. Comminationem iudicij & pœnarum, quæ nuntiat N

Obstallinus Greg. Naz. in oratione ad Heronẽ, & in Apologetico.

Orig. in Ezech. Ho. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudeis obuentura, videlicet, obsidionem & famem Hierusalem, captiuitatem atqúe dispresionem populi, depopulationem, ac desolationem regionis, enumerationem abominationum atqúe scelerum, quæ fiebant Hierosolymę & in templo, euersionem ciuitatis, ac templi combustionem, animaduersionem in principes, reges, & prophetas exclusionem omnem de ferendo remedio consolationis 4. Multitudinem peccatorum vrbis Hierusalem, atqúe totius Iudaici populi, quibus tot tantaqúe supplicia commeruere. Quæ innuit sub parabolis vitis, sponsæ deformis, aquilę grandis, vuę acerbę & agrestis, leęnę, & leonis, saltus & nemoris comburendi, gladii elimati, scorię stanni, ferri, & æris, duarum vnius fœminę filiarum, ollæ ęneæ, & pinguis animalis. Item 5. denuntiationem excidij etiam aliarum nationum. Ammonitarum, scilicet, Tyriorum, Aegyptiorum. 6. promissionem futuræ consolationis, & populi captiui ab exilio reuocationem. 7. structuram solemnis tabernaculi & noui templi &c. In 7. columna quæ ex Androdagin erit est Daniel propheta, cuius signū erit naturę scala, hoc est, orbium ac elementorū cōtinuatio, eò quòd in eo agitur de mundi monarchijs, de mutationibus tęporū, de ęternitate regni Christi, de historia Susanæ, de tribus pueris in fornacem missis, de Daniele misso in lacū leonū. 8. Columna, quæ ex Emideo erit Oseā prophetā continebit. Eius vero signum ligna fumantia, & stella cū literis, volentes In quo agitur de Idolatria populi Israel, significata per mulierē meretricem, id est gentilē vxorem Oseæ, de mundatione & diluuio peccatorū, de admonitione filiorū Israel, vt reuertantur ad dominū. In 9. columna quæ ex Pantere fingimus est Iohel propheta. Cuius erit signū rota tornatilis habens equitem intus. cū literis. non volentis, neque currentis. Qui loquitur de consumptione rerum Iudęorum per erucam, brucum, locustā, & rubiginē, de effusione Spiritus Sāncti, de inductione ad pœnitentiā, de iudicio futuro. Signum erit domus cōbusta, cum literis opes, non animū. 10. Columna ex Turquesa erit, habebitqúe Amos prophetā Loquentem de sceleribus Iudęorū, de vindicta super eos ventura, de regressu ad pœnitentiā, de reparatione finali Iudæorū. Huius signū ponitur Pinus vētis agitata. cū literis. Quid in pelago. Ex lapide crucis signo signato. 11 Fingimus columnā, in qua est Abdias propheta. Qui loquitur de cōminatione & destructione Edom, siue Esau signum erit rosa inter quatuor scepas. cum Epigramma per oppositā.

12. Ex plasma erit, habebitqúe Ionā prophetā, Qui loquitur de naufragio suo, in hoc Christi passionē prefigurās, mundū ad pœnitētiā reuocat, & sub nomine Niniuæ salutem gentiū præsignat. Signū erit vitis, seu machina vertibili cum Epigrāma. Nunquam sistenda.

13. Co-

Habet c.48

Androdagin

Habet.c.14.

Emideo.

Habet.c.14.

Pantera.

Habet.c.3.

Habet.c.9.

Habet.c.1.

Plasma.

Habet.c.4.

O

P

Q

R

13. Columna lapides Tiburonū continebit in qua Micheas propheta erit. eius vero signum flos croci cum Apotegma. Pulchrior attrita resurgo. Qui loquitur de vastatione Samarię, de captiuitate, & interitu principum Israel, de pseudoprophetis, & de ingratitudine & malitia eorundē. Lapides Caymanū. 14. columna insertos demonstrabit, in qua Naum propheta erit. eius vero signū leo habens chamū cū literis dies, & ingeniū. eò quòd loquitur de ira Dei, de vindicta graui contra Niniuæ, quæ ad prędicationē Ionę pœnitētiā egerat de peccatis. Et postea fuerat peccatis maioribus inuoluta.

15. Columna oculū cati habebit, in qua Abacuch propheta. eius vero signū Mons Ethna cū literis. Ego semper. Qui loquitur de disputatione quam fecit cū Deo, cur in mundo isto iusti cōculcentur, & iniusti prosperētur, & de passione Christi prophetat. In 16. collocabimus lapidē Bezuar, ac etiā Sophoniā propherā. Qui loquitur de iudicio Dei contra gentes ventura de salute populi Israel, de restauratione Hierusalē. Lapidē Malacensem in 17. collocabimus columna, in qua est Aggeus propheta cū Ape varijs in sedenti floribus. cum literis, vt prosim. Qui loquitur de reuersione populi Iudęorū, de reędificatione templi, de renouatione ciuitatis, de aduętu Christi. 18. Columna lapidē Armenicū cōtinebit, in qua est Zacharias propheta. Qui loquitur de liberatione Iudæorū, de vindicta cōtra inimicos eorū, de humilitate aduętus Christi, de passione eius dē. In 19. colūna, ex Alaqueca lapide ornata, est Malachias propheta. eius vero signū Pyrausta in igne. Quandiu est ibi, viuit cuius signū erit ciuitas supra montē posita. Cū literis. Quantū possū. Qui loquitur de abiectione populi Iudęorū, & sacerdotij sui, de vocatione gentiū. 20 Colūna & vltima Granatis ornata, cuius signū erit Pinus procerissima cū literis, modo Iupiter ad sit: in latere equilonari est auctor, siue scriptor libri Apocalypsis. Qui loquitur de reuelationibus per Angelos factis Ioāni Euangelistę. De tribulationibus quas passa est Ecclesia tempore primitiuo, de iis quę patitur in pręsenti, de iis quę passura est in fine, scilicet, tēpore Antechristi, de prę mijs quę susceptura est in vita beata, de pœnis reproborum.

Tiburonū.

Habet.c.7.

Habet.c.3.

Habet c.3.

Bezuar.

Habet c.3.

Habet c.2.

Habet.c.14.

Habet c.4

Habet c.22.

S

T

V

X

Supradictæ Bibliorū collocationis synopsin, secundum sententiam latinorum Theologorū: ac secundum ea, quæ dicta sunt. Primus numerus cuiuslibet librorum capita: secundus distinctione demonstrat.

GELNVDEV. *Angelus cum Clypeo.*

	Deum sedentem &		Adamans, &	
50. Genesim.	Iaspis.	28. Matthæi.		Legales, quorū nomine appellant quinq; libros Moysis. Quibus 4. correspondent Euangelia.
	Mosē legē accipientē		Facies hoīs.	
	Cherubin habentem.	16. Marci.	Leo & rubinus.	
40. Exodum.	Sapph.			
	Aneoram.		Vitulus & topazius.	
27 Leuticum.	Calced. Altare.	24. Lucæ.		

Universidad de Deusto
Biblioteca

Seraphin habentem. (gdus.
36.Numeros. Ametih. 21.Ioannis. Aqla Smara-
Cartá in manu 8.nu.
34.Deutero. Nephri. Tronum.
Hieronymũ. Onychinus. Tanquam totius Sacræ scripturæ interpretem.

IIRPETIEIMA. *Miles supra equm suum.*

Historiales, sub quorum appellatione cõprehẽduntur secũdum rei ueritatem 17. & secũdum ea quæ diximus.20.

23. Iosue	Chrysopassus	Homo & leones.	
21. Iudicũ,	Alabandinus	Senes Graues & lilium inter spinas.	
4. Ruth,	Crystallus.	Sol & Piramicdis.	
31. Regũ.1.	Alabastrum.	Samuel lũcus in palude. Flectimur nõ frãgimur undis.	
24. Regũ.2.	Hyacinthus,	Rex, & Pauo. Fidelitas omnia superat.	
22. Regũ.3.	Corniola,	Salomon, & liberalitas.	
25. Regũ.4.	Ligurius,	Scopulus agitatus ventis, & undis.	
29. Parali.1.	Achates,	Angeli duas amplectentes columnas.	
36. Parali.2.	Albestus,	Virgo in extusi rapta.	
10. Esdras 1.	Alectorius.	Dolium: De bene in melius.	
13. Esdrę 2.	Asterites	Echinus: Vndique tutus.	Quibus Acta correspõdent Apostolorum.
25. Esdræ. 3.	Amerites	Turdus Taciturnior.	
19. Esdræ.4.	Beryllus.	Moderatio.	28. Angelus. Iris.
14. Thobias,	Calculus.	Rosa inter spinas.	
16. Iudith,	Geranthes,	Gladius & caput Holofernis.	
42. Hester.	Gagates	Tabula epulis plena.	
42. Iob.	Erithis	Iob insterquilino. Nauis undis agitata.	
16. Macha.1.	Galathites	Machabeus.	
15. Macha.2.	Dionysia	Iudas.	

PSAL. PCESE *Pau. Ca. Vir grauis oculis plenus, & Cignus sub Lauro.*

Sapientiales sint sex.

150. Psalmorũ	Dauid	Genuflexus.	Quibus Pau. Epist. 14. & 7. Canonicę correspondent.
31. Prouer.	Corale	Facundia cum facula.	
8. Cantica.	Corintho	Virgo habens Ecclesiam.	
12. Ecclesiast.	Medon	Turris fortissima nomen dñi.	
19. Sapientiæ	Gagatem	Duę columnę retortæ. Pietate & Iustitia.	
51. Ecclesiast.	Obstallinus.	Elephans. Nascetur.	

I I B E D D A.

Prophetales faciunt 17.

66. Isaias.	Lyphatea.	Fenix ad Solis radios se comburentem.	
52. Ieremias.	Calophanus.	Ceruus ad fontes aquarum.	
5. Baruch	Vnio.	Aquila in quercu vbi requies tutissima.	
48. Ezechiel	Obstallinus.	Adamans in igne cum maleis percutientibus.	
14. Daniel	Androdagin⁹.	Naturæ scala.	
14. Oseas	Emideus.	Ligua fumantia.	
3. Iohel	Pantera	Pota tornatilis.	
9. Amos	Turchesa	Pinus uentis agitata	Quibus correspondet 22. Apocalypsis. Granates Pinus.
2. Abdias	Signatus.	Rosa inter scepas.	
4. Ionas	Plasma	Vitis vertibilis.	
7. Micheas	Lapis Tibur.	Flos Croci.	
3. Naum.	Lapis Caima.	Leo & Chamo.	
3. Abacuch	Oculus cati.	Mons Ethna.	
3. Sophonias	Bezuar		
2. Aggeus	Malacésis lap.	Apis varijs insidens floribus.	
14. Zacharias.	Armen. lapis.	Ciuitas supra montem posita.	
4. Malachias	Alaqueca	Pyrausta in igne.	Secundę Partis finis.

RHETORICAE CHRISTIANAE TERTIA PARS.

CONTINENS SACRAE SCRIPTVRAE APPARATUM, & vt opus totum aliquo additamento locupletaremus eiusdem fontes quibus orator præcipuè orationem exornare debet, & quæ sit vis pronunciationis ac affectuum non nihil apperit.

E sacræ scripturæ omnium bonorum fonte ac orthodoxis patribus omnia exempla haurienda. Cap. I.

A



VM satis superque in secuuda huius operis parte actum sit de Rhetorices partibus ac de Memoria eiusque vsu ac collocatione: vt copiosè in totius sacræ scripturę collocatione exẽplificatum est. Nunc verò agendum occurrit vndè hauriẽda exempla quæ in medium adduci ac in omnium utilitatem, & commodum collocari debeant. Nam quamuis omnia exempla copiosè depromi queant ex grauissimis patribus, fidei catholicæ assertoribus, & ex vberrimo omnium bonorum fonte, & origine: sacra nempè scriptura, secundum vulgatam interpretationem, quam sacrosancta mater nostra Ecclesia Romana tam longò sæculorum vsu pro authentica, & ea quæ sit inuiolabilis auctoritatis approbauit. Quæ quidem talem habet proportionem ad vniuersam humanam sapientiam, qualis est computatio mõtium ad infima conuallium, & omnem aliam planam terram. Quo circa seraphicorum auscultator concentuum, & dominicæ gloriæ sedentis super excelsum solium contemplator Isaias propheta; qui non tam prophetiam secundum Hiero. quam euangelium texuisse dicitur: in cuius tempore redijt sol, & qui addidit regi vitã: qui spiritu præuidit vltima, & lugentes Syon consolatus est in ęternum, qui ostendit futura: & qui prædixit abscondita antequam euenerunt iuxta quod Ecclesiastici contestatur de ipso. Hic utique eximius prophetarum, vbi scripturam noui ac ueteris testamẽti pro tempore reuelatæ veritatis & gratiæ contemplatur in eandem aspicit quasi

B

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtilitas magna in cognitione regularũ sacræ scripturæ & ineius loquendi forma.

Quæ vera sacræ scripturę laus atq; cõmendatio.

Sacræ scripturæ conuenit quod sit pura &c.

De sacræ scripturæ nominibus.

Dei oraculum, quasi domum super uerticem montium, & fluent ad eum omnes gentes. Ad cuius lectionem inducere conuenit omnes: vt inter phisicas, speculatiuasque literas, & quæstiones subtilissimas, ea bene introspecta breuiter ediscant: quidnam, quo ordine, qua partitione, quibus argumentis in vtroque testamento contineatur. Quid enim lectu iucundius, quid scitu vtilius esse poterit? quam breuiter nosse quid Moyses, cæterique vates, quid Christus nos doceat: quid credendum, quid sperandum, quid factitandum sit, quo æternam beatamque vitam assequamur? In ea denique dignitatẽ, auctoritatem, vtilitatem, diuinam sub ea latẽtem eloquẽtiam inuenimus. Hanc ego præfero Cræsi diuitijs, præfero Nasonis cæterorumq; uersificatorum fabulis, & carminibus, quibus tenera iuuentus nonnunquam inficitur, nec à scortis auellitur, quæ suis amatoribus (teste Antistene) omnia bona præter mentem & pudorem exoptant. Sub sacræ scripturæ nomine continentur propriè tantum ea, quæ per spiritum Dei inspirata, & per eos qui spiritu Dei sunt locuti, administrata sunt: qualia censeri debent, quæ in sacro canone, hoc est, in libris veteris & noui testamenti comprehensa sunt. Et huic scripturę conuenit soli, quod sit pura, hoc est, absque vllius falsitatis commixtione edita. Deindè stabilis, quia verum Dei verbum. Integra, id est, omnia ad salutem demonstrans necessaria, aut per se ipsam, plano sermone, vel per Ecclesiæ catholicæ, sanam interpretationẽ. Nec aliud ferè sonat sacræ scripturæ vocabulum, quam scriptum de Deo rebusque diuinis testimonium. Quod dicitur, modò Biblia, cum totum illud significatur opus, quo libri tàm ueteris, quàm noui testamenti continentur omnes, secundum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Canon. Liber domini, in quo ueteris tantum instrumenti comprehẽduntur volumina. Liber uitæ, scriptus intus, quantum ad intellectum mysticum & latentem; foris, quoad sensum literæ historicum planum et patentem. Verbum Dei, uel sermo, & doctrina, ab ipso Deo humano generi de rebus diuinis promulgata. Quod alias etiã mandatum vel præceptum dicitur diuinum. Testamentum, nam vt clausum & infirmum est testamentum, quamdiu viuit testator: ita Lactantio teste, lex etiam uetus fuit. Infirma, quia neminem ad perfectum duxit unquam. Clausa, ob prophetias & figuras, quæ ante mortem Christi uix intelligebantur. Instrumentum distinctius D. Aug. dici putat, quàm testamentum, uel quia sacris scripturis instruitur quisque ad salutem, quid credere, quid sperare, quid agere debeat. Quod scriptura authentica probatissimis scriptoribus ac testibus sit obsignata, nec vlla falsitate suspecta. Lex diuina generaliter Mandatum, Iustificationes, præcepta, testimonia, Iudicia. Quæ (vt pulchrè distinguit glossa) conueniunt genere, & differunt specie.

Deinde,

Deinde, specialiter pars aliqua eorum, quæ in lege scripta sunt. Demum canon, seu regula, vel quia rectè ducat, nec vnquam aliorsum trahat, regat, & quasi normam uiuendi præscribat. Distortum prauumque ad modum regulæ corrigat. Ad sacram scripturam vt Doctissimus ac eloquẽtissimus Carabaiallus noster ait. tãquã ad lydium lapidem fidei, ac vitæ Christianæ documenta probanda sunt. Notandum tamen quod ordo librorum, quibus, scilicet, continetur scriptura est duplex. Prior veteris testamenti, quo continentur libri de sapientia, bonitate & Iustitia Dei. Nihilque ferè est aliud quàm prophetia noui testamenti, & prima mundi elementa, quibus Deum discimus. Ideo sic dictus, quia, vel quod temporalium rerum promissiones contineat, vel quia per nouum aboleatur. Alter libros noui cõtinens testamenti, de statu populi christiani, collecti in fide, spe, & charitate: qui est perfectio ueteris testamenti, sic dictus, quòd æternæ vitæ contineat promissiones. In quibus agitur de lege veteri, siue de statu populi Dei, legis perfectione siuè de Ecclesia Christiana. Vtrunque inducit homines ad obseruantiam legis, & quidem prius veteris & posterius nouæ per timorem pœnarum, & amorem. Vtrunque designauit Ierem. Consumabo, inquiens, super domum Israël, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum, quod feci cum patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti. Ideo Sapien. Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Aug. etiam lib. 1. de Genesi. Cap. 1. Omnis scriptura inquit, bipertita est, secundum id quod dominus Matt. 13. significat, dicens, scribam eruditum in regno Dei, similẽ esse patri familias proferenti de thesauro suo noua & vetera: quæ duo etiam dicuntur testamenta. Librorum verò ueteris testamẽti alij extant, quorum duplex est canon Hebręorum vnus. Alter Ecclesiæ. Desiderantur, qui Iudæorum interierunt partim in curia, partim per fedia. Nunc verò, quis ex his omnibus certus colligendus sit canon, secundum Hebręorum, scilicet Ecclesiæ sanctionem, & primum veteris testamenti accipe.

H
I
K
L

31. f. 31. Heb. 8. b. 8.

1. b. 7.

8. 52.

Legialeo.

De vtroque simul tam Hæbræo, quàm Ecclesiastico canone, & quomodo tractatione veteris legis differant libri. Cap. II.

PRæter canon, qui in concilio Tridentino ordinatè positus est, vbi de catholicis libris agitur, sunt qui veteris testamẽti libros, tum Iudæis, tum Christianis sacros diuidant in legem, quæ à numero librorum & Pentateuchus, id est, quinarius dicitur, & complectitur Genesin, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomiũ, Ideoque Legales dicti, quia politicè legis Mosaicæ continent quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Historiales.

Prophetales

Sapientiales.

NOTA.

Veteris & noui Testamẽti Libri quomodo differant.

summum. Quibus in nouo testamento correspondent quatuor Euangelia Matthei, scilicet, Marci, Lucæ, & Ioannis: Deinde in prophetas priores. Inter quos continentur, Iosue, liber Iudicum, Samuel, qui 1. & 2. & regum, Malachim, qui 3. & 4. regum est Paralipomenom 2. Esdræ cum Nehemiæ, Tobiæ, Iudith. Hester, Iob, Machabeorum libri duo. Et posteriores, per quos intelligunt tam prophetas maiores, quã minores. Maiores numerantur Isaias, Ieremias, cum Baruch, Ezechiel, Daniel: qui, eò quòd sacram describunt historiam, historiales dicti; eisque acta correspondent Apostolorum, quæ primitiuæ Ecclesiæ continent praxim, vsum, & executionem. Minores qui à numero 12. vocantur, hi sunt Hoseas, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Haggeus, Zacharias, Malachias. Hi, quia oratoriè seu quasi declamatoriè in Homilijs siue sermonibus de sanctis rebus à sanctis viris factis tractant, prophetales dicti, quibus Apocalypsis correspondet, id est, reuelatio B. Ioannis, in qua quidem describitur futurus Ecclesiæ status. Mox Sapiẽtiales: quales sunt Psalterium, Prouerbia Salomonis, Cantica canticorum, Ecclesiastes, Sapiẽtia, Ecclesiasticus; quibus correspondent Epistolæ particulares Pauli 14. quæ scriptæ sunt ad certos aut populos, vt ad Romanos 1. Corinthios 2. Galatas 1. Ephesios 1. Philipponenses 1. Colossenses 1. Thessalonicenses. 2. Hebræos. 1 aut ad certas personas, quales sunt, ad Thimotheum 2. Titũ 1. & ad Philimonem 1. Et canonicæ uniuersis scriptæ Ecclesijs, septem scilicet, Iacobi Apostoli vna, Petri Apostolorum principis duæ, Ioannis Apostoli, & Euangelistæ tres, Iudæ una. Aduertendum tamen librorum noui testamenti, alij vt superius tetigimus, sanctorũ patrum cura & diligentia asseruati, ac nobis per manus ueluti integri sunt traditi, vt sunt quatuor euangelia, septem epistolæ canonicæ, Quatuordecim epistolæ Pauli, Acta Apostolorum, & Apocalypsis. Alij verò sunt Hæreticorum prauitate uitiati, & corrupti vt Euangelia Andreæ, Thomæ, Bartholomei, Thadæi, Barnabæ, Nicomedi, Nazareorum. Actusque diuinorum, Petri scilicet, Andreæ, Philippi, & Thomæ gesta. Et alia id generis scripta plurima, quæ numerantur à Gelasio in c. Sancta Romana Ecclesia. d. 15 quæ, etsi vocentur apocrypha, credendum est, id fieri: Non quòd omninò, ab apostolicis viris non fuerint composita: sed quòd hæretica versutia, Deo (quod illa, quæ modo habemus sufficerẽt) permittente, eadem mendacijs infecerit. Tamen vt veteris, sic noui etiam testamenti libri differunt, auctoritatis præiudicio, Ratione argumenti, genere doctrinæ. Præterea notandum quod sacra scriptura non potest diuidi per partes subiectiuas aut integrales sui subiecti: cum Deus simplicissimus sit, sicut cæteræ scientiæ diuiduntur, secundum regulam

M N O P Q

Philo.

Philo secantur scientiæ quemadmodum & res de quibus sunt. Nec potest diuidi per partes theologicas artificialiter contra se distributas. Quoniam quasi in quolibet libro tractatur de istis veritatibus; vt quasi quilibet sanctorum scriptorum composuerit suam theologiam, quãtum, spiritui sancto, vtile & necessarium visum est, secundum Aug. 11. de ciuitate Dei c. 2. vbi de mysterio trinitatis, de Incarnatione, de Iustitia Dei, & alijs perfectionibus, in quo libro scripturæ sacræ aliquid reperitur. Ideo D. Pau. vtilem esse testatur 2. Tim. 3. ad doctrinam, quæ versatur circa dogmata, quæ de rebus diuinis aut asseruntur, aut comprobantur. Deinde redargutionem, quæ ad confutationem falsorum pertinet dogmatum. Tertio, ad correctionem qua comprehenduntur vitia, vt fastus, ambitio, auaritia, desidia, hereses &c. Postremò ad institutionẽ, quæ est ob iustitiam, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Cuius insuper vis & efficacia cognosci potest ex affectibus, qui tot sunt, quot non tantum libri, sententiæ, aut uerba, sed quot omnino syllabæ, literæ, & puncta. Vt tamen paucis complectamur multa. Sacra scriptura parit inprimis notitiam diuinæ voluntatis; Notitia, timorem, timor, reuerentiam: Reuerentia, amorem: amor, peccati odium: odium peccati, contritionem: contritio pœnitentiam; pœnitentia, remissionem peccatorum; Peccatorum remissio, consolationem: consolatio, tranquilitatem conscientiæ: conscientiæ tranquilitas, spem vitæ æternæ consequendæ: spes denique credentium nunquam confundit, sed saluos facit omnes. In ipsis etiam constituuntur, Bonis præmia vitæ æternæ: Malis verò, damnationis pæna perpetua. Consistitq; partim in speculatione qua inquirit Dei naturã, potentiam & proprietatem: partim praxi siue actione earum rerum quæ sunt necessariæ ad mores & ad benè beateque viuendi rationẽ. In legitimis verò propheticis Euangelicis & apostolicis auctoritate canonica præditis, quædam sic sunt posita, vt tantum sciantur & credantur, vt est, quod in principio creauit Deus cœlum & terram, & quòd in principio erat verbum. Et quæcunque facta vel diuina, vel humana tantummodo cognoscenda narrantur. Iussa, vt obseruentur & fiant. Vt honora patrem & matremm. Prohibita, ne fiant: Vt non mæchaberis Aug. In psa. In speculum.

R S T V

Scopus sacræ scripturæ.

Nota Gradationem.

Humanæ scientiæ exemplis illustrantur supra dicta, & vsus eorum demonstratur. Cap. III.

HIS sic præpositis, & prælibatis visum est etiam alia exempla ex humanæ sapientiæ libris depromere. Aliquoties enim vehementius mouet, & arguunt eos qui vel leuissima Dei cognitione

gnitione tincti sunt, exempla infidelium qui tanta constantia virtutem coluerunt, vt pro ea mortem quoque subirent, cum nos vsque adeo tepeamus, vt quotidiana experientia indicat, &, vt dicam quæ sentio, calamitoso nostrorum temporũ statu propter peccata nostra eò res deuenit, vt quãtũcunque excellẽtiæ sit in aliquo scripto, oratione, & cõmunicatione nisi respersa fuerit floribus illis quos vulgò appellant, omni gratia & sale nostri æui hominibus carere videntur.

Legere est apud Valerium Maximum titulo de seruata religione, quod Metellus Pontifex Maximus, sub cuius potestate cæteri omnes pontifices vel sacerdotes positi erant. Posthumum consulem, eundemque Flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ne à sacris, discederet, mulcta indicta, inconsulto Deo Vrbem egredi passus non est: religionique summum imperium cessit, quo toto se Posthumus Martio certamini commissurum non videbatur, cerimonijs Martis desertis, qui à Gentilibus bellorum Deus existimabatur. X

Profert hoc exemplum Val. Max. ad probandum generatim, quam rigidi fuerint religionis cultores vetusti. Poterit idem extra hoc subiectum alibi etiam proponi, vt ad reprehendendum ignauiã Christianorum in rebus ad pietatem spectantibus. Seruiet etiam ad ostendendum, quo zelo præditos esse decet episcopos, & sacerdotes in sua functione exercenda: etiam aduersus principes & magnates, quemadmodum fecerunt D. Ambrosius aduersus Theodosiũ Christianissimum, alioqui Imperatorem, & B. Ioan. Chrysostomus, de quo Theodoretus, Thomasque Cantuerienſis aduersus Henricum Anglorum regem, vt scripsit Ioãnes Carnotensis episcopus, & alij. Accommodari etiam potest ad demonstrationem obedientiæ, quam optimates ecclesiasticis debent in negotijs pietatis, etiamsi in alijs eorum legibus nolint subiacere. Elicitur hinc præterea, alia sententia perelegans: quod in omnium nostrarum actionum præcipuè seriarum exordijs, Deo nos commendare debeamus: vt munus nostrum rectè faciamus, in morem filiorum, & amicorum Dei, vt patet. Postremò, constat hinc quanto metu perculsus fuerit Posthumius quia tuto se Martio certamini commissurus non videbatur cærimonijs Martis desertis, quò meritò exterreamur propter socordiã & segnitiẽ in cultu diuino. Maledictus enim, qui facit opus Dei negligẽter. Y Z

Continuatio superioris materiæ adhibitis illustribus exemplis ad probationem. Cap. IIII.

OBseruaui in literarum mouumentis, exemplum inprimis memorabile, quod sæpe multumque tanquam ad res varias attinens A

tinens inculcari potest, scilicet, de morte Socratis. De quo fertur, quòd solitus vitia Athenienſium, & quidem summatum carpere. Anytus quidam diues ipsius libertate offensus, & ignominię loco habens ab eo taxari: in multorum inuidiam, & odium eum induxit, qnorum vnus fuit Melytus, à quo præposteræ cum masculis libidinis accusatus est. Alij trium fuisse reum affirmant, Anyti, ex parte omnium ciuium, Lyconis oratoris, nomine oratorum, & Melyti poëtæ pro omnibus poëtis. In omnium enim crimina fine exceptione inuehebatur Socrates, & eorum Deos contemnebat. Innocens itaque accusatus, in vincula coniectus, & morte multatus est. Videns iam Socrates se in rebus aduersis ab amicis quos beneficijs affecerat deseri, & impugnari, ab alijs verò, à quibus nullam salutem expectabat, iuuari cõtempta morte nulli non formidata cicutam eodem ebibit vultu, quo vinum solet, morienſque de immortalitate animorum oratione vsus est elegantissima. Populus verò mortem eius ita doluit, vt omnium disciplinarum scholas claudi iuberet. B. autem Augustinus compactum fuisse in vincula dicit (in lib. de ciuitate Dei) ob conscriptum de rebus diuinis, vnoque solo numine colendo libellum, & eam sententiam ad extremum vsque spiritum defendisse, mori malens venenum obbibendo, quam captos erroribus crassissimis de adoratione infinitorum Deorum, & cum intellectu naturali pugnantibus ciues relinquere. Eusebius damnatum fuisse asserit: quod de Dijs male sentiret. Tandem Athenienses amisso tãto ciuitatis ornamento, & decore: mortem eius tam indigne tulerũt vt accusatores eius, partim morte, partim exilio punirent, & ipsi Socrati statuam æream dedicarent vt prolixius narrat Diogenes Laert. B C

Socratis accusatores.

De morte Socratis.

Prosequitur & accommodat superius exemplum probando mortem viro bono minimè formidandam. Cap. V.

ELici hinc potest, mortem non esse viro bono formidandam, minus autem in iussu dominantis illius in nobis Dei sibi ipsi consciendum, quemadmodum Socrates è vita abijt qui præsidio integritatis mortiferum poculum hausit Philosophicè potius quàm Christianè. Virum enim pium decet in ærumnis & aduersitatibus locare spem in Deo, & ad eius voluntatem animum & mentem conformare. Nam cum præter eam, nec folium quidem arboris moueri certo certius sit, multo minus affligi nos credendum est nisi eius permissu, & sine magno nostro bono, Id enim Deo familiare est, calamitatibus & incommodis exercere suos: ad reportãdum maiora bona. Ex eadem infertur narratione, bonos à malis persequutionem semper tollerare. Neque enim putandum, vt præclarè B. Augu- D E

Mors nõ formidanda.

Socrates Philosophicè potius quam Christianè mortuus est.

Mali bonos persequũtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philosophiæ studiũ eget moderatione.

rè B. Augustinus, gratis malos esse in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus aut ideo viuit, vt corrigatur: aut ideo viuit, vt per illum bonus exerceatur. Item probatur hinc, dãnosum esse Philosophiæ studium, nisi eius cultores innitantur seruire populi ingenio & moribus quantum virtus ipsa patitur. Potest consequenter fieri præconium Socratis, & eius exemplo aliorum, qui ob professionem virtutis (causa enim præcipuè spectanda) non dubitarunt sanguinem fundere. Licebit etiam reprehensionem So cratis instituere, quod amore Philosophię tam graues iras in corrup tos, & malos vulgi mores conceperit, vt nomen Philosophi retinere vix queat, cum ea morositate sibi exitiosus ipse fuerit, & præter incommoda priuata suæ personæ, amicis luctuosus extitit, liberos, & vxorem in orbitate miserrimos reliquit: cum alij prudenter, & moderate ijs rebus vtentes sibi decori, parentibus, patriæ, & amicis vtilitati fuerint. Viri enim prudentis est, non semper obsequi animo suo, sed quandoque aliquid remittere & inseruire tempori, quantum saluo timore Dei, conscientia, ratione, & bonis moribus fieri poterit, nam eo casu, ad euitandum illa grauissima inconueni entia postponendus est omnis metus, & amicitia, quam sine virtute gentiles, nos autem sine pietate consistere non posse affirmamus. Consequens igitur est in rebus leuibus, deploratis, atque sine magno detrimento & offensione aninorum expediri nequeunt, euitãdis, viro perfecto maximè laborandum. Cui non solum à malo abstinendum est; sed etiam ab omni specie & suspicione mali. Præstaret enim eos hypocritas esse, quam attentare aliquid coniunctum cum scandalo, & exemplo malo, propter summum discrimen & periculum.

Quatenus indulgendũ amicis.

Quomodo aliquando tacendum.

G

H

Auctor admirabili elegantia prosequitur suum institutum. Cap. VI.

I

REdeamus ad specialiorem huius exempli euolutionem, Socrates inuidia & odio prauorum ciuium, quod ijs veritatem inculcaret, accusatus est, & illorum potestate pauperque inopsque facilè superatus: licet præter fas, & æquum, vt iam diximus. Pertinet ad hoc quod vulgò dici solet: obsequium amicos, veritas odiũ parit. Et quanto virtus eminentior est, tanto magis persequutionibus obnoxia. Item quod apud plerosque iudices potentia æquitatẽ prægrauat. Item nihil esse pestilentius auctoritate, & abundantia, quam mali mores comitantur. Nam, & illi secundis rebus effrenati sibique præfidentes cornua sustulerunt, & insurrexerunt aduersus Socratem. Eandem causam in amplis ciuitatibus, & regnis magnas cædes dedisse, ac etiamnum dare perspicuum est. Quod tã

Virtus quanto eminentior: tanto persecutionibus obnoxia.

K

intrepide

intrepide cicutam ebiberit, & cum iam moriendi tempus vrgeret, vsque adeò alacriter se gesserit, indicio est, mortem à bonis expeti, qui ex coni ecturis quibusdam bene se vixisse arbitrantur. Postquã eius rei certitudo, nisi ex prærogatiua & singulari gratia Dei haberi non potest, vt liquet ex Io. Maio. & Echio in suis centurijs, & in suo prędestinationis diuinæ Chrysopasso, & Doct. pater Vega, & Hect. Pintus: Vbi abundè tractat de multis coniecturis è quibus homo poterit coniectari. Beatus enim qui semper timidus & pauidus est, num sit in amore an in odio Dei. Quanta propensione, & promptitudine desiderauerint sancti dissolutionem corporis, & vnionem cũ Deo apparuit in Dauide, Paulo, Seraphico Patre Francisco, & innumeris martyribus, qui maiori cum voluptate accedebant ad mortem quam ad domum conuiuij. Præterea, mors to tus vitę anteactę index est. Quod salutationibus, & consolationibus amicorum qui obstricti erant eius beneficijs non sit erectus docet: temporibus duris & infœlicibus amicorum fidem inspiciendam esse. Quod non fuerunt illi curæ vxor cum liberis, documentum est, ne sapiens illis affectibus turbari se sinat: præsertim si periculum sit ne eum à recto instituto dimoueant. Quod cum doctrina Christiana maximã habet affinitatem. Inqit enim Christus, qui non abnegauerit patrem, matrem, & cætera propter me indignus est me. Quod ad finem historiæ attinet. Populum, videlicet, mortem eius ita doluisse, vt, accusatores eius partim morte. partim exilio puniret, & ipsi Socrati statuam æream dedicaret, argumento est vulgus esse mobile, inconstans & facilè tam in beneuolentiam quam maleuolentiam & quod viros frugi præsentes & viuos odimus: absentes requirimus & amamus. Item, quod fama verax vitæ etiam supereſt, mendax autem & pernicioſa detecto fuco se exerit. Traditum est itaque hoc exemplo, quot locis vnum exemplum accommodari potest, si omnia particulatim excutere libeat. Ad hanc rem plurimum faciet examinare circumstantias personæ de qua loquimur, & cum alijs comparare, ad videndum in quibus concordent, item, circumstantias loci, temporis, & rerum quæ tractantur vt superiore exemplo fusè patefactum est.

Bene se vixisse nemo certo scire potest. Centu. 4. ar. 3. dub. 2.

Psal.

Vulgus quã sit facilis.

Vnum exemplum diuersè accõmodari potest.

L

M

N

Regulam & admonitionem notatu dignam continens. Cap. VII.

O

PLeriqué pro animi perspicacitate, vnum exemplum ad plura applicare norunt quam alij. Verum quisquis erit fructum nõ leuem ex prędcedenti doctrina & exemplis capere potest. Etsi multa alia adferri possent, quæ pro instituta breuitate omittere visũ est: sufficit meo arbitratu, iutelligenti viam indicasse. Nonnulli pu-

S tabunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sententiæ & prouerbiaeodem modo tractari possunt quo modo exempla.

tabunt hoc exercitium in exemplis tantum locum habere. At si rē recta ratione æstimemus apparebit idem in alijs sententijs & prouerbijs quæ ad multa quadrant fieri posse. Qua propter satis erit, collocare singula, eo ordine, quo ab auctoribus à quibus petita sunt, accipiuntur, aut si libet, possumus in ea re à nobis consilium petere obseruando in transitu ad quam classem potissimum referendum videatur: idque adnotare. In testimonijs verò, & sententijs vulgaribus, etsi non erit inutile singula particulariter euoluere vti in exēplis: verum ex earum copia nimia prolixitas exoriretur si huiusmodi occurrant prouerbia, quæ materię præsenti non sint accommoda, possint tamen in posterum vsui esse, poterunt omitti, semper enim ex assidua lectione abunde suppetunt. Naturale etiam accumen multum prodest ad omnem materiam, quæ scripto vel oratione explicanda est. Ad quam rem non semper exēpla idonea sunt quæ nullam vim habent à nobis oscitanter excogitata, nisi lectione, auditu, visu, intellectu, aut inspiratione diuina percepta fuerint. Plus enim cognoscit anima, & discit in meditationibus, & orationibus, & quasi sacro silentio, quando cum Deo veluti communicat, quàm nuda lectione: vt vult Gerson tract. 7. super Cant. B. Virg. & adducitur à Ioanne Altenstaig in suo vocabulario Theo. si non comes affuerit deuotio, quæ pius est & humilis affectus, qua comite poterit ad intelligentias plurimas euehi, quas non habebit de lege communi simplex christianus. Vndè facilis sit sacræ scripturæ cognitio tribus fere modis. Iusta & idonea interprætatione rerum & verborum, studio atque diligentia, quę consistit in lectione, meditatione, oratione, & exercitatione. Ordine doctrinę seu via docendi discendique ratione quadam atque methodo, vt paulo inferius patebit. Poterit insuper, talis esse vtilis in doctrina: qua fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, roboratur. Vtilis preterea (sicut dicit Apostolus) ad arguendum. Philosophi quoque Theologi deuotione carentes finistras de deuotionis mysterijs derisiones intulerūt. Rursus, ita se habent affectus perfectos & humiliatos in Deum, vt nequeant vna veraciter sine altera inueniri. Vide latius Gersonem. Vndè etiam scriptum est: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Illum erudiuit dominus, & eruditus est, docuit eum & doctus est: & ita doctus & sapiens est, vt, rectum & bene sonantem loquatur sermonem. Nec mirum vt ait Rupertus quomodo enim nesciret loqui, Cui Deus verbū suum communicauit, qui ipsam verbi substantiam gustauit? Huc etiam quadrat vulgatissimum, & celebratissimum apud veteres Pytagorę silentiū, qui in ea erat opinione tacendo & auscultando optimè cōparari eloquētiam. Rectissimè proindè inquit D. Aug. ex lectione multos nasci

P

Docti à Deo qualiter proficiant.

Q

Sacræ scripturæ cognitio quibus modis non facilis tātū, sed plana etiā fieri queat & iucūda.

R

Fortes & sapientes facit verbum Dei.

S

scrupulos, qui oratione existimantur citius diuturna pensitatione, & examinatione. Aduertendum est igitur viris literatis, & prædicatoribus quæ sit vera schola Theologię, in qua multo fidelius res diuinę ipsa degustatione percipiuntur, quàm in scholis euoluendis tantum libris. Quo circa Christus & Apostolus non solum iubent nos legere, verumetiam scrutari scripturas, in quibus est vera vnctio spiritus sancti, quæ verè docet omnia. Nec quæri posse ad salutem quidquam, quod non totum nunc in scripturis sit adimpletum: pulcherrime declarat Chrysostomus per insignia aliquot exempla, virtutum, vitiorum, pœnitentię. Virtutum, nam qui ignarus est, inquit, inueniet ibi quid discat. Qui contumax est & peccator, inueniet ibi futuri iudicij flagella quæ timeat. Qui laborat inueniet ibi glorias & promissiones vitę perpetuæ quibus amplius excitetur ad opus. Qui pusillanimus est, & infirmus, inueniet ibi mediocres iustitiæ cibos, qui etsi pinguem animam non faciunt, tamen mori non permittunt. Qui magnanimus est & fidelis, inueniet ibi spirituales escas continentioris vitæ, quæ perducant eum prope ad angelorum naturam. Qui percussus est à diabolo, & vulneratus est in peccatis, inueniet ibi medicinales cibos, qui eum per pœnitentiam reuocent ad salutem. Vitiorum vt quidem ibi scriptume st, quomodo Acham propter furtum laminæ aureæ sit lapidatus, nisi vt habeant fures quod timeant? vt quid ibi filij Israël, qui fornicati sunt cū filiabus Moabitarum, percussi refugerunt in Bœlphegor, nisi vt habeant fornicatores quod perhorrescant? vt quid cōcupitores carnis, castigati sunt in deserto, nisi vt nemo delicias concupiscat? Pœnitentię vt quid enim Dauid arguit Nathan & suscepit, nisi vt adulteri, & homicidæ pœnitentię remedium non desperent? Raab meretrix sanctificata est, vt meretricibus spes daretur &c. Qua propter cum quisque cognouerit, finem præcepti esse charitatem de corde puro, & conscientia bona & fide non ficta, omnem intellectum diuinarū scripturarum ad ista tria fidem spem & charitatem, scilicet, quibus omnis militat & scientia & prophetia, relaturus ad tractationem illorum librorum securus accedat. Aug. lib. 1. de Doct. Christ. Atq; non in legendo, sed intelligendo scripturæ consistunt Hierony. teste, contra Luciferianos & in c. 1. ad Galat. Hilar. 2. de Trinitate.

Exempla tanti sunt momenti ad quamcunque rem accommodentur, vt nullum quod aliquam auctoritatem habeat prætermittendū sit, quin recondatur in receptacula de quibus supra diximus: vt suo tempore & loco in medium commodè depromi possit. Et vt finem faciam, quidquid inter legendum & loquendum nostro iudicio probabitur cuiuscunque illud sit generis, non est negligendum & leui brachio transeundum, sed tacite cum animo nostro expendendum,

T

V

X

Y

In S. scriptura ē vera spiritus sanctus vnctio.

Scripturam Sanctā omnibus esse accommodatam. Super Matt. 22. Homi. 41. operis imperfecti.

Quid cuique conferat sacrorū librorū lect.

Finis sacræ Scripturæ cōsistit. c. 37 & 40.

Exépla non temere prætermittēda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt opportunè eo vti posſimus. Fieri enim potest, vt exemplum aliquod alias à nobis obſeruatum, aliter acceptum fuerit: quod vbi cõtinget, idem erit atque ſi nouiter inueniatur. Idque præcipuè animaduertere eſt in exemplis, & auctoritatibus ſacræ ſcripturę cui, vt æquum eſt, ſcriptores immorantur, vt ſingula diſtinctius enodent. In illa enim quidquid neceſſum eſt, aut cogitari poteſt abundat, quoniam præter doctrinam à pleriſque collectam ex auctoritate aliqua aut exemplo ex eodem alij atque alij nouas interpretationes eruent, quæ quidem eſt præſtantia ſacrarum literarum, vt poſt varias tantorum virorum obſeruationes ſemper nouam & inexplicatam adhuc materiam ſubminiſtrarent. Si perplexa fuerit aliqua ſententia, propoſito auctore, eius, qui quidem ſit magni nominis, tutò produci poteſt ſicubi neceſsitas poſtulat. Quamuis mihi ſic ſtet ſententia, nunquam in ſuggeſtu, aut familiari colloquio, & tanto minus in ſcriptis de rebus controuerſis & ambiguis agendum, ſed verſandum in rebus liquidis & quæ nullos aculeos dubitationum & ſuſpicionum in auditorum animis relinquant. Ea ſiquidem eſt ætatis huius (peccatis noſtris ita promerentibus) calamitas, vt operæ pretium ſit omnia obſcuritate, perplexitate, & ſuſpicione maximè vacare.

Sacræ ſcripturæ abundãtia.

Quod perceptio ſacræ ſcripturæ magnam ad benedicendum facultatem adferat. Cap. VIII.

MEa fert opinio quod quiſquis eo modo quo dictum eſt ſacra Biblia ſecundum veterem receptiſsimam vulgatam editionem euolueret, cum ſignificantius & aptius explicet mentem ſpiritus ſancti, quam aliæ tranſlationes, vſus auxilio quorundam patrum orthodoxorum, tam Græcorum quam Latinorum, qui ea ſuis commentationibus illuſtrarunt, præſertim verò gloſſæ quam vocant ordinariæ, cum vniuerſali ſcripturæ totius comprehenſione, iuxta quatuor à doctoribus catholicis receptos ſenſus, præcipueque literalem, qui ad legitimam intelligentiam ipſius energiæ & ad inſtructionem earum rerum, quæ nobis credendæ ſunt: ad fidei confirmationem ac defenſionem: & ad redarguendum eos qui reſiſtunt veritati, perneceſſarius eſt & quaſi præſidium & monimentum aduerſus hæreſes, magnos in diuina prudentia fecit progreſſus. Nulla enim expoſitio ad probationem dogmatum inducta vim habet, ac robur, niſi ea, quæ verè, purè, & germanè, literæ ſententiam explicet: Nam cùm aliæ explicationes, ſenſus intra literæ medullam abditos rimentur, indeque eos ex quibuſdam rerum ſimilitudinibus extrahere conentur, facilè ex ſimilium rerum imaginibus falli poſſunt: præſertim cum hæc ſpiritualium ſenſuum deductio, & elucidatio, cogita-

Vulgata alijs ſignificãtius Spiritus ſancti mentẽ explicat.

Senſus literalis quantum conferat.

tione,

tione, diſcurſu, & inquiſitione, humani ingenij ſiat: quod ſæpe decipitur, & crebro in rebus obſcuris fingere ſolet ea, ad quę animus potiſsimum eſt vel natura vel exercitatione propenſior, ſi enim ipſe uoluero aſtruere ſacerdotes habere poteſtatem ligandi ac ſoluẽdi à peccatis ex myſtica expoſitione illius ſententiæ Chriſti ad Apoſtolos; ſoluite eum & ſinite abire: illico reſpondebit aduerſarius, id de ſolutione linteorum, quibus Lazarus erat obuolutus, & non de ſolutione peccatorum dictum eſſe. At ſi id ipſum oſtendero ex auctoritate, & expoſitione literali eius ſententiæ Chriſti, ad Apoſtolos, Accipite ſpiritum ſanctum: & quorum remiſeritis peccata remittentur, & quorum retinueritis retenta erunt. Protinus, acquieſcere, & dictis aſſentiri cogetur.

De verſionibus Bibliorum Sacræ ſcripturæ, quæ illæ, & quot ſint, ex Hebræo in Græcum factæ, & qui fuerunt interpretes, ac quando ſacram ſcripturam interpretati ſunt. Cap. IX.

SEd quoniam de vulgata editione mentionem fecimus; Vetus & vulgata editio ea erat olim, quam ſeptuaginta interpretes, diuino quodam numine cõtexuerunt. Vnde Aug. ſpiritus, inquit, qui in prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipſe erat in ſeptuaginta viris, quando illa interpretati ſunt. Idem Hylarius, Iuſtinus in admonitorio, & Irænæus. Nobis uerò hoc loco, ideo, cæteris obmiſsis, id ſolum breuiſsimè perſtringere viſum eſt operæ pretium, vt quis ordinate eas habere poſsit ſingulas recenſere. Primamigitur uerſionem dicimus eſſe. 72. interpretum. Hi, cum Hebræi eſſent, ſeni electi ex vnaquaque tribu, diuinam ſcripturam ſub Ptolomeo Philadelpho interpretati ſunt, 230. annis ante incarnationem D. Noſtri Ieſu Chriſti. Altera eſt Aquilæ, qui cùm Sinopæ Ponti ortus, & Græcus eſſet, Hieroſolimis baptizatus eſt. Poſtea verò reprobato Chriſtianiſmo, Iudæis ſeſe coniunxit, & diuinam ſcripturam perverſa ratione uertit, ſub Adriano rege 330. poſt 70. uerſionem annis. Tertia eſt Symmachi. Hic cum Samaritanus eſſet, nec populo ſuo acceptus propter ambitionis morbũ haberetur, ad Iudæos ſeſe recepit, ac ſecundo circũciſus eſt. Et ut ſamaritanos ſubuerteret, uertit & ipſe diuinas literas, ſub Seuero rege, annis poſt uerſionem Aquilæ 46. Quarta Theodotionis Epheſi eſt. Hic cum primùm hæreſi Marcionis Pontici fauiſſet, poſtea à ſectatoribus hæreſis illius ſuccenſus, & ipſe ſacram ſcripturam ſub Commodo rege, eo ipſo tempore quo ſymmachus, ad ſubuerſionem prædictæ hæreſis, interpretatus eſt. Quinta interpretatio cum abſcondita fuiſſet, Pithis inuenta eſt, & ſub Antonio rege Caracalla dicto, in Iericho à quodam ex illis, qui Hieroſolimis pietati uacauerant, conflata.

Quæ ſit vulgata editio.

Sexta,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sexta, & ipsa Pithis inuenta est, antea sub Alexandro Mammeæ filio, Nicopoli septentrionali à quodam Origenis familiari composita. Septima & postrema Sancti Luciani magni religiosi & martyris est, qui & ipse, cum in prædictas versiones, & Hebraicos libros incidisset, & diligenter quæ vel veritati deerant, vel superflua aderāt, inspexisset, ac suis quoq; locis correxisset, versionem hanc Christianis fratribus edidit, quæ sanè post ipsius certamen, & martyrium, quod sub Diocletiano & Maximiano tyrannis sustinuit, libro vidi licet, propria ipsius manu scripto comprehensa, Nicomedię sub Constantino rege magno, apud Iudæos in pariete armarij calce circumlito, quo custodiæ gratia posita fuerat inuenta est. Hæc Athana. in synopsi diuinæ scripturæ circa finem. De his traslationibus vide Euthymium in prefat. ad Psal. & glo. in præfat. Bibliorum. Nouissimè superueniens B. Hieronimus peritus in tribus linguis, Hæbraica, Græca, & Latina: primò correxit traslationem 72. interpretum in latino cum astericis, & obelis. Postea verò transtulit immediatè Biblia de Hebræo in Latinum, sine astericis, & obelis. Et hac translatione nunc vbique vtitur tota Romana Ecclesia, licet non in omnibus libris. Et ipsius translatio meritò cæteris antefertur, quia est verborum tenacior, & perspicuitate sententiæ clarior. Insuper sacro santa Trid. Synodus Sess. 4. considerans non parum vtilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex multis latinis editionibus quæ circumferuntur, sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit innotescat: statuit & declarat, vt hæc ipsa vetus & vulgata editio, quæ longo tot sæculorum vsu in ecclesia ipsa probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, aut expositionibus, pro authentica habeatur, & quod eam nemo reijcere, quouis prętextu audeat, vel præsumat. Præterea, ad coercenda petulantia ingenia decreuit, vt nemo suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei & morum, ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium, sacram scripturam ad suos sensus contorqueat. Qui contrauenerit, per ordinarios declarentur, & pœnis iure statutis puniantur. Iam demum ex his liquet, nostra vulgata & vetus editio illa dici debere, quam D. Hiero. tot laborum anfractibus peperit Ecclesiæ. Quæ duæ versiones, licet verbis dissidere inueniantur, re tamen & sensu persanctè conueniunt: immo quod vulgata quæ est Hiero. obscurè dixit aliquando, hoc, septuaginta interpretes apertius reddidere, & è conuerso. De qua re, ne multis agam, lege Aug. lib. 2. de Doct. Christ. vbi abū de satis huius rei causam explanat. Quæ apparens dissonantia facilè conciliari poterat. Sed si latius materiam hanc cupis videre lege Andream de Vega & Cano. Ioan. Driè. & Ambros. Cather. de Clauibus. Vulgata nanque hæc, quæ vsu Ecclesiæ, sacroque approbante

De trāslatione Hiero.

Approbatio Con. Tri.

I

K

L

M

concilio

concilio recepta est, tantæ veritatis est habita, vt, vna è multis canonica & authentica asseratur: ad quam vt ad sacram anchoram sit cōfugiendum. Proinde quoque rectè maximum iubar illud Ecclesiæ D. Aug. in Epist. ad Vicent. Donatistam sic scribit. Quis autem non impudentissimè nitatur aliquid, in allegoria positum, pro se interpretari, nisi habeat & manifestissima testimonia quorum lumine illustrētur obscura? Hac fultus tutò, de quauis re, oratione, & scriptis disserere potest. Sola igitur literalis ad ueritatem fulciendam, & falsitatem destruendam valida est: quia cum ex prima vocum significatione, vel ex vocibus translatitijs primæ significationi coniunctissimis hauriatur: cæteris explanationibus patentior est & efficacior. Atq; hic est primus & maximè necessarius expositionis historiæ vsus.

N

O

S. scriptura sub tegmine maxima sacraméta & sūma mysteria continet.

Scriptura enim sacra sub tegmine & inuolucro ipsius narrationis maxima sacramenta & summa mysteria continet: quamobrem D. Greg. lib. 15. Moral. ait illam ea ratione omnia alia scripta antecire quod eisdem verbis, quibus res facta enarratur secreta reconditissima complectitur. Et B. Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei, in eandē sententiam, inquit, præter infinitas diuinæ scripturæ virtutes, eam esse supræmam, quod sub velamento sensus literalis alios comprehendit ad solatium & ædificationem animarum (quod in sequentibus explicabitur) vsque adeò, vt si Homerus, Titus Liuius, vel alius quiuis de grege infidelium scriptorum, memorabile aliquod facinus, quēadmodum Dauidis in occidendo Goliam, aut Iudith in truncando Olopherne literis mandare vellet, factum quidem ipsum nitidis & politis verbis in cœlum ferre & extollere posset, animumque huius matronæ virilem, eleganti dictione exornare, sed ipsa historia omni alia præstantia excepta nuda & mortua narratione vacaret. Verum postquam auctoritate spiritus sancti confirmata sunt eiusmodi exempla in scriptura sancta non indormiendum est ipsis literis sed eruenda multa sacra, & arcana, mysticique conceptus, quibus, vt plurimum referta est. Proinde qui eo modo assueuerit in ea versari, vt præmissimus, copiosa supellectile ad omne propositū instructus erit excerpendo sententias, testimonia & exemplas quibus referendis & explicandis tempus ipsum deficiat. Neque enim simpliciter recensere quælibet magni est momēti cum hoc vnusquisque prestare possit ope libellorum in quos exēpla & auctoritates diuinę scripturæ oscitanter referuntur, quamobrem vtilissimum erit nunquam satis laudatam regulam proponere, ne videlicet quisquā in rebus fidei, morum aut vitæ Christianæ pro suo cerebro explicare scripturas audeat aduersus interpretationem à S. matre Ecclesia probatam, cuius solius officium est iudicare de vero sensu, & declaratione scripturarum. Si quis regulas alias atque præcepta videre cupit quibus

P

Q

instrui

Universidad de Deusto
Biblioteca

instrui oporteat eum qui minimo cum fastidio, ac non cum maximo labore in ipsis versari diutius decreuerit legat Chrysost. & Greg.

Probatis scriptoribus quantum auctoritatis deferendum sit. Cap. X.

POstquam superius quæ sacrosanctæ Ecclesiæ auctoritati consona erant absoluimus, veniendum est ad ipsius sacræ scripturæ tractationem: cum ex ea tanquam è perenni fonte, hauriendæ sint omnia secundum expositionem ab ipsis legitimis Ecclesię doctoribus datam. Et licet argumentum sumptum ex auctoritate, in alijs scientijs adhibitum, infirmũ sit, in theologicis tamen disputationibus, ex illa efficax trahitur argumentum. At quæ in disceptationẽ veniunt, & ad theologi munus spectant, sunt duo rerum genera, vt inquit Aug. lib. 1. contra Iulianum. Quædam sunt à quibus non licet absque piaculo dissentiri, vt quod pueri contrahant originale. Nam iuxta Pau. sicut in Adam omnes moriuntur: ita in Christo omnes viuificabũtur &c. Aliæ sunt res in quibus inter se aliquãdo doctissimi regulæ catholicæ defensores, salua fidei compage, non consonant, & alius alio de vna re melius aliquid dicit & verius. De hoc secundo rerum genere quæ in disputatione cadunt, verisimum est quod Quinct. lib. 10. cap. 1. scribit. Neque statim legenti persuasum sit, omnia quæ magni auctores dixerunt, vtique esse perfecta; nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum suorum voluptati, nec semper intendunt animum, & nonnunquam fatigantur, cum Ciceroni dormitari interim Demostenes, Horatio etiam Homerus ipse videatur. Sunt etiam aliqui, qui sacram scripturam interpretantur secundum rabinorum somnia, & non ad mentem sanctorum doctorum qui ab initio nascentis Ecclesiæ, in eius expositione tantopere desudarunt. Quod aperte est contra con. Trid. sess. 4. vbi præcipitur, vt nullus aliter interpretetur scripturã sacram, quam ad normam sanctorum qui in ea sanè & rectè exponenda, tantum operæ & vitæ impenderunt siquidem ad sacros auctores est exponendus germanus sensus scripturæ, tãquam si ad lydium lapidem examinetur verus intellectus illius. Et certè quadrat concilio, vsus iam diu ab ineunte Ecclesia, moribus & doctrina longe receptus. Ita Hieronymus vir propter fidei meritum, dotemque virtutum, non solum latinis atque Græcis, sed & Hebræis etiam literis institutus, ad Algasiam: Aug. cùm alijs locis, tum contra Faustum Manicheum, Origenes super Num. c. 31. Homil. 26. Athan. lib. 1. de incarnatione, Ambro. de interpellatione Dauid lib. 1. c. 5. Omnes hi auctores hoc nomine appellant interpretationes Rabinorum, quod

R

S

T

V

sunt deliramenta & Anniles fabulæ. Maximè B. Aug. de vtilitate credendi ad Honoratum contra Manicheos c. 6. vbi vehementer dolet, quod aliqui tanta insania teneantur, vt relictis & posthabitis sanctæ Ecclesiæ doctoribus, petant sensum scripturę ab infestis ipsius Ecclesiæ hostibus, & eorum discipuli fiant, qui se ipsos totos exhibuerũt, vt negotium & intestinum bellum facesserent Ecclesiæ. Cuius etiã sententiæ subscribit Iustinus martyr in Dialogo aduersus Triphonem. Orige. super Leuit. ait; Iudæis & Iudaizantes faciunt, vt prophetæ, nihil minus sint quam prophetiæ. Clemens Alexandrinus lib. 6. stromathon, ait: Quod depositum relictum à Domino Apostolis, est vera interpretatio scripturæ: & ita dicit, quod ab illis, & non à rabinis est nobis petenda. Idem docet Irenæus. Omnia decreta sanctorum & conciliorum, apertè clamant, vt sequamur sensum, quem astruunt ipsi dum scripturam explicant: Nam ipsos dedit nobis Deus pastores & doctores. Lege Conc. Hispalen. 2. c 13. & sextam synodum constantinopolitanam acti. 4. 10. & 18 lege etiam secundam synodum Nicenam acti. 6 Quę omnia concilia detestantur doctores Hebræos, quod in nouam semper recrudescunt insaniam. Et quantæ sint auctoritatis doctores Ecclesiæ, lege Irenæum; Doctoribus, inquit, Ecclesiæ fides habenda est, qui successionem ab Apostolis habent, & cum episcopatus successione charismata veritatis acceperunt. Reliquos verò suspectos esse habendos, & malæ sentẽtiæ lege eundem Irenæum & alibi plures. Qui ergo posthabitis doctoribus Ecclesiæ fætidas aquas rabinorum sitit, donum spiritus sancti pedibus terit, & conculcat, via enim ueritatis & vitæ dixit, Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit me spernit, qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Lege in hoc propositum Paulum ad Ephes. Nec erit ratio adeò vrgens, quæ ita valenter nos præmat tanto exemplorum agmine, quod aliqui obijciunt. Alius quidem vt septuaginta, alius verò vt Hieronymus legit: & quasi ex duabus lectionibus vnam vulgatam conficiunt. Euangelistæ enim, & Apostoli dum citant testimonia, versionem septuaginta sequuntur: quod quidem nostra vulgata (quæ est Hieronymi) non recusat, dum ergo auctores, hoc uel illo modo citant, vnusquisque in suo sensu abundet. Ex quo deprehenditur, quam perperam auctores aliqui vitiodant uulgatæ Hieronymi, & concilijs quòd in auctoritatibus non conueniunt. Ad ea verò quæ hinc inde adducere posset aliquis ex concilijs & pontificibus, vt probet hanc nostram non esse vulgatã, facilis est responsio. Nam aliquando secundum septuaginta, aliquãdo verò secundum Hieronymum esse locutos Pontifices, & retulisse concilia scripturam, constat: nec magni refert verba non transferre, si legitimè sensus scripturæ referantur. Hoc enim non solum do-

X

Y

Z

A

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctores, & pastores in concilijs, sed & Euangelistæ diuina gesta narrãtes, solent seruare. Non enim uerbum verbo semper reddunt, sed sensum obseruant. Superstitiosa verò illa & rigida verborum trutinatio, quam Aristarchi quidam æmulantur, nihil me mouet. Sunt namque minutula & neniæ, nec tanti apud illum haberentur, qui nõ esset male affectus in nostram vulgatam. Non nego translationes alias vtiles esse, simodo nostra vulgata vt authentica omnibus præferatur, & vt docet D. Aug. legentes, negligentes non sint. Multum enim iuuat plurium codicum inspectio; nam prope semper ex varijs his interpretationibus, & translationibus, magnum aliquod insinuatur scienter legentibus, quia licet verba uarientur, sensus diuini spiritus semper sibi constat idem. Sed quoniam Hebræorum originalia incorrupta non permanent post Hieronymi ætatem nõ est Ecclesia mẽdicata libros à synagoga, sed his, quos à patribus accepit, usa est. Aduerte tamen modum seruandum apud D. Aug. Quando codices uariant quo consilio sit utendum. Iis itaque sic acceptis concludimus, pro nunc, omnia tàm ab ipsa sacra scriptura, quàm ab ipsis Ecclesiæ doctoribus accipienda. Quod cum satis commodè fieri nequeat, nisi prius artis, rationis, & ordinis quibus ipsi catholici expositores in sacrorum uoluminum expositione usi sunt, integram notitiam præmittamus. Ideò breuiter hic eius complectemur rationem.

B

C

D

E

De duplici sensu diuinæ scripturæ. Cap. XI.

QVo meridiana luce, clarius hanc cognoscamus materiam in cuius dissolutione nobis aditus paratur, ad intelligendum de sacræ scripturæ sensu. Inprimis notandum auctorem sacræ scripturæ esse Deum, qui cum habeat potestatem imponendi significationem non solum uocibus, sicut homines possunt, uerum etiam potest ipsis rebus per uoces significatis, aliarum rerum imponere significationem, quod hominum nullus efficere valeat fecit ut in sacra scriptura, tam uoces quam etiam res, per ipsas uoces significatæ significarent. In alijs autem scientijs ex uocibus tantũ habetur significatio. Illa ergo prima significatio sacræ scripturę qua uoces significant res pertinet ad primum sensum, qui dicitur literalis siue historicus. Illa uerò significatio qua res significatæ per uoces, aliarum sunt rerum significatiuè dicitur sensus spiritualis siue mysticus. Vndè, duo sunt diuinæ scripturæ sensus Literalis siue historicus, & Mysticus; literalis siue historicus est, quẽm rei gestę narratio, ac uerborum series sub communi, & usitata uocum, siue propria

Sensus literalis uel Mysticus.

pria siue metaphorica significatione in exteriori literæ cortice representat. Duo tamen extrema vitia fugere oportet. Nàm aliqui adeò amplectuntur sensus mysticos, atque illis sunt addicti, vt, qui sensum historicum, ac literalem velit tractare à Christiana religione ad Iudaismum illis defecisse videatur. E contra, alij ita sensui literali & historico sunt addicti, vt mysticum sensum contemnere, & pro nihilo ducere credas. Huius insuper historici sensus est duplex varietas, uel modus proprius & Metaphoricus: Proprius est, quem uerba, ac nomina iuxta primam nudamque vocis significationem præ se ferunt, vt cum per vulpem, & lupum, animalia, quæ primum suis vocibus significantur intelligimus, Metaphoricus verò, quem voces transumptæ, & ad nouam significationem translatæ significant: vel quem figurata locutio circumscribit: vt cum in communi locutione voracem aliquem lupi nomine, & astutum quendam vulpis vocabulo designamus: vel cum in diuinis litteris Christus dicitur agnus, leo, petra, vitis, vermis, & id genus plura: quæ omnia Christo non propriè, sed per similitudinem quandam ascribuntur. Alter verò sensus mysticus, & spiritualis est longè secretior ac sublimior, qui non omnibus peruius est, sed in intima verborum medulla reconditus latet: non per verba sed per res ipsas significatus, vt cum per serpentem æneum, in ligno suspensum, Christus in cruce sublatus designatur. Vtriusque sensus discrimen docuit nos Paulus, Inquiens, Iudæos quotidie legere, & audire lectionem veteris testamenti iuxta literam: sed esse positum velamen super cor eorum, vt non intelligant spiritualem intelligentiam, quæ uiuificat: & ad Romanos scribens, ostendit legem de circuncisione, duplicem sensum habere; alterum iuxta literam, circuncisionem solius carnis significantem, cuius laus est apud homines: alterum iuxta spiritum præcipientem circuncisionem cordis, magnopere à Deo laudatam.

F

G

H

De duobus sacrarum expositionum generibus. Cap. XII.

I

AD horum igitur sensuum explicationem, duo inuenta sunt expositionum genera, Historicum scilicet, ac mysticum. Porrò historica expositio est, quę sensum historicum, siue literalem elucidat. Quo quidem sæpissime vsus est dominus noster Iesus Christus in enarrandis sanctis scripturis: ex quibus exempli gratia accipere possumus expositionem eius in legem Moysi, de dando libello repudij; quæ in Deuteronomio scribitur his uerbis: Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam in oculis eius, propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu eius: & dimittet eam de domo sua. Quam legem

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum perperam intelligerent Phariſæi, exiſtimantes Moyſen mandaſ K
ſe maritis, vt quacunque de cauſa vxores infenſas dimitterent, & al-
teram deducerent; Chriſtus eam iuxta veram Moſaycæ literæ ſen-
tentiam hunc in modum declarauit, inquiens; Moyſes propter du-
ritiam cordis veſtri permiſit vobis, dimittere vxores veſtras: ab ini-
tio autem non fuit ſic. Dico autem vobis, quia quicunque dimiſe-
rit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & alteram duxerit mæcha-
tur: & qui dimiſſam duxerit, mæchatur: quaſi dicere voluiſſet ſer-
uator noſter. Vos Iudæi genus hominum eſtis, beſtijs immitius, &
efferatius, ſine timore Dei, ſine dilectione, ac miſericordia: Ideo
vobis Moyſes permiſit quidem, ſed non præcepit repudiare vxores L
odio habitas, non tanquam aliquod licitum, ſed tanquam remedium
ad euitationem maioris mali paratum; ne odio, ac deſperatione in-
ſeparabilis coniugij adducti, ad cædem cõiugis vertemini. Semper
enim malum fuit, ob quamcumque cauſam repudiare vxorem, & al-
teram accipere, immo contra ipſam naturam matrimonij ab initio ge
neris humani conditam: cuius lex eſt. Propter hanc relinquet homo
patrem, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in car
ne una. Hæc igitur prima eſt, & ad primum diuinæ ſcripturæ ſen-
ſum pertinens hiſtorica expoſitio.

Alterum expoſitionis genus, quod myſticum, hoc eſt arcanum, M
ſecluſum, & ſpirituale dicitur, & ad elucidationem myſticorum ſen
ſuum, qui in ſancta ſcriptura clauduntur, neceſſarium eſt, tres parti-
culares explanationis ſpecies, ſiue partes præteriti, præſentis, ac futu
ri temporis differentiam diſtinctas. Allegorica præteritarum in ve-
teri lege vmbrarum, ac figurarum prænotiones, & præſagia manife-
ſtat. Tropologia, quæ in ſcripturis ſanctis geſta, dictaque ſunt, ad
præſentis vitæ moralem inſtitutionem conuertit. Anagogia ad futu-
ræ beatitudinis, & cœleſtis gloriæ ſublimiora myſteria animum ſu-
ſtollit. Tot igitur iuxta triplicem temporum partitionẽ ſunt ſpecies
myſticæ explanationis: cuius primam inuentionem Porphyrius, N
Chriſtiani nominis hoſtis, exiſtimauit ab Origene Adamantio profe
ctam. De quo vt Euſebius refert, ipſe in tertio aduerſus Chriſtianos
volumine, ſcripſit hæc verba. Adhærent Chriſtiani ſermonibus iu-
daicarum ſcripturarum; & ea, quæ Moyſes agreſti & ſimplici ſermo
ne conſcripſit, diuinitus ſancita, & figuris, ænigmatibuſque obtecta
eſſe confirmant, atq; vt ingentibus repleta myſterijs, exponunt. Cu
ius expoſitionis genus initium habuit à viro, quem ego, cum eſſem
valde puer, vidi, arcã totius eruditionis tenentẽ. Origenes hic eſt, cu-
ius ingens gloria inter eorum magiſtros habetur. Philo autem Iu- O
deus in libro, cui titulum fecit de vita theoritica, refert hoc genus ſpi
ritualis interpretationis lõgè antea vſitatiſsimũ fuiſſe apud Eſſeos,

viros

uiros apud hebræos religione & ſanctitate præcipuos: qui ab exor
ente diluculo uſque in ueſperum conſueuerunt dies integros im-
pendere lectioni diuinarum ſcripturarum; quas etiam ſummo ſtu-
dio ad ſpirituales, & allegoricos ſenſus, traducere conabantur. At nos
Chriſtiani multo rectius ac uerius credimus Chriſtum Ieſum, in quo
ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei, primum auctorem
fuiſſe huius reconditæ expoſitionis, primumque omnium oſtendiſ-
ſe nobis tàm per ſe ipſum, quam per diſcipulos ſuos unamquanque
P Myſticæ elucidationis ſpeciem.

Allegoricam explanationem edocuit, cùm loquens ad Iudæos de
Ioanne Baptiſta dixit Helias quidem venturus eſt, & reſtituet om-
nia: Dico autem vobis, quia Helias iam venit, & non cognouerũt
eum: ſed fecerunt in eum qnæcunque voluerunt: ſignificans his
verbis, Heliæ vitam in veteri teſtamento fuiſſe typum, & vmbram
vitæ Ioannis, qui ab exordio noui teſtamenti venit in ſpiritu & vir-
tutę Heliæ. Paulus quoque in epiſtola ad Galatas explicans allego-
ricè hiſtoriam duorum filiorum Abrahæ, ait: ſcriptum eſt quoniã
Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & alium de libera: ſed
Q qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt; qui autem de libera, per
repromiſsionem, quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc enim ſunt
duo teſtamenta &c. Si alias quamplurimas videre cupis vide librum
allegoriarum per totum.

Tropologia expoſitione vſus eſt redemptor noſter, cum hiſtoriã
pœnitentiæ Niniuitarum, & aduentus reginæ Auſtri ad Salamonẽ
ad exprobandos perditiſsimos mores, & obſtinatiſsimam incredulitatem Iudęorum deflexit, inquiens: Viri Niniuitæ ſurgent in iudi
cio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia in prædica-
tione Ione egerunt pœnitentiam, & ecce pluſquam Ionas eſt hic:
R Regina Auſtri ſurget in iuditio cum generatione hac, & condemna
bit eam, quia venit à finibus terrę audire ſapientiam Salomonis, &
ecce pluſquam Salomon eſt hic. Et Paulus in epiſtola prima ad Cor
hiſtoriam Hebræorum, qui in deſerto perierunt, ad mores accõmo-
dans, ait, patres noſtri, omnes mare tranſierunt, ſed non in pluri-
bus eorum beneplacitum eſt Deo, hæc autem in figura facta ſunt
noſtri, vt non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupi-
erunt. Neque idolatrę efficiamini, ſicut quidam ex illis, quemad-
modum ſcriptum eſt; ſedit populus manducare & bibere, & ſurre-
xerunt ludere. Neque fornicemur, ſicut quidam ex his fornicati
S ſunt, & ceciderunt vna die viginti millia. Neque tentemus Chriſ
tum, ſicut quidam eorum tentauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt
autem ad correptionem noſtrã, in quos fines ſæculorum deuenerũt.

Anagogica

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anagogica expositione vsus est Paulus in epist. ad Hebræos, cũ terram illam Palestinorum, patribus repromissam, adaptat ad pollicitationem futuræ gloriæ, inquiens, terram illam tantopere à patriarchis desideratam, & tot peregrinationibus exquisitam, non esse præsentem visibilem, terrenam illam regionem Cananæorum, sed futuram, inuisibilem, atque cœlestem patriam meliora habentem fundamenta, cuius Deus est artifex, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cœlestem, multis angelorum millibus frequentem. Tot igitur sunt sacrarum expositionum species.

Quomodo in vna eademque sententia plerunque cuncti sensus valeant reperiri. Cap. XIII.

T

SCiendum est autem, non solum omnia, quæ in sacris literis reperiuntur, vel per vnam, vel per alteram harum expositionũ apertè explicari posse; sed etiam quam sæpissime contingere, vt idem locus, ac verba diuinæ scripturę omnes istas expositiones simul recipiant: cuius rei aptissimum affert exemplum D. Eucherius, in libro spiritualium formularum, illustrans quadruplici expositione Aquarum nomen, quod in scripturis sacris est frequentissimum, his verbis; Quatuor sunt diuinarum expositionum genera, Historicum, Tropologicum, Allegoricum, & Anagogicum.

Historica Expositio.

Moralis expositio.

Allegorica.

Anagogica.

Historicè.

Tropologicè.

Historica expositio est, quę veritatem nobis factorum, ac fidem relationis inculcat. Tropologica, siue moralis expositio est, quæ ad uitę emendationem mysticos intellectus refert. Allegorica expositio est, quæ gestorum narrationem futurorum umbram prętulisse, demonstrat. Anagogica expositio est, quę ad sacratiora cœlestium figurarum secreta producit; hęc uerò ipsa subiectis planius manifestantur exemplis. Aqua, secundum historiam, elementarem aquam significat, quę terram alluit, & interluit, sicut in principio Geneseos: congregentur aquę quę sub cœlo sunt in locum unum, & appareat arida. Tropologicè, aqua tribulationes significat. Psalm. Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Et in Isaia, cum transieris per aquas, tecum ero: & flumina non operient te. Item sapientiã significat, dicente Salomone: Aqua profunda, verba ex ore viri, & torrens redundans fons sapientię. Item hæreses, eodem Salomone scribente, Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Item prosperitates mundi apud Ioannem, dicentem, omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Allegoricè, Aqua baptismum significat, de quo in Ezechielis volumine legitur, Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Item in Apocalypsi populos; Aquæ multæ, populi multi. Et

V

X

in Isaia

Y

in Isaia, Beati qui seminatis super omnes aquas. Item gratiam spiritus sancti apud Ioannem, si quis sitit, veniat, & bibat: & fluent de ventre eius flumina aquæ viuæ. Anagogicè, Aqua exponitur de æterna beatitudine, sicut in Ieremia; Me derelinquerunt fontẽ aquæ viuę, & in Apocalypsi Deducet eos ad vitæ fontes aquarum. Item de angelis in psalmo canitur; Aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini. Hæc Eucherius. Sed minimè prętermittendum arbitror, quod Aug. in lib. de vtilitate credendi ad Honoratũ c. 3. hæc genera expositionum, longe aliter, quam nos, & Eucherius distinximus, partiri videtur, hunc in modum loquens: Quatuor modi à quibusdam scripturarum tractatoribus traduntur legis exponendæ, secundum historiam; secundum allegoriam, secundum analogiam, secundum ætiologiam. Secundum historiam ergo traditur cum docetur, quid scriptum, aut quid gestum sit, quid non gestum sed tantummodo scriptum, quasi gestum sit. Secundum ætiologiam, cum ostenditur, quid qua de causa, vel factum, vel dictum sit. Secundum analogiam, cum demonstratur, non sibi aduersari duo testamenta, vetus, scilicet, ac nouum. Secundum allegoriam cũ docetur non ad literam esse accipienda quædam, quæ scripta sunt, sed figuratè intelligenda. His omnibus modis dominus noster Iesus Christus, & apostoli vsi sunt. Nam de historia sumptum est, cum

Z

obiectum esset, quod die Sabbathi discipuli eius spicas euulsissent. Non legistis, inquit, quod fecit Dauid, & qui cum eo erant? quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis manducauit, quos non licebat ei manducare, neque eis qui erant cum eo, nisi solis sacerdotibus? Ad ætiologiam verò illud pertinet, quod cũ Christus prohibuisset vxorem abijci, nisi fornicationis causa, relatumq; esset ab interrogantibus, Moysen, libello dato repudij permisisse licentiam: Hoc, inquit, Moyses fecit, propter duritiam cordis vestri. Hic enim causa reddita est, cur illud à Moyse prò tempore bene permissum sit, vt quod Christus præcipiebat, alia iam tempora demonstrare videretur. Ad analogiam pertinet, quod, cum Matthæus narrasset cædem infantium ab Herode perpetratam, protinus addidit facti huius cum dictis veteris testamenti comgruentiam, inquiens; tunc adimpletum est, quod dictum est per Ieremiã prophetam, dicentem, vox in ramà audita est, ploratus, & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos; & noluit consolari, quia non sunt. Ad allegoriam attinet, quod Paulus dicit ad Galat. scriptũ est, quod Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, alium de libera; quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc Augustinus. Vnde versus.

A

B

C

Litera gesta docet, quid credas allegoria,
Moralis quid agas, quid speres anagogia.

Hierony-

Sensus proprius & Metaphoricus.

Hieronymus verò aliquanto diuersius distinguere videtur hæc expositionum genera, dicens sic in 12. quæstione ad Hedibiam scribens: Triplex in corde nostro descriptio & regula scripturarum est. Prima, vt intelligamus eas iuxta historiam, secunda iuxta tropologiam, tertia iuxta intelligentiam spiritalem. In historia, eorum quæ scripta sunt ordo seruatur. In tropologia, de litera ad maiora consurgimus. & quicquid in priori populo carnaliter factum est, iuxta moralem interpretamur locum: & ad animæ nostræ emolumenta conuertimus. In spiritali theoria, ad superiora transimus, terrena dimittimus, de futurorum beatitudine, & cœlestibus disputamus: vt præsentis vitæ meditatio vmbra futuræ beatitudinis sit. Hactenus Hieronimus. Sed vt omnis, quæ inter hos patres videtur esse diuersitas, ad concordiam reuocetur: noscere oportet, eos de numero quatuor expositionum, nihil inter se dissidere: sed in solo partiendi modo differre: eam enim expositionum partitionem, quam Eucherius in quatuor membra distribuit, Hieronymus ad tria, Augustinus verò (quem nos secuti sumus) ad duo membra reduxit, eo modo, quo in subiecta figura apparet.

- Eucherij partitio quadrimembris. } Historica, Allegorica, Tropologica, Anagogica. Pertinet ad { Cognitionẽ, Fidem, Spem, Charitatem } Propriam Metaphoricã.
- Hiero. partitio trimembris. } Historica. Tropologica. Spiritualis, q̃ duplex est, uidelicet. { Allegorica. Anagogica.
- Aug. partitio bimembris. } Historica. Allegorica, quæ in lib. de uera relig. c. 50. 3. assignatur quarum. { Prima, figuras præteritorũ ad p̃sentia accõmodat, q̃ sibi nomen allegoricè retinuit. Secũda, ad mores, & aĩæ affectiones pertinet quæ dicitur tropologica. Tertia, ad incõmutabilem æternitatem extollit, quæ dicitur Anagogica.

Hæc de duobus sacrarum expositionum generibus, tàm ex Bibliotheca sancta, quàm ex alijs auctoribus, dicta sufficiant, vt in suis locis signata remanent. Ipse etiam F. Sixtus volens persuadere, quos diuinæ scripturæ expositores præ cæteris eligere ac parare sibi debeant studiosi sacrarum literarum, sic complexus est.

Historiam Hebræis, & Græcis fontibus hausta
Hieronymo disces duce.

Aegori as,

Allegorias, Anagogenq; recludent
Origenes, Ambrosius.
Exponent sensus formandis moribus aptos
Chrysostomus, Gregorius.
In dubijs altaque locis caligine mersis,
Aurelius lucem feret.
At breuis, & facilis non est spernenda tyroni
Lyrensis expositio.

Si de hac re volueris plura vide Vigueriũ instit. Theolog. de doctrinis & dogmat. Et Geor. Eder. lib. 1. Parti. Theolo. Tab. 43.

Notabilem admonitionem comprehendens. Cap. XIIII.

PRæter exempla & pronuntiata possunt ex auctoribus deligi similitudines, & collationes. (vt dictum est) ad persuadendũ, & docendum maiori cum perspicuitate, & facilitate: qua methodo Christus magister & seruator noster usus est. Idque duplici modo fieri potest, 1. Vt ea quæ rectè applicata erant, aduertendo cui materiæ congruant, verbotenus tantum describamus. Huiusmodi sunt comparationes, & similitudines, quales ex diuersis auctoribus extant in dictionario Berchorij, Basilio Magno, S. Ioanne Chrysostomo, Sũma prædicantium, & Libro cui titulus Similitudines selectæ alijsque id genus plurimis. Altero modo, cum legendo vires herbarũ, aut naturas animalium, aut rationem administrandæ Reip. domusque: propter similem inexistentem qualitatem, alio transferimus, ad persuadendum vt idem efficiatur, vel aduersum euitetur.

Exempli loco sit. Sublimes arbores, ventis huc illuc impelluntur, & siquidem non egerint altas radices exturbantur: sic tempestate infortunij, homines agitantur, & si leuiter Deo vniti sint, deijciuntur. Aliud exemplum, vt in naui gubernaculum amico, nauis ignaro non committitur: ita Reip. & populi administratio, amicitiæ, aut cognationis causa nemini permittenda est, sed aptitudinis. Immo ab eadem re possunt duci similitudines ad res diuersas, vt si æquiparemus lunæ varietatem, inconstantiæ vitæ humanæ, aut leuitati amentium. Huius rei facultas in eo uersatur, vt qui operam dat legendis libris, animum habeat præsentem: ita enim magnum cumulabit acerruum. Nullus enim liber tam malus est, quin suppeditet multas comparationes. ad vtilem aliquem finem spectantes. Comparatur id facilius paucis libris diligenter versatis, quam multis, qui onerant magis, quàm honorant. Eodem modo, facilius quis euadet doctus, & memoriæ prodest, ne distrahatur. Non est mihi animus damnare hismultitudinem librorum, liber enim librum, vt ansa ansam trahit. Plu

Universidad de Deusto
Biblioteca

res etiam translationes plus adiuuant intelligentiam, quam impediunt, si modo legentes negligentes non sint. Nam nõnulas obscuriores sententias, plurium codicum sæpe manifestauit inspectio. Nec tamen inficias ibo. Quod multi libri omnes ad lectionem sui inuitant, quod fieri nequit nisi velut canes è nilo currentes lambitant. M
Vita enim breuis. Hinc natum est adagium apud nostrates, quo petunt à Deo ne sibi negotium sit cum homine, qui vno semper uersatur libro.

Regulam compræhendit ad prædicta omnia accommodatam. Cap. XV.

MVltum augebit attentionem, & diligentiam nostram si nobis certò persuasum habeamus quod eo in posterum nobis peropus erit quod legimus, etiam si id nunquam futurum sit. Si enim ita in animum induxerimus, nihil temerè prætermittemus quod nobis aliquando inuestigandum existimemus cum periculo non inueniendi. Stylum etiam apprimè exercebit si eo proposito nostras meditationes literis mandemus quasi euulgaturi, & sic re ipsa comprobabitur quam iucundi sint acti labores, omnibus iam ad quamcunque materiam præparatis, & contra quam graue, & molestum reminisci quidem se legisse quidpiam rei de qua agitur congruum, cuius locum & modum obliuioni tradideris, & quod ait Poeta. Numeros nemini si verba tenerem. Acuet prætereà, nostram industriam annuus progressus quem hinc sentimus. Quoniam si quis prædicta seruauerit nihil transiliet quin semel atque iterum repetat, atque ita sponte insidebit in memoria. N

Nota.

De Pronunciatione. Cap. XVI.

VEntum est ad partem operis destinati longè grauissimam Pronunciationem, videlicet, Ea est vocis, vultus, gestus, & curporis moderatio cum venustate. Habet autem miram quandam in orationibus vim, ac potestatem, nam tanti res ipsa fit ab auditoribus, quanta cum dignitate ab oratore profertur. Obseruando, vt res tristes mæstè, lætas hilariter, formidabiles tremebundè dicamus, nam ita vt quisque audit mouetur: & pro asseueratione dicentis probationes ipsæ accipiuntur. Cum autem ad loquendum necessaria sit vox, opus est vt fauces per quas illa profertur sint integræ, id est, molles, ac lænes. Instrumenta eius sunt, prout recensent Quinctil. & Telmanus, lingua, palatum, dentes primores laterumvè, & pulmonũ vis. Duo autem potissimum, in ea requiruntur, vt sit. O

Pronũciationis laus.

} Clara, &
} Dulcis. P

VTrunque à natura proficiscitur, verùm eius bona, studio, arte, monitore, & cura iuuantur, ne præcipitetur, & properet, vti impetus cuiusque animi fert, sed vt ait Seneca, quemadmodum currere non debet, ita neque stillare, ne videamur ipsi nos audire, & circumspicere nostrum sermonem, nam tarditate illa extenduntur aures, affectus omnes langueſcunt, & auditores ipsi dum supini securique mouemus, nostra oscitatione soluuntur. Quis medicus ægrotos in transitu curat? nec vllam quidem voluptatem habet talis verborum ruẽtium strepitus: quemadmodum procliue currentium non vbi visum est gradus sistitur: sed incitato corporis pondere serpit: ac longius quam voluit effertur. Sic dicendi celeritas in sua potestate est: nec satis decora philosophiæ quæ ponere debet verba: non proijcere, & pedetentim procedere: perennis onda sit: non torrens. Circumspiciat se sermo noster & æstimet: & præbeat æstimandum: proferatur: malo quàm profluat. Nihil ordinatum est quod præcipitat & properat. Item remedia non prosunt nisi vbi immorentur. Præcipuum igitur est, vt rerum de quibus dicimus, & animorum habitibus accõmodentur. Hac sola facultate dicit Cicero. Catulos tantam de se existimationem excitasse, vt in omni sermone, & actione, exquisitissimo doctrinæ iudicio uti crederentur, licet reuera egregij prudentia, & scientia essent, attamen eodem tempore multi erant Romæ disciplinis excultissimi: qnorum fama non æque clarebat. Sed libet ipsum Ciceronem potius audire loquentem. Quid fuit in Catulis, ut eos exquisito iudicio putares uti literarum? Quanquam erant literati: sed & alij. Hi antem optimè uti lingua latina putabantur, sonus erat dulcis: literæ neque expresse, neque oppresse: ne aut obscurum esset, aut nimis putidum. Sine contentione uox, nec languens, nec canora. Verior oratio L. Crassi, nec minus faceta: sed bene loquendi de Catulis opinio non minor. Videre est præterea, quotidie multos concionatores tam reconditæ scientię, ut merito Bibliothecæ spirantes appellari possint: deformitate agendi infantes putari, & è diuerso infantes actionis dignitate eloquentiæ sæpe fructum ferre. Q R S T

Nota.

Epist. 32.

Secundò, in uoce spectatur, ut sit dulcis, non concitata, neque nimis exilis, neque nimis rapida, sed leuis, composita, & ordinata. Vt uideatur melle dulcius proflere. In egressionibus leuis, dulcis, continens: sed non semper uno uocis genere utendum: sed iuxta personarum, & partium orationis uarietatem mutari debet, Nam uarietas cum gratiam præbet, ac renouat aures, tum dicentem ipsum laboris mutatione refficit. Itaque perfectus orator, in diuersis rebus, vocis mutationes adhibebit. Si loquatur de rebus veris grauiter, si de fictis festiuè ducendum erit, cum decora omnium corporis partium com-

Vox dulcis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

positione, præsertim vultus, & manuum. At modus adhibendus ne histriones, aut mimi, non oratores uideamur.

De ratione co ncionatoribus in prædicando obseruanda. Cap. XVII.

ET si munus annunciandi verbi diuini, sit donum Dei gratuitò quibusdam impertitum, necesse tamen erit, exercitatione, & assiduitate excolere. Nam si uidemus cantatores quantumcunque excellentes, aut citharedos, aliosque dotibus eiusmodi præditos, post intermissum aliquandiu artis vsum, insolentiores ad eam tanquam de post liminio redire: quanto magis in præconibus euangelij istuc eueniet? Consulo igitur, ob eminentiam tanti officij vt, prædicatores antequam beneuolentiam & gratiam populi obtinuerint, rarò & non sine magna elaboratione concionentur. Nunquam verò extemporalem, & inpræmeditatam orationem habeant; nam ea plerunque auctoritas amittitur: dum quidquid in buccam venit effutitur. Videmus nonnullos, qui initio cum tædio, & nausea audiebantur, progressu temporis adeò gratiosos fieri studio, & exercitatione, vt auditoria semper habeant frequentissima. Eos verò, qui mediocri cum laude inchoauerant, paulatim ad summum progredi. Quo circa, nequit hac de re præceptum vniuersale tradi, sed elementa, & proficiendi viæ indicari possunt. Videlicet, vt ascendens suggestum gressu moderato, aperto capite, & flexis genibus incipiendi genus expectet. Quo præsente, stans erecto corpore, & compositis manibus, totum auditorium adspectu graui, & demisso hinc illinc speculetur: dum susurrus popularis conticeat. Sunt enim oculi pars corporis prætiosissima, & animi indices. Vbi omnes conticuerint, ambabus manibus detecto uerticè, magna cum veneratione se crucis figura signet: quo facto, eam utroque pollice exosculetur. Deinde tecto capite suum thema bis proponat, secundo in uernaculā linguā transferēdo, & salutato auditorio, flexis genibus nudoq; capite, serio & humiliter B. Virginem Mariā salutationi Angelica interpellet, atq; eius opem imploret. Finita oratione, impositō capiti tegmine, surgens in pedes, graui & submissa voce, concionem suam auspicetur. Nunquam innitatur pulpito, sed rectus consistat. Gestus vt plurimum dextero brachio fiant, absque crebris collisionibus, & concussionibus manuum: nisi res ipsa desideret. In asseuerationibus licebit indice suggesto admoto leuem complosionem edere, sed optimum est erigere brachium, aut digitum in hunc modum, vt patet in punitione Manasis regis Iudæ, propter peccata quando Dominus dixit. Ecce ego inducam mala super Ierusalem & Iudam: vt quicunque audierit, tinniant ambæ aures eius 4 Reg. 21. & Ie-

V

X

Y

Z

Modus incōcionādo seruandus.

Manuum gestus.

re. 19.

A re 19. Ecce, ego inducam afflictionem super locum istum: ita vt omnis qui audierit illam, tinniant aures eius. Tum etiam Iehu propheta, tractans peccatum regis Baasa, & domus ipsius subuersionem propter peccatum quo irritauerat dominum Deum Israël ait, Ecce, ego demetiam posteriora Baasa, & posteriora domus eius, & faciā domum tuam sicut domum Ieroboam filij Nabat 3. Reg. 16. Itē demetiam posteriora tua, interficiam de Achab mingentem ad parietē, & clausum, & ultimum in Israël 21. & 4. Reg. 9. vide ibi. Sunt enim exēpla ad propositum, notatu digna. Et etiam ipsa veritas Matth. 24 ait, Amen dico uobis, non relinquetur hic lapis super lapidē qui nō destruatur. Et ecce relinquetur uobis domus vestra deserta. Et alibi.
B venient dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. In enumeratione, aut diuisione facienda vsus erit manus, uel brachij sinistri. Cum loquetur de beatitudine, & fruitione diuina decorum erit oculos in cœlum tollere, exporrectis manibus, & palmis in suggestum labascentibus. Vt si proferat Dauidicū illud. Ego autē in iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor cum apparuerit gloria tua. Si loquatur de amore, de charitate Dei decens est & maxime commouet diducere manus supra pectus ac si vellet uiscera, & fibras conuellere. Execrando, vel detestādo quidpiam auertat uultum sinistrorsum obuersa manu dextera exporrecta: quemadmodum si recitandum ex
C Machab. Absit rem ipsam facere, vt fugiamus ab eis: & si apropiauit tempus nostrum moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ. Semper autem curet vt motiones corporis verbis accommodentur, ne in suggestu ludum gladiatorium, titubationes ebriosorum, gesticulationes musicorum, aut muliebres ineptias edat. Quoniam prædicator est grauis, & non præstigiator vel mimus. Quare perpetuam grauitatem præ se ferre debet eo loco, qui præter omnia alia grauitatem desiderat. Maximè autem cauendum est, ne referat aniles fabulas, & ioca (de quibus D. Bernardus loci sunt ioci, sed in ore sacerdotū sunt blasphemiæ) sed
D adferat argumenta firma deprōpta ex sacra scriptura, ex qua omnes indeficienter hauserūt, hauriunt, & hausturi sunt: aut ex orthodoxis, patribus, aut expositionibus doctorum quas Sancta Mater Ecclesia catholica Romana suscepit adductis auctoritatibus pariter cum locis, & nominibus, unde sermonibus magna dignitas accedit, modo omnia pro capacitate auditorū ordinētur. Si incidat in reprehensiones, id suppressis nominibus fiat præsertim uerò procerū, aut prelatorū, aut alicuius personæ publicę, ita enim iure sancitū est. Generatim itaq; illi uitia carpenda sunt: nā hoc in emendationē, illud autem in offendiculum cedet. Nunquā conuicijs aut maledictis agat, sed ipso
E sermone testetur nihil aliud sibi studio esse, quam vitæ morumq; in

Oratori cogitandū, ut pronūciatio tā gestu quā uoce ad affectū dicendi accōmodetur.

melius

Universidad de Deusto
Biblioteca

melius commutationem. Neque enim locus ille destinatus est passionibus animi prodendis, sed pronunciandis sententijs ueritati congruis bene præmeditatis & ante expensis, nec non eloquijs castis ad ædificationem populi declarando illis virtutes & uitia, vt admonet Seraphicus Pater Franciscus. Eoque modo, facilime populi gratiam, & fauorem conciliabit, cum animi sui tranquillitate, & proximi incremento.

Quantopere mansuetudine & affabilitate omni hominum generi opus sit. Cap. XVIII.

NEc cuiquam præsens caput parum ad rem videatur, nam supra dictis respondet, atque magnum pondus habet. Multi enim adeo immitem dictionem habent, vt non modo quæ ab illis dicuntur non percipiantur arrectis auribus. Verumetiam licet præstantissima sint respuantur propter acerbitatem orationis, loco assensionis repudiantibus auditoribus iudicando eum affectibus obnoxium. Nam esto concedamus Prædicantis esse reprehensionibus vti, velut Doctor ille gentium ad Timoth. scribit. Et Isaiæ Deus incidit, vt in modum tubæ exaltet vocem suam ad reprehendendum populum. Et licet vt adducitur ex Petro de Palu. teneatur prædicator impio indicare impietatem suam, etiã si ille non semper acquiescat: alias sanguinem eius dominus requiret de manu sua: sed condecet isthuc humaniter & comiter fieri. Nam eodem cap. Apostolus hortatur vt prædicatio fiat cum omni patientia. Miscendum est euangelizantibus oleum vino, vt prudens ille Samaritanus tam valde in Euangelio laudatus faciebat, ne scilicet immodica seueritas insit, aut profusa misericordiæ & bonitatis commendatione lmali in uitijs audentiores euadant. Qua propter danda est opera vt in ea commistione portio olei portionem uini excedat, quod nobis adumbratum est in Ecclesiastico vbi de non quærenda vindicta sed offensa remittenda agitur. Item dum præcipit Deus Moysi, vt vnguentarius conficeret odoramentum salubre, & odoratum simul, & vt curaret fieri thymiama per Myrepsum eius rei peritum, qui tam artificiosè condire nosset, vt odores incorrupti seruarentur. Inquam igitur vt semper in taxandis moribus pietas Iustitiam exsuperet imitatione Dei, de quo propheta spiritus sancto plenus præcinit; Miserator, & misericors dominus, longanimis & multum misericors, & alibi. Misericordia domini supra omnia opera eius. Præterea, scriptum reperitur, superexaltat misericordia iudicium. Summa ergo summarum hæc erit, concionatorem ea prudentia & benignitate præditum esse oportere, vt indulgentia matrem, & castigatione patrẽ

58. A.

2. Timo. 4. A 2.

Psal. 114.

Iacob. 2. A.

referat:

referat: qui ex hac charitate, & zelo gloriæ diuinæ animarumque salutis in liberos animaduertit. Quærebatur à D. Basilio magno, cuiusmodi animi affectione vti debet qui alterum increpat. Qui respondens ait. Quod quidem ad Deum attinet, ea, quam habebat Dauid, cum dixit, vidi præuaricantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Quod uerò ad eos, qui increpantur; eiusmodi quali uteretur pater & medicus, cum misericordia, ac lenitate, si filium suum curarei, & maximè si adesset dolor, & sine crutiatu adhiberi curatio non posset. Quis liberis melius consultum uolet, quam pater? Quid enim? An non pater filijs notam faciet ueritatem suam? Olim pietatis ac religionis magnifico splendidoque uocabulo simplex uulgus capiebatur. Quod putatis esse officium annunciandi uerbi diuini, est id, quemadmodum nostra quidem fert opinio, euangelium, & prophetas cum grauitate, & moderatione explicare: homines ad uirtutes conuertendo, & ad uestigia Iesu Christi cœlorum regis immortalis traducendo. Indignum quippe est, in cathedra, & solio diuino inaniter nugari, aut ex eodem ore calidum & frigidum spirare. Hoc innuitur nobis duabus tubis argenteis ductilibus, quas Iussit dominus Moysi, vt faceret, ad congregandum populum ad holocausta, & victimas, tum ad conuocandum multitudinem quando mouenda essent castra aduersus barbaros, vt uidelicet, prædicator neruos & blandiloquentiam in sacrarum literarum expositione adhibeat, extimulando pectora auditorum ad prælium contra Sathanam, carnem, & mundum: infensissimos animæ hostes, & uicissim ad cœlum conuocando per annunciationem iustitiæ, & misericordiæ, ne vel impij spe salutis destruantur: vel boni in tramite uirtutis torpescant. Debet itaq; diuinarum scripturarum tractator, & doctor, defensor rectæ fidei, ac debellator erroris, & bona docere, & mala dedocere: atque in hoc opere sermonis conciliare auersos, remissos erigere, nescientibus quid agatur, quid expectare debeant, intimare. Vbi autem beneuolos, intentos, dociles, aut inuenerit, aut ipse fecerit, cætera peragenda sunt, sicut causa postulat. Si docendi sunt qui audiunt, narratione faciendum est; si tamen indigeat res, de qua agitur, ut innotescat. Vt autem quæ dubia sunt, certa fiant, documentis adhibitis, ratiocinandum est. Si uerò qui audiunt mouendi sunt potius quàm docendi, vt in eo quod iam sciunt, agendo non torpeant, & rebus assensum accommodent quales ueras esse fatentur, maioribus dicendi viribus opus est, Ibi obsecrationes, & increpationes, concitationes & coërtiones, & quæcunque alia valent ad commouendos animos, sunt necessaria. Et hæc quidem cuncta quæ dixi, omnes fere homines in ijs, quæ loquendo agunt, facere non quiescunt. Sed cum alij faciant obtusè, deformiter, frigidè;

Verbi Dei prociamator tubis argenteis assimilatur.

De officio doctoris Christiani.

alij

alij acutè, ornatè, vehementer. Illum ad hoc opus vnde agimus, iam oportet accedere, qui potest disputare, vel dicere sapienter, etiam si non potest eloquenter, vt prosit audientibus: etiam si minus prodesset, quam si & eloquenter posset dicere. Qui uerò affluit insipienti eloquentia, tanto magis cauendus est, quanto magis ab eo in ijs quæ audire inutile est, delectatur auditor: & eum, quoniam diserte dicere audit, etiam verè dicere existimat. Aug. de Doct. Christ. lib. 4. c. 4. & 5.

Affabilitas nõ nudis uerbis, sed operibus perficitur.

Hæc affabilitas, de qua loquimur, non perficitur nudis uerbis, at, operibus coniunctis indiget. Vtroq; scatent diuini illi sermones S. Pauli, dum illos pleno ore, nunc fratres, nunc filios compellat. Vnde, honestissima consuetudo religiosis, & prædicatoribus apud Indos remansit omnes promiscuè fratris, aut filij nominibus uocandi. Nec refert, quibus honoribus, aut dignitatibus excellant, Idq; tàm in concionibus, quàm in familiari colloquio, quod illis pergratum est. Deniq; permulti tanta facultate dicendi naturaliter exornati sunt: vt in omni argumento de animis auditorum triumphent, ita enim illos impellunt quò uolunt, ut de ore illorum pendeant, idque sola propemodum benignitate, & modestia. Vndè, alij alijs in persuadendo albis quod aiunt equis præcurrunt. Bilioſi, impatientes, & iracundi, propter asperitatem orationis in agendo, & impellendo, oleum & operam ludunt. Alij hac venustate, moderatione, & lepore dicendi quiduis impetrant, & in suam sententiam quosuis inducunt. Homo enim, vt est animal generosum, compta, & miti oratione, mitescit; facilis, sequax, tractabilis, & quasi cereus ad omnia redditur. E diuerso immitibus, & duris uerbis, vsque adeò efferatur, vt nemo eum mitem mansuetumque reddere possit. Non equidem nego, uitia esse reprehendenda: quod antea exemplo Socratis probauimus, sed moderationem desidero, quæ præsertim in religiosis, qui tam excellentem vitam profitemur eminere deberet. Hæc lenitas, & mansuetudo in Christi doctrina tanta est, vt nihil addi possit, & si oculis internis inspiciamus & lustremus apparebit ea per totam vitę suæ seriem. Vt S. Paulus testificatur dicens. Apparuit enim benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, omnibus hominibus erudiens nos. Vt abnegantes secularia desideria iustè & pie viuamus in hoc sæculo &c.

Indos fratres aut filios vocamus

Homo compta & miti oratione mitescit.

Doctrinam singularem, continuando materiam affabilitatis, habens. *Cap. XIX.*

Rerump. rectores sunt veluti excubatores.

QVoniam nobis propositum est, omnibus documenta tradere: dico id maximè incumbere proceribus, ecclesiasticis, gubernatoribus,

bernatoribus, & administratoribus Ciuitatum, & Rerump. vt sint sidi rectores. Nam à Domino Deo tamquam excubatores, qui totum populum quasi è specula prospectarent, & iudicarent: parcendo subiectis, & debellando superbos constituti sunt. Erat Aegyptijs perelegans imago qua officium Regis aut principis designabãt: pingentes sceptrum cum oculo in eius parte superiori, nam sceptrũ baculus est regni insigne, quo Reges maiestatis gratia, vtebantur, & quia regum, & gubernatorum est vigilare, non inscitè barbari illi, in summitate oculũ depinxerunt, cuius partes sunt contemplari, & explorare inimicorum conatus, ne ab ijs ledamur. Cum occiso Saule, Deus ordinaret, ut Dauid in eius locum succederet: primates regni elegantissima metaphora illi suum officium significarunt, dicentes: tu pasces populum meum Israel, & tu eris dux super Israel. Duobus illum titulis honorarunt, qui, licet in speciem differre videantur, vnum tamen re uera denotant, vocando illum pastorem, & principem. Xenophon historicus grauis, inquit, olim Regis & pastoris idẽ fuisse officiũ: sine vlla differẽtia. Monẽtur. n. omnes quotquot familiam curant, aut aliud onus sustinent uigilãtiæ. Nemo obligationem mutuam regis, & subditorum melius explicauit B. Augustino, dum ait, idem esse munus regis, quod rationis in sensus quæ eodem dicente est contemplatio animæ uerum à falso, bonumque à malo discernens. S. Dionysius in quadã epistola ait sensuum, & appetitus esse rationi parere uelut subiecti suo principi, filij parenti, & magistro discipuli obsequũtur in omni negocio quo Deus, & proximi nõ offenduntur. Cæterum perneccssaria est clementia, & pietas, non solum ad bene imperandum, uerum etiam ad limites imperij extendendum: in quam sententiam Salomon dixit: clementiam sustinere solium regale. Vnde, cõsequens est, crudelitatem non solum diminuere imperia uerum etiam labefactare penitus. Erat perhonorificus titulus quo sacra scriptura reges Israel afficit, quod essent clemẽtes & mansueti nõ vero sæui. Huc nos maximè adhortatur S. Euangelium quod est, ut supra diximus gratissimus odor clementiæ non quẽ admodũ lex ueterũ dura insculpta lapidibus asperis. Ea virtute sicut testatur B. Aug. Romani rerũ domini effecti sunt; Illorũ enim cõsuetudo erat, cũ victis, & Romano additis imperio, leniter agere. Superbos verò & insolẽtes debellare. Virtus ea admirabilis, inquit Seneca, animũ frenis cõpescit, vt ei tãto nos mitiores præbeamus, quãto magis ira nos extimulat. Eãdẽ sententiã probauit Cic. eã virtutẽ eximijs laudibus efferẽs. Deniq; hęc animo suũ nomẽ, & dominiũ cõseruat, adfert secũ magnã tranquillitatẽ & arctissimè charitati coniuncta est: vt de ea loquitur S. Tho. & propterea magnæ est æstimationis. Profectò, magnã habet admirationẽ, quod infideles, duce sola natura, tãtũ huic

Aegyptij quomodo officiũ designabant.

2. Reg. 5. 2. 3.

Nota.

Xenophõtis dictũ mirabile.

Clementia quantopere necessaria. Pro 20.

Euangelium est clemẽtiæ odor.

Clementia quãtũ ualuit apud Roma.

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtuti tribuerunt. Electo rege Persarum omnia vectigalia, & census regni debitoribus remittebat, in clementiæ suæ argumentū. Conuenit itaque principes, rectores, prælatos, & ciuitatum, atque Reump. præfectos, id studio habere, vt in suis actionibus, consilijs, & deliberationibus hæc virtus eniteat. Licet enim decorum sit (postquam animæ rationem habent in Rep.) eos graues esse, debet nihilominus ea grauitas demissionem & moderationem habere admixtā R
Ioan. 13. a. in omnibus negotijs, actionibus, & dictis: Exemplo Monarchę nostri Iesu Christi, qui celeberrimo cęnæ suæ tempore, etsi esset Dominus, & præceptor, præsciusque proditionis scelesti Iudæ, tantopere tamen huius virtutis fuit obseruans, vt propria dextera suum corpus etiam illi perdito ministraret, & lauaturus pedes Apostolorum sūma cum submissione, & blāda oratione ab eo improbo lauandi cœpit initium. Idem propositum esse debet omnibus præfectis, & proceribus: vt in omnibus rebus agendis prudenter uersentur, & sine affectibus; qui animum impediunt ne possit cernere verum. Præcipuè spectare debet conseruationem, & amplificationem Reip. & S
utilitatem publicam, rerum necessariarum copiam, & affabilitatem erga vnumquemque.

Cic. lib. 2 of fic. Sed cum duplex sit ratio orationis, quarum in altera sit sermo, in altera contentio: non est id dubiū, quin contentio orationis plurimū possit, & maiorem uim habeat ad gloriam: Ea est enim, quam eloquentiam dicimus: sed tamen difficile dictu est quantopere concili et animos hominum, comitas, affabilitasque sermonis. Exstant epistolę & Philippi ad Alexandrum, & Antipatri ad Casandrum, & Antigoni ad Philippum, trium prudentissimorum (sic enim accepimus) quibus prępiunt, vt oratione benigna multitudinis animos ad beneuolentiam alliciant, militesque blando apellando sermone deliniant. T

De duabus obseruationibus & regulis pronunciandi. Cap. XX.

CVm omnia certis præceptis comprehendi nequeant, imitatione hac in parte opus est virorum prudentum, & politicorū. Hac causa leges scriptis proditę sunt, & libri compositi de regno administrando, mente verbis modratis, & beneuolis interpretanda, V
fine vocis, vultus, aut gestuum indecoro. Emicat enim ingenium uiri grauis in rebus arduis ex verborum, vocis, & vultus moderatione. Quia non est viri constantis boare, aut excandescere: sed continua, gratia venustate, & patientia in dicendo uti. Illis itaque uirtutibus, oratores, & concionatores decoratos esse oportet.

Primum

Primum, itaque rectè pronunciandi præceptum est, ut uox sit vbique sibi æqualis, & temperata. Vocis autem multæ sunt qualitates: fusca, plena, exilis, lenis, aspera, contracta, fusa, dura, flexibilis, clara, obtusa. Sed vna quæque habet sua extrema, & media. Præstantissima verò omnium est, vox clara. Altera bene pronunciandi X
præceptio est, vicissitudo & mutatio ne semper sibi vox consentiat, qua re obtunduntur auditores: sed modo insurgat, modo remittatur, pro opportunitate rerum & sententiarum.

Vox oratoris qualis esse debet.

Vox pro affectibus mutatur.

De diuisione affectuum & quomodo mouendi sunt. Cap. XXI.

ETiam si in qnarta huius operis parte: quid in affectibus mouendis fieri oporteat exequatur: hoc capite (prætermissis his quæ a Phil. copiosè traduntur) quo id modo consequi possimus præmonstrare visum est. Primum omnium affectuum commouen- Y
dorum laudes simpliciter & comparate prædicabimus: ijsque eloquentiam verè regi, & suas vires omnes diffundere, ob oculos ponere conabimus maximè cum huius negotij difficultas à pronunciatione dependeat. Sunt semperque fuerunt non parum multi qui se se huic negotio opponant: nihilominus cum magna ex parte traditum sit affectus partim magnitudine rerum, partim earundem præsentia oculis subiecta concitari: nunc altius omnis rei repetenda ratio est. Nam, vt Quint. verbis vtar, Cætera forsitan tenuis quoque & angusta ingenij vena, si modò vel doctrina vel vsu sit adiuta, generare atq; ad frugem aliquam perducere queat. Sunt qui satis peritè, quæ essent probationibus vtilia, reperirent: quos equidem non contemno, Z
sed hactenus vtiles credo, nequid per eos iudici sit ignotum: atque (vt dicam quod sentio) dignos, à quibus causas diserti docerentur. Qui verò iudicem rapere, & in quem uellet habitum animi posset perducere, quo dicto fluendum & irascendum esset, rarius fuit. Atq; hoc est quod dominatur in Iudicijs: hæc eloquentiam regunt Nāq; argumenta plerunque nascuntur ex causa, & pro meliore parte plura sunt semper: vt qui per hæc vicit, tantum non de fuisse sibi ad uocatum sciat. Vbi verò animis Iudicum vis afferenda est, & ab ipsa veri contemplatione abducenda mens, ibi proprium oratoris A
opus est. Hoc non docet litigator. hoc libellis non continetur. Probationes enim efficiunt sanè, vt causam nostram meliorem esse iudices putent: affectus præstant vt etiam velint. Sed id quia volunt, credunt quoque. Nām cum irasci, fauere, odisse, misereri cęperint, agi iam rem suam existimant: & sicut amantes de forma iudicare nō possunt, quia sensum oculorum præmit amor, ita omnem inquirendæ veritatis rationem iudex amittit occupatus affectibus: æstu fer-

Mouēdorū affectuum latus.

2. Rhet. ad Theodectē.

Lib. 6. inſti. c. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, & uelut rapido flumini obsequitur. Ita argumenta ac testes quid egerint, pronuntiatio ostendit: commotus autem ab Oratore Iudex, quid sentiat, sedens adhuc atque audiens confitetur. An cum ille, qui plerisq; perorationibus petitur, fletus erumpit, non palàm dicta sententia est? Huc igitur incumbat orator, hoc opus eius, hic labor est: sine quo cætera nuda, Ieiuna, infirma ingrata sunt, adeò velut spiritus operis huius atque animus est in affectibus. Horum autem, sicut antiquitus traditum accepimus, alios concitatos, alios compositos esse dicimus. Alios itidem esse affectus oratorum alios cõcionatorũ. Oratores enim ferè auditorũ animos ad cõmiserationẽ uel indignationẽ mouere solent. Concionatores vero ad amorẽ Dei, peccatorum detestationem & odium, spem diuinæ miserationis, Diuini Iuditij timorem, ad spirituale gaudium, salutarem tristitiam, diuinarum rerum admirationem, mundi contemptum, & cordis humilitatem mouere solent. Atqui quamuis rhetor per totius causæ corpus aspergi affectus, vbicunque rei magnitudo postulauerit, præcipiat: hoc tamen singulari ratione ad Christianum pertinet: cuius præcipuum munus potius in mouendis, quàm docendis auditorum animis positum est: cùm homines magis peccent affectu corrupto, quàm ignorantia veri. Affectus autem praui, velut clauus clauo, contrarijs affectibus pellendi sunt. Sed vt ad rem redeamus, vtriq; pro rerum natura concitandi sunt. Vbicunque enim aliquid in suo genere magnum, hoc est, vel maxime miserabile, vel admirabile, vel detestabile, uel indignum, uel etiam periculosum esse, fuerit argumẽtatione, vel quauis alia ratione comprobatum, tunc affectus, quos ipsa rei natura exigit, mouendi sunt. Exempli causa illud Lactantij aduersus gentes proponamus cum ait. At uero siquis grauis necessitas præsserit, tunc recordantur. Si belli terror infremuerit. Si morborum pestifera vis incubuit. Si alimenta frugibus longa siccitas denegauit: si tempestas: si grando ingruat: ad Deum confugitur. A Deo petitur auxilium. Deus vt subueniat oratur. Si quis in mari vento seuiente iactatur: hunc inuocant. Si ad extremam mendicandi necessitatem ductus: vitam precibus exposcit, Deum solum obtestatur per eius unicum atque diuinum nomen hominum sibi misericordiam quærit. Nunquam igitur Dei meminerunt: nisi dum in malis sunt. Postquam metus deserunt, & pericula recesserunt: Deo autem quem in sua necessitate implorauerunt, nec verbo quidem gratias agunt. Item Ber. Quanti te fecerit Deus ex hijs quæ pro te factus est agnosce: vt appareat tibi benignitas eius in humanitatem. Quanto enim minorem se fecit in humilitate: tanto maiorẽ exhibuit in bonitate: & quanto pro me vilior: tanto mihi charior. Aduerte homo quod limus es, & non sis superbus: & quia Deo iun

Affectus per totũ orationis corpus aspergendi.

Lib. 2. diuina Instit.

Ser. 22.

ctus es, non sis ingratus. Item alio modo: Qui dolorem capitis non patimur benigne: quomodo pro Christo capitis abscisionem pateremur? Qui flagellum timent: quomodo tormenta sustinerent? Seneca etiam inclamat: Non videmus quam multa nos incommoda exagitent: quam male nobis conueniat hoc corpus, nunc de capite, nũc de uentre; aut de pectore, aut de faucibus quærimur. Alias nerui nos, alias pedes uexant. Nunc deiectio, nunc destillatio, aliquando supersest, aliquando deest sanguis, hinc atque illinc tensamur & expellimur. Item famosorum palma certaminum Aug. uehementius assurgit cum insigne illud: In inferno nulla est redemptio, in sermone ad heremitas commemorasset sic dicens. In inferno nulla est redemptio: quoniam qui illic damnatus & demersus fuerit: vlterius non exibit. In inferno nulla est redemptio: quoniam nec pater ibi potest adiuuare filium: nec filius patrem. Ibi non inuenitur amicus, uel propinquus: qui ualeat, & argentum, & diuitias dare: quas nũc cõgregãt auari videntes pauperes inopia tabescere, & præinimia famæ & siti nuditatẽ & mortẽ incurrere, non poterunt sibi prestare aliquod refugium: vnde miseri præ nimia doloris magnitudine amarissime flentes: & præ angustia spiritu gementes: dicent in inferno. Quid profuit nobis superbia nostra? Diuitiæ? Honores? Dignitates? Luxuria? Gulositas? & omnes delectationes carnales quid profuerũt nobis? Ecce omnia transierunt quasi somnia & vmbra: & quasi non fuerint: & nos cruciatibus deputati sumus: & supplicijs æternis. In Inferno nulla est redemptio, quoniam ibi gemitus & suspiria, & non est qui misereatur. Ibi est dolor & planctus, & clamor & non est qui audiat? Demum Gre. & vitæ meritis honorandus atq; in ethicis assertionibus penè cunctis meritò præferendus: magnum Inferni timorem, maximam quod huius tantæ rei admirationem stuporemq; his verbis testatus est. Horrendo modo fit miseris mors sine morte: finis sine fine: defectus sine defectu: quia & mors semper vivit: & finis semper incipit: & defectus deficere nescit. Mors perimit, & non extinguit, dolor cruciat, sed nullatenus pauorem fugat: flamma comburit, sed nequaquam tenebras excutit. Sic etiam Ptinns inclamat. Quidquid ad toleranda inferni mala descendit, nequaquã vlterius ad lucem redibit. Quia nequaquã vltra misericordia parcentis liberat: quos semel in locis pœnalibus iustitia Iudicantis dãnat. Isid. his uerbis etiã in cãdescit. Intẽde nũc quascũq; sæculi pœnas: quoscunq; tormẽtorũ dolores: quascũq; dolorũ acerbitates: & cõpara totum huic gehẽnæ: & leue est omne quod pateris. Ignis gehennę lucebit miseris ad augmẽtũ: vt videãt vnde doleãt, & nõ ad consolationẽ ne videant unde gaudeant. Sed quoniã affectus (vt Phil. aiunt) partim magnitudine rerũ, partim earundem præsentia oculis subiecta concitantur.

Hugo. De claust. animæ.

Epist. 122.

Inferni consideratio.

Lib. 9. moral.

De Meditatione gehẽnalis supplicij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illud amplificatione, de qua postea, hoc descriptione rerum & personarum fit. Hæc tamen prima admonitio sit, vt cum alicuius rei tractatione auditorum animos afficere volumus, eam rem maximum in suo genere ostendamus, eandemque (si natura rei patitur) velut oculis spectanda proponamus. Huius rei commodissima exempla prebet Iosephus in libro de bello Iudaico. describens Victoriam contra Chananæos, ciuitatisque Ierusalem euersionem ciuium suorum, & Palestinarum ac aliorum calamitatem, lege ibi. & de his pro nūc satis. Denique, tota uocis ratio ad effectus animi attemperanda est cum debita uultus, gestuum, & corporis compositione. Hæc pauca pro tertia parte dixisse atq; edidisse uolui, ne cuipiā fortasse inuidere videar, si hunc nostrum instituendi modum voluerit sectari. Complura præcedunt, quæ duce tamen exercitatione, facile, percipiuntur, ante quàm ad inueniendi & disponendi cognitionem verbi Dei proclamatores perueniant. Vnde circa huiusce modi pro exercitamenta, & rhetorices principia, quæ sunt ueluti radices, a quibus trunci, raimi, frondes, folia, flores, & demum vberrimi lætissimique fructus proueniunt. Accipite igitur æquis animis sicuti vobis offertur.

Lib. 5 c. 5.

L

SIT LAVS DEO AMEN.

RHETORICAE CHRISTIANAE PARS QVARTA.

CONTINENS GENERA CAVSARVM ORAtoris officium numerosamque de astrorum apud indos: eorumq; ritus, quibus quidquid in nouo illo terrarum orbe memorabile est, explicatur.

De tribus causarum generibus. Cap. I.

A POSQVAM abundè traditum est, quid sit Rhetorica, quæ sint eius partes & diuisiones, sequitur, vt de tribus causarum generibus instituatur oratio. Sunt autem.

Demonstratiuum, Deliberatiuum, Et Iuditiale.

B Demonstratiuum est quod tribuitur in alicuius certæ personæ, loci, vel rei laudem, vel vituperationem. Huius generis est 2. illa Pauli ad Cor. vbi ipsos consolatur: vt enim in priori quorundam animos errorum explicatione exacerbarat, ita hic pœnitentia secuta laudat eos, & mentes solatur afflictas, has subinde inculcans sententias ad quas referri posse videntur pleraque in hoc scripto expresit. Quales sunt: Deum suorum esse & liberatorem, & consolatorem. Literam quidem occidere, spiritum autem viuificare. Per vasa humilia & fictilia Deum sepe magna efficere. Hic nos exulare, vt in cœlo æternam obtineamus mansionem. Tristitiā, quæ est secundum Deum non carere consolatione: & similia quæ diligens lector per discursum inserta hic & alibi deprehendet. Deliberatiuum est, quod in consultatione positum habet in se suasionem vel dissuasionem. Scopus eius inter candidos christianos est ad virtutem exhortatio. Quo circa aduertendum populum vtilitate omnia probare & metiri vt etiam colligi potest è 2. ad Cor. Nam apologetica, id est defensoria est, qua contra pseudo Apostolos falsas criminationes defendit & se, suamque doctrinam, Corinthios, vtpote in quorum vtilitatem redūdarit hoc totum, quidquid dictum factumq; fuerat. Iuditiale habet in se accusationem & defensionem: eius finis iustorum & iniustorū

C quæstione continetur. Huius generis est epistola Pauli ad Hebræos.

Deliberatiui Generis scopus.

Tota

Universidad de Deusto
Biblioteca

Parti. Theolo. li. 4. Tab. 155. & sequẽtibus.

Causarũ Genera quomodo dignoscũtur.

Exordiũ ab affectu uel obligatione.

Tota enim in contentione uersatur. Intẽdit Apostolus principaliter Hebræos in puritate fidei Christianæ confirmare, & à legalibus obseruantijs, quibus adhuc detinebantur, prorsus auellere ex collatione, seu cõparatione Christi ad Angelos, Moysen, Aaron, Reliquos patriarchas & prophetas, quos illi legis suæ iactabant auctores. Deinde euangelicæ ueritatis, & fidei efficaciæ ad umbram, tàm legis, quã cerimoniarum. Causarum genera facile dignoscũtur natura, genere, & vniuersa re cognita de qua agitur. Aliquando enim, congratulamur cuipiam lœtos successus, cum quo nobis est negotium, aut nobis eos obstringere studemus verbis lenibus, & blandis, & hoc est demonstratiui generis, quod alioquin ab excellentiori parte laudatiuum dicitur. Nam eo vtimur in laudatione sanctorum hominum, templorum, ædificiorum, locorum, prouinciarum, artium, scientiarum, aliarumque rerum inanimatarum. In hoc genere exordimur ab affectu aut obligatione. Vt si aliquam ciuitatẽ subeat Prorex, aut Prælatus, aut Princeps pro nostro affectu ut in encomijs iuris prudentiæ, Theologiæ, Methematices, quod earum capimur studio. Ex parte auditorum ostendendo commodum aut incommodum quod ad eos dimanare possit. Quod necesse est, aut ex ipsis rebus demonstrare, aut ex uicinis, & connexis ipsius hauriendum, & hoc loco si utilis est res amplectenda proponitur, si inutilis excusatur, aut ab ea auocatur, exaggerando, & amplificando singula eo quo dictum est modo. Narrationi hac in causa nullus est locus, vt docent Arist. & Quint. Inchoatur enim ab vniuersali aliqua propositione, & eam sequitur continuatio ipsius explicationis, narrando dicta aut facta memorabilia personæ quam commendamus, aut rerum inanimatarum raram & admirabilem naturam. Huius generis laus ex tribus potissimum temporibus sumi potest à præcedenti. Altero, quo ille vixit. Tertio, quo mortem est consecutus, primo autem tempore cosiderantur patria, parentes, maiores, quorum aut nobilitati respondere, aut obscuritati lucem afferre pulcrum est. Huc pertinent oracula, & responsa diuina, a quibus conlaudari possunt Isaac, Iacob, Ioannes Baptista, multique alij uiri sanctissimi, quos parentes assiduis precibus à Deo impetrauerunt: de quibus ante quam nascerentur, multa præclara dictu fuerunt. quem locũ præclarissimè tractat D. Bona. Seraphicum patrem Franciscum laudans. Franciscus (inquit) de uallis Spoletanæ partibus ciuitate Assisij trahens originem primumq; Ioannes uocatus à matre, de hinc Franciscus à patre uocationis quidem paternæ uocabulum tenuit, sed & rem materni nominis non reliquit. licet enim inter uanos fuerit hominum filios iuuenili ætate nutritus in uanis, & post aliqualem literarum notitiam lucratiuis mercationum deputata negotijs: superno tamen sibi assistẽ

D E F G H

te præsidio nec inter lasciuos iuuenes post carnis petulantiam absit, nec inter cupidos mercatores sperauit in pecunia & thesauris. Hoc tam ex patrio solo quàm ex parentum educatione donec facta manu domini super eum clarificatus fuit quatenus sancti spiritus vnctione. Tempore quo uixit. Insignis sectatu crucifixi Iesu, vir Dei Franciscus, à suæ conuersionis primordijs tanta disciplinæ rigiditate carnem crucifigebat cum vitijs, motusq; sensuales tam stricta frenabat modestiæ lege: vt vix necessaria sumeret sustentationi naturæ I Ecclesiæ. Quo mortem est consecutus inter alia sic ait: Decubam sic in terra, & puluere nudatus athleta, manu sinistra dextri lateris uulnus, ne videretur, obtexit: facieq; serena solito more leuata in cœlum, intendens illi gloriæ totus magnificare cœpit altissimum, pro eo quod expeditus ab omnibus liber iam transiret ad ipsum. Hora deniq; sui transitus iam instante: omnes fratres existentes in loco ad se fecit vocari, & eos consolatorijs verbis pro sua morte de mulcens paterno affectu ad diuinum est hortatus amorem. Possessionem quoque paupertatis, & pacis Hereditaria ipsis successione relinquens & legans, vt se ad æterna protenderent, ac contra mundi huius munirẽt K pericula, vigilanter admonuit: & ad crucifixi Iesu perfecte sectanda vestigia omni qua potuit, efficacia sermonis induxit. Circumsedentibus verò filijs coram pauperum patriarcha, cuius iam caligauerant oculi non senectute, sed lachrymis: vir sanctus œcutiens, & morti iam proximus extendit super eos manus in modum crucis brachijs cancellatis, pro eo quòd hoc signum semper amabat, & omnibus fratribus tàm presentibus, quàm absentibus in crucifixi virtute, ac nomine benedixit. & multa alia quæ in legenda poteris videre.

Proponuntur succincta huius generis exempla. Cap. II.

L ITem ad confirmationem vtriusque eorum quæ prædicta sunt, ex Historijs hæc laudis exempla etiam duximus adducenda. Inter fortia facta quæ de Iulio Cæsare prædicantur omnium apparet mi nì summum, & præter cætera me maximè stupefacit: quod tam sublimi spiritu præditus fuerit, vt animo conciperet posse se vniuersi terrarum orbis totiusque Reip. Romanæ imperium consequi: sicut ab eo posse in effectum, & executionem deductũ est. Subiecta sibi Rep. omnium aliarum principe, & quidquid illa sibi continuis septingentis annis pepererat. Narrationis rerũ stupendarum, & frequentium hoc esto exemplum, vt si de prouintia Chichimeca dicamus M adeò abundare argento, vt ea sola suppeditet quantum in Hispaniã opum defertur, gignere homines tam robustos & pernices, vt non tantum viri, sed fœminæ quoq; duplomaiores sarcinas humeris one-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rent, quam nostrates & quidem longiore via portare. Item viros esse tam bellicosos & animoso pectore, vt nudis corporibus arcu, & sagitis, modo armati, se militibus bene accinctis & armaturis bene instructis, opponere audeant, celeritate omnino ceruina. Interdum, aliquid serio postulamus, vt si dicatur; exeundum est mihi hanc ciuitatem, partim, quòd omnium primum est, quod multis de causis animæ tranquillitati consulr nequeat, qua perturbata, Deo frui, impossibile est, quia nunc parentes, nunc amici, nunc noti sunt importuni: nos autem animo esse tam misericordi vt non possimus non suscipere ex illorum rebus aduersis ægritudinem: quæ præsentes male semper habent, remotos autem & longe disitos minus angunt. Aut verò consolamur, aut suademus: quod est proprium generis Deliberatiui, Alias reprehendere, accusare, conuincere taxare, aut purgare personam, vel rem necesse est: quod ad genus iudiciale pertinet. Distinctio harum causarum sic optimè prisci colligebant: Oratoris munus, aut in iudicio, aut extra iudicium versari. Forense verò, illud genus dicendi simplex esse & postulationem, responsionem, accusationem, vel defensionem complecti. Extra iudiciale autem, vel ad præteritum vel futurum tempus attinet. præterita laudamus, aut uituperamus, de futuris consultamus, & deliberamus.

Causarum distinctio.

N

O

Explicatur quid sit Genus demonstratiuum. Cap. III.

Generis demonstratiui definitio.

GEnus demonstratiuum est, quo auditorum animi delectatione, iucunditate, voluptate, & suauitate deliniuntur. Definitur autem hoc modo: Genus demonstratiuum est, quod attribuitur in alicuius certæ personæ laudem, vel vituperationem. Hoc genere sæpissimè vsi sunt sacri Doctores in Sanctorum Encomijs, vt populos ad eorum imitationem excitarent: tyrannos Diaboli ministros & peruersos homines vituperantes. vt fecisse legimus Theologus eloquētissimus, & Demosthenes Christianus Greg. Nazianzenus in orationibus contra Iulianum. Vndè, eius eminentia supra alias causas satis percipitur, quia representat perfectionem, imperfectionem, & species virtutum, deformitatem vitiorum, instituit collationem bonorum & malorum. Estque latum genus & varium, vt quod ad laudandum claros viros, & ad improbos, turpes, atque infames vituperandos suscipiatur: enumerando facinora bona siue mala, insignia facta, acta memorabilia, virtutes vel turpitudinem cum examinatione circumstantiarum, personæ, temporis, & loci, vna prædictarum trium rationum. Adhibetur præterea, ad rerum ipsarum laudem vel vituperationem, vt si propositum fuerit efferre vel carpere alicuius nationis ritus & mores; Exempli gratia, si cui in animum sit In-

P

Q

dos infidelitatis criminari. Cuius rei efficiendæ gratia aduertendum est. Non omnia tam euidenter & perspicuè narrari posse atque is, qui de illis agit desiderat, vel in animo concepta habet: maximè si breuis esse laboret. Quamobrem ad euitandum confusionem, & gratificandum illis, qui res non contemplati sunt. Visum est mihi, præmittere quandam admonitionem, quæ rectius percipiendis negotijs Indicis, quæ postea declarabimus & omnibus illorum ritibus deseruiat.

Historia.

R

Præceptum: ad faciliorem perceptionem rerum Indicarum, de quibus exempli loco agitur. Cap. IIII.

CVM inter omnes euentus & successus Christianorū ex quo Deus vniuersum cōdidit: nullus æterna memoria dignior sit, in quoque sua maiestas clementiam tantam excreuerit atque fuit conuersio, pacificatio, & conciliatio nouorum orbium nouæ Hispanię. Ideo animus est, hoc loco, eorum consuetudines & cærimonias inferere, vt ex effectu causa apertius intelligatur. Aio itaque, Indigites illic varijs & diuersis ritibus in sacrificijs & cultu Diabolorum & Idolorum vsos fuisse. Consistit autem ea diuersitas, in varietate rerum, quas adorabant, conuenientibus illis, alioqui, in cultus & reuerentiæ ratione. Nam extruebant templa sumptu & arte admiranda, quæ vt plurimum, fiebant opere plano vel leuigato: intus pariter & extra, tanta firmitate & soliditate, vt quotquot hodie conspiciunt admiratione capiantur. In ipso ordine structuræ, varietate, & situ vel posita nulla apparebat comissura aut iunctura. Imponebant fundamentis fortissimis lapides plani & æquales affabre cæsi, & singulos ordines lapidum ea proportione distinguunt, vt incipientes principio ab immensis lapidibus fastigiatim minores magis magisque superstruant: idque ad amussim, & perpendiculariter, & sic fastigia summa in minutissimos lapillos desinunt, vt eorum exiguitas omnibus incutiat stuporem in ædificijs illis amplissimis & superbissimis; conficiuntur ex ijs lapillis quasi labyrinthi & inflexus pauimentorum ob varietatem, vocantur à Castulonensibus pidras locas, ab Indis tetzontli: si calce astringantur tam firmiter coalescunt, vt rupis videatur, neque scalpris, neque alijs ferramentis deiungi possint, ne crenæ quidem aut fissuræ edi. Ex eiusmodi lapidibus hodie constructę sunt ædes Hispanorum, & olim tempore infidelitatis palatia summatum Indiæ, & licet plurimum aliæ ædes ex lateribus non coctilibus at Sole duratis confectæ essent ad altitudinem tamen vlnæ supra fundamentum lapides magnificentios eminebant. Domus Hispanorum sunt in præsentia sumptuosissimæ, & splendidissimæ, nec

S

T

V

Ritus indorum noui orbis.

Structura tē plorum.

Hispanorū existentium in India domus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

munitæ atque commodę admodum architechtonicè & ad perpendiculum confectæ. Suntque tectæ delapidatis uel stratis propter imbricum ac tegularum pænuriam ea æqualitate, ut per tecta sine ullo impedimento ex ædibus ad finem plateæ ingredi liceat, quæ res tantũ ornamentum & amplitudinem ciuitati Mexicanæ cõciliat. Templa passim in colliculis ab ipsis congestis sita sunt, quæ pyramydum Aegyptiacarum formam præ se ferebant. Hispani, Cues uocant, erant ea elegantissimis cincta circuitibus, cancellis, & transennis præclusa gradibus artificiosis & uariegatis. Habebant præterea, aulas & porticus magnificentissimas una cum habitationibus insignibus pro Idolorum pontificibus, & custodia cemeliorum. Aulæ cum laquearibus erant atræ, & colore fuscioris purpuræ ob uaporem resinæ abiegnæ qua candelarum, cereorumque loco utebantur. Nam cum deessent illis camini fouebant perpetuum ignẽ in medio aulæ non tã necessitatis quã magnificentiæ causa. Exornabantur eadem templa uiridarijs, fontibus amenissimis, balneis calidis, aquis stagnantibus, & hortis uiridissimis, floseulis & arboribus amœnis. Habent autem flores eximios odoratos & uarios. Semper autem in illis plantabant magno studio arbores ualde patulas & umbrosas, usque adeo, ut in uno umbra mille homines agere possint, eo modo, quo Indi sedent. Quamuis autem sterilis, & infrugifera sit ea arbor, est nihilominus in tãto pretio, ut in comparationibus à maiori plerunque ab ipsa collationem ducant. Vocant autem illam Indi ahuehuetl, Hispani arbor de parayso, mihi autem non eiusdem generis esse uidetur. Toto anno uirides manent, sunt platano persimiles, nec tamen plane eiusdem naturæ, ut in catalogo uariarum rerum noui orbis explicaturi sumus. Pontifices tẽplorũ religioni deuoti sub ijs residebãt. In ipsis porticuum muris erant sedilia fabricata humilia terræq; uicinia, erant illis quoque sellæ plicatiles cum suis fulcimentis ex iunco pictis & diuersicoloribus; uarios enim colores iunctis inducunt. Habent insuper, alia sedilia lignea depicta multiformiter, arborum & uolucrum figuris: & hæc loca nitidissima erant omnia utpote destinata eorum tripudijs & choreis.

Templi vbi constructa erant tempore Infidelitatis.

Sedilia Indorum.

De modo quo Indi choreas & tripudia ducebant. Cap. V.

OMnes in illis saltationibus alacriter & decorè saltabant, ut postea dicemus, Nobiles induti amiculis gausapinis cum fimbrijs elaboratissimis, quibus se cingebant uerecundiæ causa: & in ijs conficiendis mulieres cum summa industria uersabantur, & attexebãt longas oras ex eodem gausapo uel pẽnis auiũ, (res uisu miranda) utebantur armillis aureis & argenteis & onustis gẽmis, aut plumis pretiosissimis. Vulgus induebatur personis ex pennis, papyro, uel

Sub unius arbor sumbra possunt mille homines sede.

Ordãdi modus ad tripudia.

Vulgi ornatus.

uel animalium tergoribus quibus toti cooperiebantur. Erant uerò studiosiores multitudinis quam honestatis. Illa verò tripudia sunt inprimis memorabilia, nam cum tantus esset populi confluxus omnes tamen ad eosdem numeros & sonos pariter cantabant & saltabant nec obstabat uaria soni muratio. Quocirca inuictissimus Imperator Carolus V. cum oretenus audiret illam saltantium multitudinem, & paritatem in mutationibus, animum inducere non potuit dum in Valle Soletana specimen eius rei coram eo ederetur: cuius ipse cum suis primatibus toto promeridiano tempore spectator fuit. Solebant ante susceptam fidem Christianam mulieres etiam sese immiscere, sed post conuersionem, ne per somnium quidem isthuc facerent.

De ornatu Templorum Indiæ. Cap. VI.

ERant vsque adeo solliciti in exornandis templis ut ea decorarent pretiosissimis lapillis, & parietes aulæ is belluatis coloribus uarijs insignibusq; intextis parietes insternerent. Decorabant insuper uarijs auium plumis, necnõ magnis argenti auriq; põderibus quibus ipsum Idolum præcipuè onerabatur, Idola ista vt plurimũ ex ligno fabricabant excelcissimæ staturæ instar Gigantũ, alia ex lapidibus conficiebãt non absimilia Romanorũ statuis, nisi quod magnitudinis essent infinitæ. Faciebant interdum imagunculas quæ erant velut Icones & toreumata paruas hasce in lapillis prætiosis sculpebant, illas verò, prægrandes ex cõmunibus saxis faciebant, easque excauabant ut ex illis falsi mystæ oracula redderent. Imagines postea insigniebant plerisque locis vnionibus margaritis & circundabant aureis torquibus illiquefactis ipsis corporibus insculptis etiã auibus, serpentibus, animalibus, piscibus, & floribus more Mosayco Cyrneis, smaragdis, onychinis, amethystis, & alijs inestimabilibus lapillis diminutis, quibus exquisitissima opera fiebant, extantibus ubique unionibus, & alijs inæstimabilibus ornamentis. Sedes illorum Idolorum, ut diximus, primaria templa & in ijs seorsum adyta uti secretiora sacella erant. In maiore horum adytorum locata erat mensa quadrata magna & splendida, habebant singula latera longitudinem trium ulnarum, non absimiles lapideis illis, quę inter Romana monumenta adhuc seruantur: nisi quod erant unicolores, singuli anguli erant crassi tres vlnas plus minus, subnitebantur quatuor animalibus, tanquam columellis. Conscendebatur ad eas per gradus uiginti, qui tamen uel plures uel pauciores interdũ erant. Erant eiusmodi scalę appositę ad singula quatuor latera. Vnicuiq; angulo mensę imponebatur unum thuribulum, ut essent numero quatuor, & ea comparabantur ad ipsius templi similitudinem,

Idolorum materia.

Sacrificiorũ mensa.

neque

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque enim omnia templa similis erant structuræ. Fiebant igitur nonnullis locis ex argento, nonnullis ex auro vel peregrinis lapillis immensi valoris quales sunt smaragdi, aspides, sardonici, & id genus similes. Eiusmodi verò gemmea thuribula maxima arte elaborabantur, ne quid auri argenti vel alterius cuiusquam metalli admisceretur. In istis mensis vel gradibus donaria sua collocabant singuli, pro suis facultatibus, qualia sunt aurum, argentum, stragula, aues, edulia, vel aliud quid de suis thesauris suppeditabant, homines immolandi, vel sponte sua se sistebant, qui se publicæ vtilitatis causa (quam illi sibi fingebant) deuouerent, vel sortibus ductis legebantur, vel ipsa Idola sibi optabant aliquem pro affectu & maleuolentia summorum Pontificum, vel inuiti compellebantur, vtpote, mactando eos, qui ab hostibus capti erant in prælijs, quibus vicissim sæuiebant.

Hominũ Immolatio quo modo fiebat

G

De numero Deorum Mexicanorum, & de consuetudine hominum immolandorum apud illos. Cap. VII.

VT liquidius cognoscatur ferocia & infœliciſsima cæcitas & seruitus illorum barbarorum, quibus, propter ingentia sua peccata mancipati erant: visum est hoc loco recensere multitudinem Deorum quos colebant. Perhibent Mexicæ fuisse bis mille Deos, qui vt plurimum ex ligno, saxis, aut luto formabantur (vt dictum est) quorum alij erant solidi, alij concaui. In concauis latebant sacerdotes oracula reddentes, eoque modo plebeculam decipiebant. Erant fere longitudine & altitudine Gigantum, positi in dextera templorum parte, (sicut Christianorum summa altaria) in ipsis parietibus excauatis. Quorum altitudo æquabat pedes Idoli planitiei mensæ in qua sacrificabatur, & si tantum intercapedinis esset inter Idolum, & mensam, quantum loci istæ scalæ occupabant. Istud Idolum homines immolandum expoſcebat eiusque voluntati ex templo mos gestus est. Illi verò, qui designati erant oraculo, vel sortilegio, solemnijs ceremonijs, & apparatibus, vt plurimum coronati (maximè si propter salutem communem offerrentur) deducebantur. Vbi ad aram peruentum esset cum saltationibus & iucundiſsimis modulationibus mactabantur. Ad cuius rei executionem imponebantur prædictæ mensæ, tunc primum illis cor eximebatur, pectore inciſo, nouaculis vel cultellis lapideis: Quo facto, cor Idolo sacrificabant, modo ori cochlearibus ad id ex præstantiſsimis lapillis confectis intrudentes, modo in manibus imponentes. Interdum verò, in paropside coram illo collocabant, parietes templi humano sanguine aspergentes. Mortuo corpore, per illos gradus deijciebatur, quod acceptum, amici in suis porticibus, quas in eum vsum haberent sepeliebant. Si verò

H

Mexici fuisse bis mille Deos.

Modus mactandi homines.

I

K

uerò essent ex nobiliori genere concremabant magnis cærimonijs. Eiusmodi victimæ apud illos erant adeo usitatæ non minus Indigenarum quam uictorum, ut quisquis eo destinaretur nullam effugiendi ansam haberet: Interdum uno tempore uidelicet, in sacris, vt ipsi falso putabant, suis anniuersarijs quindecim uel uiginti millia hominũ eo modo cædebantur. Intellexi ipse ex quibusdam senibus indigenis in templo Tetzcuctzingo, distante medium milliare Tetzcuco, quod erat omnium templorum famoſiſsimum, cuius in hunc usque diem uestigia conspiciuntur, fuisse olim uno sacrificio sollemni immolatos septuaginta sex millia captiuorum ex bello Tlaxcala (lachrymosum profecto & flebile spectaculum) sed ista belluina feritas auspicio bonitatis diuinæ iam in melius commutata est per fratrem Martinum Valentinum comitatum duodecim patribus, qui omniũ primi ex nostro ordine Franciscano sicut duodecim luminaria ad similitudinem duodecim Apostolorum ad nouum illum orbem nouã que Ecclesiam constabiliendam profecti sunt. tum etiam per uiros religioſos ordinis. D. Dominici & Auguſtini qui postea, subsequuti sunt, fauore omnipotentis Dei uitæ morumque probitate stupenda facta ediderunt & quotidie adhuc edunt: ut post expoſituri sumus conuerterunt & conuertunt etiam num infinitam multitudinem eradicando cultus dæmonum, homicidia & sacrificia tam fæda ut nunquam similia exempla apud ullam nationem spectata uel audita fuerint qualia apud hoſce barbaros exercebantur, prædicando illis. & annunciando orthodoxam doctrinam Christianam summa cum blandiloquentia. Quamuis initio interpretibus uterentur, attamen factum est iuuante Deo, ut linguam eorum precipuè uerò Mexicanam, quæ reliquis est politior, breui tempore expeditiſsime sonarent, idque, tã perfectè, ut etiam libros eo Idiomate componerent, & dictionaria cõficerent, quibus posterorum laboribus consuleretur. Videbamur enim commodius illorum sermonem percepturi, quàm illi nostrum. Obstupuerunt autem Indi uehementiſsimè audientes tanta promptitudine & celeritate, uernaculã ipsorum orationem ab externis & peregrinis exprimi, iudicabantq; diuinum quid esse, quemadmodũ re uera non sine prodigio & miraculo fiebat. Supradictorum omnium probatio sequenti Stemmate continetur.

Sepeliendi modus.

L

Septuaginta millia fuisse vno die Demonio obla ta. Fr. Martinus primus Indiarum prælatus.

Nota

M

Interpretibus tradebãt fidẽ Catholicam in principio.

N

Obstupuerunt audientes religioſos loquẽtes eorum linguam.

Demonstratiua Indorum exhortatio ad suorum rituum & morum dimiſsionem, nostræq; fidei catholicæ amplexationem. Cap. VIII.

O

FIlij, Cum rei ipsius ueritas nos doceat nullas opes aut diuitias libertati esse anteponendas, utpote, qua nihil antiquius, prius & carius, non modo ab hominibus, sed neque à beſtijs habea-

tur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Captiuitas durissima seruitus.

tur. Est enim captiuitas durissima seruitus. Omnipotens Deus cœli terræq; dominus, vestri misericordia, non vestris meritis, verum infinita sua pietate & clementia ductus est. Eius itaque auctoritate ad uos accessimus, necnon mandato Beatissimi Pontificis maximi eius in terris vicarij & Regis nostri catholici potentissimi Domini Imperio atq; instigatione, quo uestrum intellectum radijs diuini luminis illustraremus, vestrosque animos corporaque grauissima subiectione qua opprimuntur liberaremus. Et si enim seruitus hominum sit P
molestissima, intollerabilior tamen est illa, qua vos Diabolus humani generis inimicus deuinctos atque adstrictos habet. Venimus itaq; ad vos, in vitam nouam & libertatem asserendos, vt cognoscatis quã tum intersit inter verum Deum cuius nos adoratores sumus, & falsos illos Deastros, quorum vos estis cultores. Deus verus cuius cognitionem habemus est omnium rerum visibilium & inuisibilium con-

Deus est omnium rerum conditor.

ditor, illi omnia parent, ipse verò à nemine dependet: nam ipse est mens vniuersi, & principium expers principij & finis, ille, inquam, Q
reliqua pro nihilo habet præ anima rationali, illam supra omnia amat, nempe creatam ad imaginem & similitudinem suam, & cui mõstrauit vestigia quibus ad cognitionem sui peruenire queat. Eius immortalitatem & firmitatem vos ignoratis, nam si cognosceretis profectò iam deflexissetis à diaboli obedientia & vos totos eius obsequio consecrassetis, cui, omnes creaturæ seruiunt. Ille, inquam, si cut nos fecit liberè so'a sua bonitate, vt eum diligeremus, cognoscemus, possideremus, eoque frueremur & nos delectaremur postulat, vt illi sponte nostra liberè candideque seruiamus, non ea seruitute qua vosmet Diabolo subiecti estis qui à vobis exigit omnia vltra citraque rationis fines videlicet, immolationem vestrorum natorum, R
possessiones, corporis deformationes, & sanguinis profusionem, sicut, omnibus horis inter vos accidit. Vestri Dij, non sunt Dij, sed creaturæ carentes facultate de integro aliquid producendi, immo neleuissimam quidem vilissimamque rem, quæ in toto sit vniuerso, vt ipso experimento vobis videre est. Vos adoratis saxa, lutum, ligna, arbores, solem, lunam, stellas, atque nefanda planè, ut talpas, colubros, & bruta qua re nihil cum ratione magis pugnat, nam sunt illa omnia partim diuina potestate creata partum uerò, à uobis met ipsis fabrefacta.

Ponuntur rationes quibus ad nostram religionem Deiq; obedientiam inducantur. Cap. IX.

TRespotissimum causæ uobis aduertendæ sunt quibus ad cultũ S
ueri Dei sanctamque fidem catholicam commoueamini. Prima est, quia unus tantum est Deus (quare nihil uerius excogitari

Ephe. 4.

gitari potest) vnum principium, vna fides, vnum baptisma, & vna Ecclesia sancta Catholica & Apostolica; Varietas autem vestrorum Deastrorum proculdubio errorem vestrum testificatur. Tum, quia Deus, vt iam demonstrauimus, finis principijque expers, cum ille sibi ipsi existat principium & finis. Nam sibi soli conuenit esse Alpha & O. Principium & Finis. Vestri autem Dij, à vobis ortum habent, non ex sua natura propria. Nam cum illos oporteret T
esse auctores vestrum tantum abest, vt à vobis illi fiant, idque, ex lapidibus & lignis, quæ interitui obnoxia sunt, Præterea, postquam ex materia caduca componuntur, consideratę quęso, cuiusmodi possunt esse Dij, cum iustius vobis ipsis Deorum appellatio competat. Omnia igitur clamant & natura ipsa dictitat, nos à Deo originem habere, illum verò à nemine alio. Secunda ratio est, quia Deus est immortalis, Est enim animus qui nec videri, nec sentiri potest, nisi oculis internis, id est, mente. Vestri autem Dij, tactui & usui obiecta sunt, fabrefacta ex ligno & lapidibus vestris ipsorum manibus, consumuntur inueterascunt, cæteri vestri Dij & ut melius dicam V
res è quibus fiunt. Sunt opera & creaturæ summi Dei ab eo initiũ cœperunt, atque, si eius destituerentur sustentatione dictum factũ destruerentur, quemadmodum uidetis illa vitiari & corrumpi, quia non sunt æterna, vt Deus & anima. Estque tanta necessitas & respectus inter nos & Deum, atque inter solem, & eius radios, nam vt videmus radij omnem suum splendorem à sole ducunt, qui terræ suo occasu tenebras & vmbram inducit, eadem inquam ratione à summo & æterno Deo nos toti pendemus. Item, ista infinitas Deorum constare nequit, uelut enim vnum regnum plures, vno, reges non admittit: nec Resp. alios præter vnum gubernatorem: nec vna familia plures uno capite, recipit, & in summa omnis potestas con- X
sortis est impatiens: ita in religione nostra Christiana, fieri nequit, vt plures vno Deo existant. Nam, si plures essent, quod vni placeret alijs foret ingratum, quodque ab uno factum esset, ab alijs infectum redderetur, si qua facultate ualerent, vt diximus. Vestris itaque Dijs nullæ sunt uires faciendi vel destruendi se, cum neque sui ipsius conseruandi facultatem habeant. Nam & restaurandi sunt & dissoluendi. Si uerò vnquam loquuti dicantur, factum istuc est, Y
à Diabolo fraudis & mendacij parenti per illa sua instrumenta, à Deoque permissum ob execrabilia vestra flagitia, quibus ipsius indignationem promeruëratis, aut perpetratum est calliditate doloq; malo falsorum atque diabolicorum uestrorum sacerdotum, in quem finem curabant excauari Idola vt se collocando intra ipsas statuas, pro suo appetitu & libidine proloquerentur, quemadmodum in præsenti vobis patefit, nõ quod vestri Deastri nossent loqui,

Con. Cõstãti. 1. c. 7 & Chalce. Actio 2. & Nicæ. 2. Actio 7

Caliditas Idolorum sacerdotum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum certissimum sit lapides & ligna esse elinguia. Insuper, est adeò consonus naturæ amor parentum erga filios, vt etiam bruta ratione atque prudentia omnino carentia, ad cognoscendum naturalem illã procliuitatem solummodo naturæ instinctu amant, atque tuentur suos fœtus, ob similitudinem atque propagationem sui ipsius. Si verò, naturalis illa inclinatio tã eximia amoris exempla in brutis edit, quid faciet vis rationis in homine ipsam naturam sequente ducem? Adde, quod lege naturali obligati sumus tam bene uelle proximis atq; nobismet ipsis, ea lege, vt vitam quam à Domino accepimus, cu iusq; domini ipsi nos sumus, pro nostris uiribus conseruemus. Omnes illas obligationes naturales diabolus suo fuco & dolo malo tollit: & reddit vos tam excæcatos, vt audeatis, quæ ne bruta quidem animalia facerent, mactare, videlicet, uestros natos, & demonijs immolare: ipsi amicos & vicinos occiditis, potatis illorum sanguinem, carnesq; eorum deuoratis: res nefanda profectò & horribilis, cuiusque exempla nunquam visa aut percepta sunt à nobis, immo, ne apud infideles quidem & barbaros, quorum notitia ad nos peruenit nisi apud vos; tam strictè vos diabolo mancipastis illisque potissimum nefandis & horrendis flagitijs ille capitur. Nouit enim & Deo & hominibus illud præ omnibus esse execrabile, vos proprium sanguinem funditis, deformatis naturalem vultum, os nauaculis discicãdo, perforando nares, auricolas, & labia, curtando vestras linguas. Expẽdite quæso hæc omnia, & animum aduertite, quantum sit discrimen inter vos, & vestras proles, quæ ab huiusmodi turpitudine nostro beneficio seruatæ sunt. Has cæremonias & ritus Indij, mandato Diaboli obseruabant, ut illis assimilarentur easdem incisiones habentibus. Vnde terrimi existebant. Ad tegendam autem illam deformitatem, partes corporis eo modo dedecoratas exornabant & in se se & in Idolis suis lapillis peregrinis, fistulisque aureis pariter atque argenteis: verum quacunque arte vterentur manebant deformissimi, vsq; adeò, vt recentiores & iuniores rideant in præsenti senes, qui Diabolo iubente sibi illam fœditatem intulissent. Considerate præterea (filij charissimi) Deum nihil aliud a vobis postulare quam voluntatem & mentem synceram, non poscit hominum sacrificia aut cordium immolationes præterquàm, vt vestra pectora illi soli consecretis & casta tueamini: cognoscentes illum solum esse auctorem, redemptorem, & illustratorem animarum, datoremque gloriæ æternæ quam auidissimè expectamus, quod ab illo omnia bona dimanant, & omnes qui non crediderint in illum non seruirent illi, debitoque amore prosequuti fuerint damnatum iri ad perpetuas inferni cruciatus: quemadmodum maioribus vestris accidit: vbi tanta tormenta sustinent, vt lingua humana iis exprimendis aut enumerandis

Domonibus Indi proprios immolabant natos.

merandis non sit par. O infœlices illos, & uos contra beatos, quibus datum est veritatem cognoscere. Eripuit uos misericors Deus clementia & bonitate sua, ex illorum cæco errore & paratus est uos lustrare vero lumine, modo illum cognoscatis. Porta autem & recta uia, qua venitur ad summum illud bonum, quod vobis in nomine Dei promittimus, cuique insistendo euitatur maximum illud malum cui parentes vestri fuerunt, atque vos etiam nunc obnoxij estis, est cognitio Dei, fides, spes, & charitas, quæ dicũtur virtutes Theologales, quas, Deus in sacrosancto fonte baptismatis spiritui nostro cõmunicat: quo sine, nemini omnino salus contingere potest. Quamobrem, ait, dominus & magister noster Christus: Quicunque crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui autem non crediderit condemnabitur. Hoc ingens beneficium & eximiam gratiam, impossibile est rescipere ab illis, qui peccatis mortalibus immersi sunt, quẽadmodum uos, nam per ea & præcipuè detestandæ vestræ infidelitatis horribilia crimina homines redduntur hostes Dei & consequenter indigni eius gratia, hæredes inferni, in quo animæ vestræ perpetuis flammis ardebunt: quemadmodum animæ maiorum uestrorum illic ardent, atque in æternum arsuri sunt. Recedendum itaque vobis est, charissimi, ex animo & serio auctori falsitatis Diabolo & accedendum ad Deum Opt. Max. qui ipsa ueritas est, superest, vt anteactæ, gestæque vitæ pœnitentiam agatis, dœmonia execremini cum firmo proposito atque instituto uitæ posthac in melius commutandæ. Animaduertite quæso, ut vos hoc tempore diabolo estis mancipati aduersarij ueri Dei filij perditi & excæcati. Verumenimuerò si nunc sacrum lauacrum & baptisma subeatis cum dolore commissorum à vobis flagitiorum, confestim euadetis filij Dei, hæredes beatitudinis & gloriæ ęternæ ubi tanta est quies, lætitia, & tranquillitas, vt lingua humana pronũtiare nequeat. Aduertite omnes uestras actiones esse prauas, & frustraneas esse uestras superstitiones. quia in inferno ubi sunt maiores uestri, nihil comeditur aut bibitur, veluti, falsò uobis persuasum habetis, immo semper inexplebili famæ & siti anguntur in flammis inextinctis. Itaque, frustra mortuis cibum & potum cum tanto apparatu apponitis: conuersi ad dominum & baptizati liberabitis uos hac grauissima calamitate atque Deo fruemini, qui se communicat suis in omni dulcedine & suauitate per fidem & gratiam quæ in sancto baptismo comparatur. Et profitendo fidem confestim aperientur oculi uestri intellectus cognoscentes malum in quo hactenus degestis & fœlicitatem quam expectamus.

Recta venien di ad Deum via.

Ioã. 3. Matt. vlti.

Historia.

Inducuntur ad obedientiam Romani Pontificis simul & Imperatoris Caroli V. Inuictissimi ac successorum eius. Cap. X.

Universidad de Deusto
Biblioteca


Ecclesiæ summus Pastor.

EST præterea, vobis agnoscendus Romanus Pontifex Summus Ecclesiæ Pastor ac Caput & vicarius Christi in terris, cui suas vices & potestatem ipse credidit. Quem Imperator noster invictissimus cũ Regibus cæterisq; Principibus Christianis agnoscũt, Christianoq; more venerantur. Vt subsequenti Stemmate patebit: in quo tibi Gerarchiam Ecclesiasticam demonstrabimus. Quocirca non tantum est Vicarius hominis, at Dei pariter & hominis, eaque ratione omnis Iurisdictio illi atributa est, quã ĩmediatè ab ipso Deo suscepit ad moderandum humanas animas: quas vita sua proprioq; sanguine fuso Christus vindicauit: non solum in spiritualibus verũ etiam in corporalibus. Nam sicut in rebus naturalibus frequenter videmus, vnam & eandem rem habere duas potestates, quarum vnam habet ex forma sua specifica & illa est propria essẽtialis potestas sua. Aliam verò habet accidẽtaliter, ex aliquo intrinseco superueniente suæ essentiæ, & illud est proprium rei, nec principale, in ipsa, quia potest adesse vel abesse preter ipsius rei corruptionem, sicut sunt accidentia. Pari modo considerandum est circa Ecclesiæ Christi potestatem. Nam illa potestas pontificalis Ecclesiæ scilicet, ligandi & soluendi animas, est potestas eius essentialis & propria. Aliam, uidelicet, quam exercet in vi armorum & huiusmodi, non est potestas Ecclesiæ essentialis, sed accidentalis. Vndè, ex hoc quod huismodi potestate accidentali vtatur, scilicet mundana, non potest dici vnum & idem regnum cum regno Romanorum. Nam potestas mundana in Cæsare, est essentialis & propria, per solam enim illam dominabãtur & regnabant suos subditos. Secus est in Ecclesia Christi. In qua talis potestas mundana est mere accidẽtalis & non essẽtialis. Ideo non refert iurisdictionem mundanã Imperatori filio eius legitimo spirituali competere tanquam adiutori & protectori Ecclesiæ, tum etiam alijs regibus & principibus Christianis quibus mediatè à Deo tributa etiam est talis auctoritas in temporaneis, nichilominus vtraque Pontifici debetur, sed ad tranquillitatem animæ temporalem cõmunicat Regibus Christianis eos confirmando, quos Deus vnxit, & signauit in eũ finem. Qua de causa ijdem quoq; Papam agnoscunt, eũ amant reuerentur & obediunt, veraque Ecclesiæ Catholicæ parẽt, & vnaniniter pacificeq; semper se inuicem tolerãt. Nam, vt Christus solus est Sacerdos & omniũ rex, ita par est vnum quoq; eius esse vicariũ qui omnes eius vices gerat, vt ex eo Ieremiæ loco facile constat. vbi dicit. Ecce constitui te hodie super gentes & super regna. Sed cum eminentius multo sit spiritalem administrationem gerere, propterea summus Pontifex ad securius uacandum rebus diuinis contentus iurisdictione spirituali, & parte imperij mundani: reliquum principibus christianis competit, quia ad hoc etiam à Deo uocati electiq;


Papa, potestatẽ immediate recipit à Deo.

Christus in Ecclesia vnũ uoluit præesse. 1. Cor.

sunt,



Universidad de Deusto
Biblioteca





Universidad de Deusto
Biblioteca



sunt, ideoq; illos diligere illisque subesse & obedire tenemur, sicut veris principibus nostris naturalibus. Hinc est quod magnus ille Dionysius dicebat quod omnium conditor Deus binas habitationes possideat: alteram in cœlo, alteram verò in terra. In cœlo ministros habet Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Cherubinos, & Seraphinos, qui perpetuò illi adsistunt, eum continuis laudibus, & benedictionibus prosequuntur, ipse enim dignus est omni honore & gloria, nec vnquam defetiscuntur.

Habitatio Dei dupſex Altera in cælo & altera in terra. Apoc. 7. c. 10

N Quoniã à loco isto sancto & beata domo exulant, lassitudo, fames, sitis, tristitia, fletus, vociferationes. Contra, omnia plena sunt lumine, claritate, gaudio: neque enim ulla est collatio nostræ lætitiæ ad cœlestẽ, cuius respectu, nihil est, nisi miseria ploratus & ærũnæ. Nã uerus Deus qui est lux & claritas illos illuminat. Ipse enim, cũ uerus agnus existat, cãdela est inextincta. Quotquot enim, eã domũ incolant: fœlices beatiq; habentur, propterea quod ab omnibus expetitur. Audite super hac re Dauidem Regium vatem Deo charissimum, qui, licet rex Israel esset, nihil aliud tamen desiderabat, quàm Deo cohabitare dicens, vnã petij à domino, hanc requirã, vt inhabitẽ in domo domini omnibus diebus uitæ meæ; & iterum; Quam dilecta tabernacula tua domine virtutũ: concupiscit & deficit anima mea in atria domini, alibi iterũ ait: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Ad hãc domũ nos destinauit, & creauit maiestate sua diuina, vt eius hęredes & domini fieremus; nisi quod peccatis nostris eo excluſi sumus, vsque adeò, ut nobis illuc nõ pateat reditus nisi fauore singulari & auxilio omnipotentis fulciamur. Amici Dei hic positi expendentes beatitudinem cœlesti ea contemplatione tam ualde inflammati sunt, vt omnia terrena quæ vel in præsenti possiderent, vel in posterũ possent adquirere dimitterent, vt fecerunt Apostoli & etiam nũc Religiosi & innumeri alij ex omni hominũ ordine. Immo etiam mortẽ ea propter vltro subierũt; sed non vt vos mormini, quibus mors ex hac vita est transitus ad gehennã æternã. Amici verò Dei moriuntur vt sibi lucri faciant sedes quietas, & perpetuas. Ibi nihil aliud appa ret quam Deus, qui est speculum in quo cuncta relucẽt, nam in cõspectu Dei est conspectus omnium rerum, in eius fruitione est summum bonum, quod non est aliud quã Deus ipse. In ijs ædibus Deus est æconomus & pater familias. Alterum verò tabernaculum diuinũ in terris est Ecclesia Sancta Catholica & Apostolica Romana quam nos verè profitemur: cuius caput & fundamentum est Christus: iuxta illud Pauli, Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus IESVS. Item ipsum dedit Deus pater caput supra omnem Ecclesiam: sed cum eius maiestas non ferret, vt hic semper visibilis maneret, constituit

Apoc. 21. a 3. Letitiæ nostræ ad cęlestẽ nulla collatio.

Pſal. 26. b 4.

Pſal 83. a.

Pſal. 86 a 3. Deus qualiter hominẽ ad gloriam creauerit.

P

Mors qualiter à Sanctis deſideratur.

Q

Nota quomodo Christus & Petrus fundamentũ sit. 1. Cor. Ephe. 4.

suo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Super cathedrã Petri edificata Ecclesia.

Irenæ lib. 3. aduer. hæres. Tert similiter. Cyp. lib. 4. epist 8 Hier. Const. Nicæ. & sto.

Electio summi Pontificis quibus competit.

Potestas Episcopi Romani.

Romanæ Ecclesiæ cõmẽdatio.

Claues sunt discernendi scientia, & potestia iudicandi.

suo loco principem, & uicarium suum Apostolum longè dilectissimum B. Petrum caput Ecclesiæ ministeriale vt vocant, supraque eum ædificatam Ecclesiam, quatenus & ipse in Christo fundatus & virtute eius solidatus est: cuius loco succedit summus pontifex: vt tradunt grauissimi & vetustissimi patres orthodoxi, & nos firmissimè credimus: à quo per euangelium geniti, à quo nutriti, à quo educati, à quo cœlesti aqua potati scaturiente in vitam æternam, cuius haustu, vt ipse loquitur, atque potu conceptam viscеribus sitim sedes ardoresque restringimus. Considerate hanc Christi singularẽ prouidentiam atque sapientiæ abissum cum de hoc verò animarum pastore prouidit non dedicasse eum modo pro animarum omnium salute, sed eum statuisse pro tempore qui nostros ingratos atque veteratos posset impetus reprimere. Huius quidem capitis nostri successio & electio fit per Ecclesiæ proceres, id est, Cardinales, quos fratres vocat, quia in terris capite carere non possumus. Quamuis autem Romæ fixas habeat sedes, non tamen à loco aliqua ei potestas accidit: sed Romani Episcopi denominationem inde trahit quod velut alius quiuis prælatus suas Ecclesias habent sic ille Romanæ præsidet. Habetque cum cæteris episcopis parem potestatem ordinis, iurisdictionis verò maiorem. Cumque singuli episcopi sibi assignatos greges habeant, huic vniuersi sunt crediti: veluti cum pater familias seruis quidpiam pluribus faciẽdum demandat, vni tamen ex eis potestatem dat, vt in alios inspiciens, ad suam functionem (si forte cessent) eos reuocet, ac prospiciat, nequid detrimenti patri familias eueniat. Ad hanc enim Ecclesiam Rom. propter potentiorem principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his qui sunt vndique cõseruata ea quæ est ab Apostolis traditio, cui & Tertul. subscribit. Habes Romam, inquit, vnde nobis quoque auctoritas præsto est, fœlix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderũt. Vbi Petrus passioni dominicæ adæquatur vbi Paulus Ioãnis exitu coronatur, vbi Apostolus Ioannes postea quàm in oleum igneum demersus, nihil passus est, in Insulam relegatur. Cyprianus quoque martyr Romam matricem, & radicem catholicæ Ecclesiæ appellans, affirmans item Romani episcopi locum, Petri locum esse. Nec dissentit ab his D. Hiero. ad Damas. scribens Beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communione consotior super illam Petram Ecclesiam ædificatam scio. Apud illum Christus deposuit claues, illi facultatem claudendi uel aperiendi cœli credidit. Claues autem uocant potestatem liberandi peccatis & pœnis quæ sunt uelut catena qua alligati tenentur diuinorum & ecclesiasticorum præceptorũ. Fundamentum huius tabernaculi est Iesus, vt supra dictum est qui

R

S

T

V

est

X

Y

Z

A

est fundator eius, hospes, & incola. In fundamentis poni solent saxa rudia impolita & aspera. In hac uerò structura, lapis pretiosissimus fundamenti locum obtinet, cuius ratio est, quod alia ædificia terræ innituntur. Hoc autem planè contrario modo iacta habet sua fundamenta, videlicet, in sublimibus in eo qui est æqualis patri cœlesti. Ibi seruator noster assidet ad dexteram Dei Patris, & in illo tota Ecclesia recumbit, quam ille sustinet, moderatur, & defendit semperq; defensurus est. Sed cognoscamus idipsum ex ipsius sacrosancto ore. Cum Petrus illum profiteretur esse Deum & hominem: his uerbis: Tu es Christus filius Dei uiui. Benedixit illi dominus, & ait: Beatus es Symon Bar Iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi: Hoc est, sicut meus pater tibi manifestauit diuinitatem meam, ità & ego tibi notam facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus, id est cùm ego sim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque unum: ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoq; petra es, quia mea virtute solidaris: vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et portæ inferni non prævalebũt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum, Dicit itaque Christus: super firmam hanc petram, quam, scilicet, professus es, & declarasti: vocando me filium Dei uiui: ædificabo Ecclesiam meã Ideo De hoc etiam inteligendum est Paulinum illud fundamentũ aliud nemo potest ponere. Nulla enim creatura, immo ne seraphini quidem, ipsi sufficerent fulciendæ Ecclesiæ: nec ipsa vicissim sustineri posset à minore & inferiore, quam est ipse Deus. Et quia Christus est illa firma petra Deus & homo illi Ecclesia innititur. Quẽ admodum multis retro annis Deus pater promiserat, velut Isaias descripsit. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatũ, lapides huius ædificij sumus nos fideles: vobis enim, in illo nullus adhuc est locus, priusquam sanctum baptismum subeatis & iuretis in obedientiam summi patris, pastoris, & sacerdotis, eiusque Ecclesiæ aggregemini: extra quam non est salus. Ipse longè alius est, quam falsi vestri sacerdotes atque deceptores. Tam est uerax, vt ad illum in omnibus necessitatibus & scrupulis recurramus: ipse nobis cœlum patefacit, animos illustrat, & quasi manu data in viam rectam deducit: legumque & morum nostrorum est interpres. Necessum igitur est, vt ex templo ipsi, obedientiam profiteamini, repudiatis uestris mendacibus, falsis, & fallaribus sacerdotibus, qui non sunt sacerdotes nisi ex propria usu capione, ut uos tanquam Sathanæ membra decipiant & in orcum detrudant quod postquam animaduertit pius

Matt. 18. glo.

Vide Aug. super psal. 121.

Cõfessio Petri. Matt. 16. Nota qualiter Christus & qualiter Petrus petra sit.

1. Cor. 3. c

Ecclesia catholica innititur Christo Deo. 28. D.

Quæstiones dubiæ ab Ecclesiæ summo Pastore discutiendæ. Sacerdotes Iudorũ quales.

dite

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Cæsarea potestate, & regali dignitate, quæ culmen habet omnium temporaliũ statuum.

ille pater & pastor & ubi ad pias eius aures peruenissent execrabilia uestra flagitia, immanissima sacrificia, tyrannica seruitus, uestri misericordia ductus, percupiens ut ad ueri Dei notitiam uos conferretis quem nos colimus, commendauit uos eximio cuidam Principi Imperatori, Regi & domino nostro Monarchæ totius orbis, qui vos in clientelam & patrocinium suum susciperet. Vt etiam in sequenti stemate videre licet. Nam super cunctas humanas temporalesq; dignitates, & sublimes eminentias, Imperialis & Regalis status culmen & excelentiam obtinet. Quid enim gloriousis, quid fælicius, quã vnum intueri mortalem hominem cæteris hominibus imperantem, cunctos regentem, & adlibitum ferentem? Illi equidem sunt qui (teste Iob nono cap.) portant orbem. Huius certe eminentissimi status honor laus, gloria, & excelentia, ex eo etiam maximè patet, quoniam (teste Scriptura) illis tanquam sublimioribus potestatibus omnis anima subdita est. Quare (iuxta Christi præceptum) Cæsaribus, atq; regibus, à cunctis fidelibus, honor exhibendus est, subsidia præstanda, & quibus vectigal, vectigal: & quibus tributum tributum. Illis deniq; tãquã præcellẽtibus, & à Deo missis (teste Apostolo) parẽdum est: Quia non sine causa super eminentem, terrentẽq; gladium portãt ad coertionẽ malorũ, laudem verò bonorum: cuius auctoritas nullis est circumscripta limitibus: qui cæleste habet arbitrium, & iura præceptaq; ab eo tradita diuinitus emanari credũtur: cui est pro lege volũtas: pro libito sanctio pro arbitrio ratio. Ille igitur, vobis quoque agnoscendus est, is, nos amicè & per humaniter moderatur ad præscriptũ diuini mandati atq; tuetur personas & res eorum, qui illi subditi sunt. Agnoscite igitur & vos peccata vestra, expendite vestram calamitatem & seruitutem: nihil uobis prius est, non habetis vnde corpus amiciatis, nisi ex imperio regis, cuius os vobis expectare nefas est, ne priuis quidẽ filijs securè gaudetis. Quem vobis in præsenti offerimus est præpotens dominus & magnanimus Princeps: quem nos omnes agnoscimus & ipse nos recognoscit. Illi fratres nostri nosq; ipsi illi sumus serui ille vicissim nos amat. Illius sunt quas incolimus vrbes, illius castra atque possessiones, & cuncta terrena (dicente Aug.) Quo iure defendis villas, nisi Imperatorum Regumq; iussu? Quis igitur non fælicem, non cũctis prælatum hunc excellentem statum dixerit: qui omnibus subuenit. omnibus prodest, & omnium saluti & commoditati prouidet? Inqua re Reges ipsos Deo assimilari, approximariq; plurimum cernimus. Quia solus ipse vitæ necisque hominum dominus est, salutem mortalibus confert, uel dando bona si eguerint, uel parcendo si deliquerint, uel indulgendo si supplicauerint. Qui non sibi, sed Rei publicæ nati sunt, dum discordias pacificant, oppressos à potentibus

eripiunt, prouincias pace gaudere faciunt, violentias cohibent, iustitiam seruant, malos dissipant, & quidquid agendum est, siue ad benè beateq; viuendum, siue ad res ipsas policitas fœliciter gubernandum, finemq; debitum dirigendum, legibus præceptis ac iustis lationibus disponunt. Rex enim similitudo siue imago quædã diuinitatis est in terris, dum id ipsum agit in limitato cũ in vno quoque regno quod Deus in vniuerso. Hinc reges in Exo. 22. d. Dij vocantur. In his est prouintiarum quas regunt, summa potestas. Est denique rex, pater patriæ, amans quos regit, protegens quos gubernat. Ideo legauit nos huc, vt vobis indicaremus, si quidem vos illi dedatis, ita leuiter se vobis imperaturum, vt vestris prolibus fruamini, nec eas trucidari sinet, vosmetipsos reddet immunes cruciatibus quibus vestra corpora afficiuntur: nullam vobis iniuriam permittet inferri, Dominia vestra & proprietates vobis decernentur: Dabit singulis peculiares domos, cum nunc incertis sedibus vobis diuagandum sit, & à nuditate hac vos liberabit. Licebit vobis ad eum & suos aulicos tutò accedere, & quærimonias vestras atque aduersitates exponere: quibus cum æquitate & iustitia eripiemini, nos enim nõ male, sed benefaciendi causa huc uenimus. In summa lenissimè vobis imperabitur, si modò Deo, summo Pontifici, atque imperatori istuc beneficium acceptum feratis, & exigua tributa pendatis: quæ nihil sunt, respectu eorum, quibus nunc opprimini. Eoque modo in clientelam suam vos recipiet, & tam de temporalibus quàm spiritalibus vobis prouidebit. Nam ueluti cunctis hominibus naturale est in societate viuere, sic aliquem esse oportet per quem multitudo regatur. Nam iuxta Philosophum multis existentibus hominibus, & vno quoque id quod sibi congruum est prouidente, multitudo ipsa facilè in diuersa dispergitur, si modo aliquis non sit qui curam multitudinis obtineat. Nec illud sapiens Salomon ignorabat, inquiens, vbi non est gubernator, dissipabitur populus. Denique illa hominibus à natura innata societas rumpetur, si non foret aliquis præsidens, cuius ope prauorum audacia arceretur. Quia à diuina dispositione (vt scriptum reliquit Aug.) regna sunt condita, reges instituti, vt malorum peruersitas castigetur, & bonorũ uita & innocentia conseruetur. Et alibi, regale fastigium locus est superior, quo sine populus regi non potest. Imperatoria ergo vox, & regalis auctoritas, iniquos fugat, insolentes castigat, obtrectatores despicit, bonos præmiat atque fouet, & cunctis influit vitæ & honoris alimenta. Est enim rex in regno ueluti in naturali corpore caput. Constat quidẽ caput ipsum membris vigorem influere, quid enim, vt ait Seneca valet corpori robur, quid ualiditas Sacerdotum, quid uelocitas pedum, nisi capitis veluti principis sui, imperialis quædam amini-

Universidad de Deusto
Biblioteca

culetur potestas: à quo uel destituuntur uniuersa, aut omnia fulciuntur? Sine capite, inquit, iacet truncus ignobilis sine honore, sine nomine. Sed nec in humanis tantum eius summa consistit felicitas. Nam præter eam exteriorem quam prædiximus super cunctos mortales excellentiam, si bene rex optimeq; regit, immortali Deo, tanto propinquior, tantoq; acceptior est, quanto liberior. Sed & castigatior fuit in eo peccandi licentia, qui potuit transgredi & non est trãsgressus, in quo peccare noluit voluntas: etiam si emineret peccandi impunitas. Sed de his pro nunc satis. Hac igitur ratione inductos religiosissimos principes nostros constat, non exigua tributa, non medios fructus: nõ integros modo, sed ipsas integras prouincias, integra regna, integra imperia Romanis Pontificibus redidisse, vt vnum in terris monarcham, vnum principem, & in spiritalibus, & in temporalibus recognoscerent. Recensere possem complures & publicos & priuatos uiros qui in hãc sanctam sedem seruitia, atq; obsequia contulerunt summos esse successus, atq; maximam gloriam consequutos, quos dam inter beatissimas illas animas & æternam potitas vitam, quam uobis proponimus relatos esse, hos imitandos esse animo concipiatis oportet, quo pro eisdem meritis ea præmia consecuturi sperare iure possitis, non sequendo eos, quos aduersus suam matrem Ecclesiam sacrosanctam ingratos esse comperimus. Quid enim ingratiùs dici potest non cognoscatis tantum beneficium quod pater Deus non modo filium suum & eum quidem unigenitum miserit, sed posteaquam à se remiserit cum plenissima potestate loco sui vicesgerentem ad nostram reliquerit salutẽ? Quid in Christum in Pontificem suum dignum præstare obsequium potestis: à quibus infiniti maius beneficiũ non accipiatis? Quis Saluatoris, & Redemptoris domini nostri Iesu Christi beneficia officijs vnquam referre possit: cuius larga & copiosa elementa in salutem nostram operata sit & semper operetur: quod conseruandis & viuificãdis nobis pater filium misit: vt reparare, redimere, ac conseruare nos posset quodq; filius missus esse, & hominis filius voluit, vt nos filios Dei faceret? Humiliauit se vt populum qui prius iacebat erigeret. Vulneratus est vt uulnera nostra sanaret. Seruiuit, vt ad libertatem seruientes extraheret. Mori sustinuit, vt moriens immortalitatem mortalibus exhiberet. Sed adhuc qualis prouidentia illa, & quanta clementia Christi est, quod nobis salutari ratione prospicitur: vt homini qui redemptus est reseruando plenius consolatur. Nam cum dominus aduenies sanasset illa quæ Adam portasset vulnera, & uenena serpentis antiqui curasset legem dedit sano, & præcepit ne vltra peccaret: ne quid peccanti grauius eueniret, coarctati eramus & in angustum innocentiæ præscriptione conclusi: nec habebat

L

M

N

O

bebat quid fragilitatis humanæ infirmitas atq; imbecillitas faceret nisi iterum pietas diuina subueniens iustitiæ, & misericordiæ operibus ostensis uiam quandam tuendæ salutis aperiret, constituendo scilicet suum summum & vnicum vicarium in terris, cui traderet omnimodam ligandi, atque soluendi auctoritatem.

Inconsideratam quorundam accusationem aduersus Indos, affirmando non magis eos esse Christianos quàm Mauri Granatenses, complectitur. Cap. XI.

P Nonnulli, satis impiè, verbis asperis & acerbis, Indorum Christianismo insultant: omnibus conantes viribus illis fidem detrahere: atque consequenter debitam gloriam religiosorum, qui tanta cum diligentia tradendæ illis doctrinæ Christianæ incubuerunt deminuere. Quamobrem, iuxta supradictos canones, primùm illorum accusationem proponemus, illicò defensionem subiecturi. Arbitror equidem illum affectum maledicendi Indis illis in esse, quod rem ipsam eminùs, non cominùs inspexerint. Aut vt verius dicam, inde enatus est, quod oculis nequam & parum Christianis rem ipsam intueantur. Legitur Alexandrum olim per multos pictores eximios accersiuisse, ad percunctandum si possent addere corpus capiti, aut vultui imperfecto, ab Apelle pictorum principe relicto. Hi singuli confisi ingenio suo atque industria affirmare: Tum Alexander opus elaboratissimum atq; subtilissimum exerere; mox illi penitius obtuiti animaduersa difficultate palinodiam canere. Illis, inquam, persimiles iudico illos, qui nituntur Indorum uirtutes eleuare, oscitanter, inquam, spectãt negotium, tam arduum, & rectè fundatum, atque est illorum conuersio. Aequius equidẽ ferrem, si hæc afferrentur ab ijs, quibus nunquam cum illis consuetudo fuit, sed cum illi tam iniqui sint aduersus illos, qui exercitijs illorum interfuerunt: nescio quid dicam, nisi volentes nolentes cæcutire, aut obsorduisse. Dicunt itaque, Indos non magis esse Christianos, quàm sunt Mauri in Bæthica, & quod æque veteres mores, & ritus obseruent. In summa coactu Christianos esse. Religiosos verò temere facere, qui illis sacrosanctum sacramentum corporis domini nostri Iesu Christi aliaque sacramenta porrigant: illos enim ignorare quid recipiant, incapaces esse, atque planè intempestiuum esse, vt illi communicarent: Hæ itaque rationes videntur illos potissimum inducere: quod sint æque pleni uitijs, ebriosi, latrones, rapaces vncis vnguibus: atque cum tales sint arcendos merito à sacramẽtorum Communione, Item confitentes, non dicere verum, confiten tur enim vno die plures centum viros, & mulieres. Quod verò acce

Notãtur quidam.

Historia notãda.

Q

R

S

Universidad de Deusto
Biblioteca

dant ad sacra & conciones, vti plerunque faciunt, in eo simias imitari, aut non sponte sua id fieri, sed compulsi à fiscalibus & præfectis: Amorem illorum seruilem esse. Nam quidquid ab illis fit non fit amore, sed formidine, nam cum, illorum opinione, perfecta Dei cognitio illis desit necnon perfecta fides, & constantia quæ faciunt non profiscisuntur ex animo aut uoluntate, sed consuetudine quadam. Postquam seruierint dęmonijs non esse illis iam graue facere, quod faciunt, vtpote, in quo maiorem fœlicitatem experiantur: esse gentem superstitiosam atque nouitatis auidam quare sic adcurrunt ad omnia quæ vident fieri. Præterea, negotia quædam particularia referunt, nempè, sibi visos fuisse Indos, qui sacrificarēt Idolis thus, & animæ (sic enim vocant resinam quādam arboris odoratissimam & vtilissimam) in mōticulo quodam. Esse inimicos Christiani nominis, atque si quæ seditiones exorirentur, illos primum Religiosos, & ministros Dei & Regis occisuros esse. Item, si qua hæresis disseminaretur, leuissimè illos ad eam à recta fide transituros. T V

Historia.

Hoc uerò illos torquet, & male habet: & in ea importanda magna afficientur molestia. Rursus cum uideant tot tantaque ab ipsis fieri impatientes sunt, & ut ad alia transeam. Hæc ferè ab ipsis allegantur, sunt enim illorum potissimæ rationes, & eas me præsente recensebat quidam nobilis qui per aliquod annos in Indijs ipsis fuerat in ędibus Aulici cuiusdam præcipuę notæ Regis Catholici. ¡Vndè ego impulsus sum vera & indubia quę mihi explorata & perspecta sunt de rebus Indorum in medium afferre: versatus enim sum inter illos (laus Deo) plus minus triginta annos: & incubui prædicationibus, & confessionibus eorum plusquam viginti duos, in tribus illorum idiomatibus, Mexicano, Tarasco, & Otōmi: nec affectu feror, aut temere ducor, sed veritatis studio. X

Y

Defensio synceri Indorum Christianissimi contra inconsideratam accusationem prædictam.

Cap. XII.

LIcet occinere istis, qui hæc tam ineptè & leuiter affirmāt, Paulinum illud, Tu quis es, qui iudicas alienum seruum: & velut fur īmittis falcē inmessē alienā? Deus solus est cardiognostes, qui scrutatur corda & renes, ante eius tribunal stabimus omnes: ille cum luminaribus inuestigabit & peruertet Hierusalem. Non est mihi in animo Indos inter Diuos referre, quod summi Pontificis, atque Ecclesiæ peculiare est munus, sed rationibus confutare ea in qubus notantur: vtpotè, qui non auditus sed oculatus, non modo interfuerim sed & præfuerim. Longè aliter Indi religionem chri-

Canonizatio sanctorū est Ecclesiæ munus.

stianam

Z stianam amplexi sunt quàm mauri: nam illi primum accuratius instituti sunt, & à pluribus ministris qui linguā illorum vernaculam expeditissimè pronuntiare nossent. Secundò, erant tractabiliores manſuetiores, pacatiores, & faciliores, nec habebant circa eos, qui illis diuersum suggererent & insussurrarent. Præterea, ex templo Indi resipuerunt cognoscentes inhumanitatem atque fœditatē suæ Idololatriæ, & è diuerso iugum suauæ & leue Dei, instituta pariter comparatione inter suos ministros & sacerdotes christianos, libertatem quæ illis proponebatur simul & seruitutem quæ videbant ex diametro oppositā. Mauri verò quantum ego accepi, nihil vnquā sponte sua rectè fecerūt nisi verbis & verberibus impellerētur. Necesse fuit atque etiamdum necesse est quotidie immodicam illorum vehementiam & zelum continere. Velle igitur affirmare illos nondum exuisse veteres suos ritus & cærimonias, indicium est illis non leui calumnia & iniuria affici: cum nulli prædicatores magis ad viuum demonia resecare potuerint quàm illi ipsi. Nam cum in dies singulos diabolus se illis ostenderet, adigeretque ad tantam calamitatem & pecudinam seruitutem, vt nihil proprium, nihil tutum haberent, illa omnia effeceruut vt citius intelligerent dissimilitudinē, quæ est in colendo vero Deo & suis demonijs. Nihil magis in votis fuit Apostolicis illis viris noui orbis nouaque Ecclesiæ instaurato ribus, quam illos inducere ad amorem, cognitionem, atque timorē Dei, & execrationem veterū rituum, & morum. Hoc negotium tam sedulo promotum est, vt per Dei gratiam (cui hoc acceptum ferimus) nulla vestigia aut signa priscorum errorū ne in somnio quidem videantur. Quod obijcitur de priuato aliquo homine, id mirum videri non debet, postquam Christus ex duodecim discipulis vnum habuit qui illum proderet, alterum verò qui abnegaret: quorum ille sua culpa damnatus, hic verò lachrymis & dolore ad mentis sanitatem redijt. Philosophus præterea dicit, ex singularibus aut particularibus nihil colligi. Admirabilius istuc foret inter nos, qui cum profiteamur nos christianos veteres, grauiter tamen sæpe hallucinamur. Deus nos infinita sua bonitate conseruet. Vero verius est Indos etiam si aēr ventis & pluuijs infestiuissimus sit, venire duo, uel tria milliaria: sed quid? volebam dicere decem, aut quindecim, oneratos suis prolibus & edulijs ad audiendum sacrū vel concionem domosque suas passim ieiunos & impransos repetere. Sed heu nos (horresco referens) cum habitemus inter media templa nescio quas capitis grauedines & morbos, prætexentes domi delitescimus. Sed videntur illi aliquid dicere, ad hoc eos cogi per fiscales, & præfectos eius rei curam habentes & de schedulis nomina sibi cōmissorum recitantes. Verum age. Quis illos compellit diebus pro- A B C D

Religiosorū præcipua cura in Indis.

Indi quantā auiditate ad audiendum sacrum ueniant.

fanis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Indi in suarũ actionum principio diuinũ implorãt auxiliũ.

Indi qualiter assistãt festiuitatibus Domini & B Virginis.

Nostrorum quorũdã negligentia.

Cõfitẽdi zelus.

fanis, vt sacris intersint ijs locis, in quibus est copia sacerdotũ aut ni viculis & pagis vbi degunt vt suas præces in templis fundant, Deo
que se commendent liberis suis comitati antequam operis quid aus
picentur? nam persuasum habent, nisi ita fecissent nihil toto die fe
liciter euenturum. Item quis cogit illos ad vesperas, quo tam fre- E
quentes confluunt, vt nostra templa alioquin amplissima compleãtur, & alium vultum & deuotionem præ se ferunt quam nostri, fle
xis genibus vel toto corpore erecto? Aut quis eos adigit festis domi
ni nostri, aut Beatæ Virginis cæterisque festis solemnioribus ad ac
cedendum, vti faciunt, singuli portantes propriam candelam, quę
constat quatuor regalibus, & à principio ad finem usque in vespe
ris permanendum? Certè non possumus eos in hoc negotio simijs as
similare, quoniam videmus nostros domi considere (quibus autem
rebus occupati conscius est Deus) Indi verò templis intersunt. Cer
tè quod si essent simiæ quæ mali sunt imitatrices illam ignauiã exẽ
plo nostratum sequerentur: à quo tantum absunt, vt accusent po- F
tius & repræhendant. Quis vnquam audiuit de aliqua gente referri,
quod conficerent ex deuotione & zelo iter duorum aut trium mil
liarium, vel etiam decem aut quindecim ad confitendum sua pec
cata? sed parum est quod dico, atqui maneant biduum vel triduum
sub dio expositi intemperiei aëris aut cœli, pro ut illis nonnunquã
euenit? In causa autem est illorum multitudo præ frequentia sacer
dotum, vt illis commodè vacare nequeant, licet illi manibus pedi
busque, vt nihil supra, illis conentur satisfacere. Sed illi ea in re piè
importuni sunt adeò, vt plerunque religiosi dolorem ex illorum in
commodis suscipientes (nam vt illorum in Christo patres sunt, ita G
paterno quoque animo illos prosequuntur, vt non dubitarent si ne
cessitas requireret sanguinem pro illis fundere aut victima fieri) illos intra suas porticus recipiant, & verbis ex cõposito atrocioribus illinc se abigere simulent, at ne quicquam faciunt: nam illi simplicitate quadam columbina aut agnina ad pedes illorum aduoluti, non animaduersis illorum increpationibus, his aut similibus verbis illorum animos leniunt: Pater scimus te iam lassitudine & defatigatione correptum, da te quieti, nobis molestum non est præstolari, cau
e tibi ab intẽpestate cœli & accuto illo calore (eiusmodi enim ver
bis ferè vtuntur) si verò fuerint valetudinarij ad confitendum cu- H
rant se deferri confestim hamacis (quæ sunt gestationes in quo gesta
bantur homines valetudinis aut voluptatis gratia) iter duorum, vel
trium milliarium per notos & amicos, qui aliquando etiam illos hu
meris accipiunt. Vndè constans fides infirmi, & charitas proximo
rum qui eum baiulant, manifestò percipitur. Nam peragrant colles
& valles tanta cum iucunditate, ita baiulantes, vt & itineris & por

tationis

Indorũ cura in cõficiẽdis testamẽtis.

Testamento rũ diligẽtes esecutores sunt indi.

Restitutionis modus singularis apud Indos & notandus.

Iubilei tẽpore quomodo se hab. at Indi.

Iniuriarũ remittẽdi modus.

tationis tedium fallant, dum sacerdotem inueniant. Prætermitto
autem studio, quãtam accurationem conficiendis testamentis & vlti-
mis voluntatibus adhibeant, appellando aliquẽ ex cantoribus aut
I fiscalibus ecclesiæ quales eiusmodi negotijs delegantur à religiosis vi
ri fideles, qui non solum exhortantur valetudinarios ad præparatio
nem ad mortem, instituunt ad rectè confitendum, & præsunt bap-
tizandis quibusdam tempore necessitatis, verum etiam ad testamen
ta rectè conficienda illis adiumento, quam re peropus erat illis cer
tas leges à religiosis præscribi: quoniam propter fidem quam collo-
rabant in orationibus suffragijs & sacrificijs vniuersam substãtiam
ad pias causas legabant ecclesijs, & eas dispositiones hæredes etiam si
perpetuò se futuros pauperes præscirent maiori tamen sollicitudine
exequebantur, quàm nos obligationes grauissimas quæ maiorũ no-
K strorum conscientias distingunt adimplemus. Postea si iuxta Au-
gustini sententiã ser. de vita cle. & canonizatur 17. q. vlti. c. quicũ
que, ex hæredato filio hæredem vult facere ecclesiam, conamur hæ-
redibus restituere ea, quæ uel pater, uel mater, vel filius sic reliquerit, quantumcunque religiosi cum illis agant, vt recipiant, recusant
tamen, dicentes: absit vt quod consecratum est ministerijs diuinis
in nostros vsus conuertamus. Id planè alienum foret. Tantus ea in
re fuit excessus, vt necesse esset aliquando immo semper ferè, vti
religiosos quibusdam quasi circumuentionibus, vt eos inducerent
ad receptionem quarundam rerum etiam tenuissimarum, quæ testa
L mento relictæ essent. Est præterea celebratissimum, siquidem im-
ponatur illis restitutio facienda in ipso mortis agone vt suos hęredes
conuocent, orando ut uellent debitum illud dissoluere. Idque ele
mosynæ loco sibi morientibus præstetur, quod amici etiam si alie-
num graue sit satisfaciunt, uel ad ministeria se se obstringunt, dum
creditoribus factum sit satis, si aliter soluendo non fuerint: dicen-
tes nolle se animam cognati ea de causa cruciari, ne mihi uidentur
esse, & quidem tanta, ut eam eximiam uocare possimus. Sed quid
dicam de tempore Iubilei? postquã indulgentiæ ab Ecclesia Roma
M na fidelibus impertiuntur ad quas obtinendas confessione & com-
munione opus sit. Sanxerunt Pontifices piæ memoriæ, vt propter
defectum sacerdotum apud Indos totus mẽsis illis deputaretur. Quo
tempore tantus est confluxus virorum mulierumq; ad nostras areas
expectantium oportunitatem confitendi, vt quamuis religiosi sche-
dulis huic rei consulere existimarent designãdo singulis diem & or-
dinem suum ad accedendum, nequidquam tamen ea ratione profi-
ciatur, nec impediri potest illorum concursus. Habent præterea cõ
suetudinem quandam memorabilem in pacificationibus, conciliа-

tionibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionibus atque iniuriarum expiationibus, quippè ad offensum accedunt humilimè veniam deprecantes & arctissimè sibi inuicem coniunguntur: atque si alienum quid habent ante confessionem reddũt. Faxit Deus, vt totidem angeli animam meam ex hoc corpore digredientem deducant, quoties ad me dictum est; Pater nolo me tua benedictione consecres (ita enim aiunt) priusquam ego mandatum Dei perfecerim. Cupio enim accersire illum à quo iniuria affectus sum, vt inuicem, te præsente, remittamus, quo dignior reddar gratia sacramenti. Deniq; ad explicandum pœnitentiam, lachrymas dolores, & deuotionem, quibus vacant ante simul & post confessionem plusquam centum linguis, centumque oribus opus fuerit, sufficiet itaque recensere exemplum quoddam quod mihi Mexici vsu venit. Pleriq; desiderio recitandæ mihi suæ confessiones accesserant: qui videntes me præpeditum audiendis Indis, & animaduerterent me ipsis uacare malle quàm sibi (quod omnibus religiosis prudentioribus moris est) conuersi ad me dixerunt: quare illos audirem confitentes, quibus incognitus esset Iubileus, vt se potius admitterem, qui vim & efficaciam sacramentorum intelligerent, tum ego illos mitibus verbis nonnihil cohibui orans atq; persuadens simul, vt mihi gratificari vellent die dominico proximo quo mihi distribuendum erat pluribus quàm bis mille personis sacrosanctum corporis dominici sacramentum, quos ego omnes & alij nonnulli religiosi confitentes audiueramus. Petij, inquam, vt tunc præsto esse vellent, atque ad obstringendum illos ego vicissim mihi confitentes audiui, gesserunt illi mihi morem atque accesserunt comitati multis viris matronisque nobilissimis. Hi uiderunt Indos magna acuratione præparatos venire (nam tanta reuerentia sanctissimum sacramentum prosequuntur, vt singularia vestimenta diebus communicationum destinata habeant quibus extra illos dies nunquam vtuntur, eosque egentibus ex mera charitate gratis vtendos concedunt) singulos ordine suo qui constat numero quadragenario flexis genibus rosaria manibus tenentes, summa cum deuotione, donec sacrum celebratur, orationes, gemitus & lachrymas fundere. Tanta autem adhibetur solemnitas & modulatio in sacrificio Missę, vt etiam sacella Regalia, vel Pontificalia æquare possit obeuntibus canendi munus Indigenis Musicæ artis peritissimis, vt postea declarabitur: Impendente autem tempore communicandi (non in morem nostratum qui temere concurrunt obliti planè sumptionis venerabilis sacramenti quasi dies illis non suffecturus sit) ordinatim magna cum reuerentia & humilitate sine vllo strepitu uel tumultu accedunt, ad utramque partem altaris constitutis pueris angelorum modo exornatis (nam est nobis hoc inprimis studio ut sacramenta tanta cum solẽ-

nitate

Contritio maxima apud Indos.

Notabile quid.

Missæ quãta solẽnitas celebrentur.

Cõmunicandi modus.

N O P Q R

nitate & reuerentia administremus quanta unquam in Ecclesia Dei ex quo eius maiestate fundata est obseruatum fuit) & recipiunt sanctissimum sacramentum, quo recepto (religiosorum instar occulis terræ defixis) recedunt nec expuunt aut excreant tota hora sequenti: finitaque missa illi etiamdũ orationibus intenti permanẽt. Quibus uisis à supradictis nobilibus, usque adeo commoti atque compuncti fuerunt, ut lachrymis profusis. mihi dicerent, se nolle non interfuisse isti spectaculo propter totius mundi lucrũ, & quod nunquam tantum christianismi specimẽ animaduertissent. Hoc ego eo proposito feci, vt tam illi, quam alius quiuis cognoscerẽt nos religiosos non exhibere sanctissimum corporis & sanguinis domini sacramentum sine magna examinatione & consideratione præuia. Quãuis enim à nobis religiosis eo iubilei tempore septem vel octo millia hominum ad confessionem admissi essent cæteris tamen omnibus exclusis duobus illis millibus vt prædictum est communicare fuit permissum. Neque enim sanctissimum sacramentum exibetur alijs, quam quorũ fides ante diligenter spectata atque explorata sit, quiq; rectè intelligant quid ab illis recipiatur: & hoc illis traditur in colloquijs ad quæ conueniunt vel per scripta quædam peculiariter in eum vsum quæ à lectoribus quibusdam alijs recitantur, quales exercitatissimos religiosi habent, qui etiam totam ante septimanam illis rationem confitendi constitutis horis ostendant: eaq; est causa quare, tantam multitudinem confitentium Indorum absoluamus. Accedimus enim ad confitendi loca hora secunda post mediam noctem, cùm ea acceleratione opus est, neque enim sinunt nos in Indorum quærimoniæ & suspiria diutius expectare, nec digredimur nisi ad sacrificandum & edendum, & illico sine vlla quiete ad laborem recurrimus, vsque ad intempestam noctem. Instructi verò ipsi Indi ea qua diximus ratione nullis fucis, pigmentis, excusationibus, aut coloribus quibus veritas obscurari solet vtuntur, sed confestim crimina sua teterrima produnt, præhabita iam confessione generali, quoniam receptum est, vt quando sacerdotes ad audiendum confessiones exeunt, ante omnia flexis genibus, magno animi dolore, verbisque humilimis confessionem generalem pronuntiare, quo circa, non est necesse eam postea à singulis iterari: sed vt ad rem pertinentia propriasque concernendo conscientias exponant: quod postquã illi absoluerunt ac tutum sacerdos minutim inuestigat quæ pro illorum statu videntur idonea, videlicet, quoties & quando contra mandata & in peccata mortalia inciderint tam diligenter illorum confessiones peraguntur, vt leui brachio aut in transitu hoc illos facere absurdum sit dicere. Vero enim simile nõ est velle aliquem ob peccata aliena sese gehẽnæ reũ facere. Accedit huc quod Indorũ cõfessiones

Eucharistiæ sacramentũ quibus exhibeatur.

Ad cõfessiones audiẽdos qua solicitudine religiosi accedant.

Cõfessiones Indorum nudæ.

Indi à quibus peccatis caueant.

S T V X

Universidad de Deusto
Biblioteca

audire non ualde est oneroſum, vtpote, qui ab vſuris, commercijs, & contractibus, quibus Hiſpani dant operam ſint alieni; frequentiora autem illorum peccata ſunt lubricitas, libido, temulentia, & furta ſed momentanea, nunquam enim Indi grauia furta admittunt nec mirum eſt: immo verò memorabile potius gentem quæ nuper admodū diabolico iugo ſoluta eſt uſque adeò Deo, ſuis miniſtris, ſummo pontifici, ſuoque Regi deditos eſſe, vt iniecta nominis diuini, Ecclesiæ, vel regis mentione ſe ſe in terram proſternant, nec mutire audeant. Sed quænam eſt aut vnquam fuit natio quæſo in qua non fuerint boni malis permixti? Non poſſum non obijcere illis qui criminantur Indorum pietatem, quod Chriſtus adulterę acuſatoribus olim dicebat: quisquis ex uobis ſine peccato eſt prius mittat lapidē. Non ſequitur ſi quis exiſtat peccator quod propterea excidat corpore Eccleſiæ, quamuis ſit membrum putrefactum, nec ſi gratiam amiſit idcirco fidem quoque perdere, preterquā ſi deciſcat à fide, cuius contrarium aſſeuerare hæreticum eſt. Quando vnquam in elemoſynis dandis Mauri liberales fuerunt? Quis contra Indos coēgit, vt ſi plantent vel ſerant Eccleſiæ ſuam portionem deſignent? Quando auditum eſt mauros emulatione quadam ſuis expenſis exedificaſſe monaſteria aut noſocomia quemadmodum Indi fecerunt in quibus ipſi ægrotos per vices curant? Quondam in cōuerſionis initio in mōtibus errabant, atque ita non facile erat illos doctrina Chriſtiana perfectè imbuere, qua propter, non eſt mirandum tunc temporis inuentos eſſe aliquos, qui Idololatriā commiſerint. At, poſtquam in vicos & ciuitates ad vitę ſocietatem ineundam redacti ſunt, politicè admodum & Chriſtianè victitant, vſque adeo, vt vel capitis grauedinem leuiter ſentiant non modo ad confitendum: ſed & ad conſecrationē à religioſis impetrandam ſe ſe deferri curant. Tantam fidem illis habent, vt vel manu religioſi ſe contrectari ſentiant, exiſtiment inde ſuam ualetudinem confirmare. Et quando tranſimus per uiam & prædia ruſtica vix poſſumus nos ab illorum concurſu vindicare. Nam ſimul atque viderint religioſum, liberis ſuis arreptis, illi occurrunt, ad obtinendam benedictionem. In qua re plerique tam blanda & comi ſalutatione vtuntur, vt omnem moleſtiam ipſis religioſis eximant, præſertim, ſi aliquam præ ſe ferant mæſtitiam. Prætereà docent parentes filiolos dicere lingua uernacula, benedictus ſit Dominus noſter Ieſus Chriſtus. His argumentis liquido conuincitur, illos ſyncериores eſſe Chriſtianos, quàm mauri. Faxit tamen Deus Opt. Max. ne illis accidat quod Chriſtus dicebat: & S. Matt. recenſet animaduerſa ingratitudine ſacerdotum & ſcribarū, fuæque eminentiſſimæ & diuinæ doctrinæ deſpicientia, qua illis tāquā in ſpeculo clariſsimo illorum peccata & execrabilē cōſcientiā ob oculos ponebat.

Peccata communia Indorum.

Ioan. 8.

Indi in largiendis Elemoſynis liberales.

Monaſteria & hoſpitalia Ind. ædificaſſe.

Religioſi quā æſtimationis ſint apud Indos.

Salutatio paruulorū ad religioſos.

S

T

V

X

De genere deliberatiuo. Cap. XIII.

Y Poſtquam ſatis ſuperque de genere demonſtratiuo eiuſque partibus: necnon de ratione modo atque opportunitate vtendi egimus: reliquum eſt, vt pari compendio genus deliberatiuum perſtringamus, quod nomen, ab excellentiore parte ſuo munere traxit: nempè, à deliberatione perſuadendi, videlicet, aut diſſuadendi quod cupimus cauſa. Plurimus eſt illius vſus apud concionatores, atque comprehendit omnis generis admonitiones, exortationes, conſolationes, atque petitiones. Vt latius inferius ſuo in loco patebit. Quare in hoc maxime ſtudium & diligentiam ponat, vt à vitijs auocans populum Dei, ad veram pietatem, Chriſtianasque omnes virtutes accendat, atque inflammet, ea verò quæ Chriſtianus orator

Z populo ſuadere debet ad quinque fortaſſe capita facilioris doctrinæ cauſſa, redigi poſſunt. Nam perfecta hominis Chriſtiani inſtitutio cōſiſtit in verbis illis quinque quibus D. Pau. fidelē Dei populū in Eccleſia inſtituendum eſſe ſuo docet exemplo. Sed in Eccleſia, inquit, volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam, quàm decem millia verborum in lingua. Hoc eſt, malo pauca verba loqui, cum à me, tum ab alijs rectè intellecta, quàm multa ſine vero eorum ſenſu & intellectu. Quinque autē illa, hæc ſunt. Credenda. Ad Titum. 3. Hæc loquere, & exortare. Agenda. Euntes prædicate Euāgelium docentes eos ſeruare. Vitanda ſcilicet peccata. Quaſi à fa

A cie colubri fuge peccatum. Annuntia populo meo ſcelera. Speranda, ſcilicet, merces æterna. De qua ſalute exquiſierunt. Timenda, pœnæ videlicet æternæ. Ite maledicti in ignem æternum. Horum alia pertinent ad fidem vt credenda: alia reliqua quatuor ad mores. virtutes, vitia, gloriam, & pœnam.

Credenda ſunt, quæcunque ad fidem pertinent Catholicam, in eorum verò cognitionem ducit præcipuè notitia verbi Dei, Symboli apoſtolorum, orationis dominicæ Sacramentorum. Sacrificiorum. Horum expoſitiones vidè apud Georgium Ederum tabula

B 71. vſque ad 91. De Agendis hoc eſt, benè beateque viuendi formula, de Anguſta illa via, quæ ad vitā ducit immortalē, in quorū numero cōtinentur. Virtutes, potētias diſponētes, quibus benè operamur. Præcepta Dei, Eccleſiæ, Conſilia Euangelica. Nā præcepta & cōſilia opera reſpiciūt. Donis expedite. Bona opera, & eorū fructus. Nam dona operibus perfectionem addunt. Beatitudinibus perfectè. Dona ſpiritus Sancti: quæ fructus facultatem ſpiritui apponunt. Gradus beatitudinis. Beatitudines ipſis virtutibus præmium ſiue uitæ, ſiue patriæ coniungunt. Sed fructibus fruimur Deo. De fugiē-

De recta hominis Chriſtiani Inſtitutione.

1. Cor. 14.

Glo. ibi. Matt. vlt. Eccl. 11. Iſa. 58.

1. Pet. 1. Matt. 25.

De credēdis ſiue de reg. fidei Catholicæ. Geor. eder. Tab. 71. vſque ad 91.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dis seu uitandis, hoc est, de vitiorum cautione, siue de spatiosa via
Lib. de duabus animabus. c. 11. quæ ducit ad perditionem. Aug. teste; Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod Iustitia vetat, & vnde liberum est abstinere. Et alibi docet. Peccatum esse dictum uel factum, vel concupitum contra legem Dei. Amb. verò; Quid est peccatum, inquit, nisi legis diuinæ præuaricatio, & cęlestium inobedientia præceptorum? Est autem peccatum triplex. Originale, quod à primo humani generis parente Adam transfusum, nobisque in ipsa conceptione contractum, per baptismum in Christo tollitur. De quo Pau. in hunc modum: per hominem, inquit, peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Mortale, quod vitam spiritualem eripit, ac mortem adfert animæ peccantis: quæ mors & à Deo, Deiq; regno separat, & supplicio æterno dignum facit. Vnde scriptum est. Stipendia peccati mors. Et in Iustitia, mortis est adquisitio: impij autem manibus & verbis accersierunt illam. Veniale, quod est actuale quidem, sed quod Dei inimicum hominem non efficit, cuiusq; à Deo venia fidelibus facilè impetratur. Vnde, D. Ioan dixit: si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Vt mentis euagatio, verbum ociosum, risus immoderatus, & consimilia, quæ quotidiana dicuntur, & sine quibus hæc vita non ducitur. Alia sunt peccata infirmitatis, alia imperitiæ, alia malitiæ. Infirmitas enim & imperitia, contraria sunt virtuti & sapientiæ: malitia verò contraria est bonitati. Quisquis igitur nouit quid sit virtus & sapientia Dei, potest existimare, quæ sint peccata venialia. Et quisquis nouit quid bonitas Dei, potest existimare, quibus peccatis certa pœna debeatur, & hic & in futuro sæculo. Quibus bonè tractatis, probabiliter iudicari potest qui non sunt cogendi ad pœnitentiam luctuosam & lamentabilem, quamuis peccata fateantur: & quibus nulla omnino salus speranda sit, nisi sacrificium obtulerint Deo, spiritum contribulatum per pœnitentiam. De sperandis, hoc est, de rerum sperandarum conditionibus, siue de præmijs bonorum præmium Christiani certaminis, est æternæ gloriæ corona 12. stellarum, quarum prima est Memoria sine obliuione. 2. Ratio sine errore. 3. Voluntas sine omni perturbatione. 4. Impassibilitas, in quam corpus nostrum surget sine corruptione. 5. Claritas, qua configurabitur claritati corporis Christi. 6. Agilitas, vt secundum mobilitatem cogitationum nostrarum sit agile. 7. Subtilitas, qua, quantumlibet spissum, vel solidum erit impenetrabile. 8. Diligere proximum in omni veritate tanquam se ipsum. 9. videre proximum suum in puritate diligentem se, sicut diligit semetipsum. 10. Deum perfectè diligere, sed plusquam seipsum.

Rom. 6.
Sap. 1.
Ioan. 1.
Aug. lib. 83. q. q. 26.

C D E F G

11. Diligere seipsum tantum modo propter Deum. 12. videre Deum diligentem se supra quam diligit seipsum. Hæc Bar. Ideo Pau. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quę præparauit Deus his qui diligunt illum. Item. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit in eis: & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus, & absterget omnem lachymã ab oculis eorum: & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt. De timendis, siue de pœnis malorum. Tria sunt, quæ vnum quenque maximè à peccato abstrahere, & possunt & debent: videlicet Mors qua nihil est miserabilius: hæc dicitur ab emerita iam vita, hoc est, acta & absoluta vnde etiam mortui, quasi emeriti appellantur. Definitur ab Aug. Priuatio vitæ, nomen tantum habens, non essentiam. Et est quadruplex, corporis, quæ fit cum ab eo tollitur anima. Animæ, cum ab ea aufertur gratia Dei. Hanc mortem, quæ prima uocatur, sequitur mors gehennæ & æternæ dominationis, quam Ioan. In Apoc. 20. vocat secundam. Est & alia mors propria Christianis & pijs hominibus, quæ spiritualis dicitur siue transformatoria, qua homo moritur peccato, & viuit Deo, & obid dicitur spiritualis. Eius causa est peccatum & origo Diabolus vt optimè traditur à Ioan Carten. de 4. nouissimis. Secundum quod abstrahit à peccato est, Iudicium, quo nihil est terribilius, præsertim filijs huius sęculi obstinatè peccantibus. Est autem secundum Richar. Iudicium triplex. Primum est vniforme, hoc est iudicium præsentis Ecclesiæ, quæ non iudicat nisi de sola qualitate retributionis & in genere tantum, secundum quod bona bonis, & malis mala redduntur: sed numerum, & quantitatem retributionum nescit. Secundum dicitur multiforme, quod quilibet experitur in morte, accipiendo sententiam de omnibus bonis & malis, quæ gessit: sed non omnia bona vel mala, statim recepit, quia recipit in anima tantum, & non in corpore. Tertium dicitur omniforme, idest, vltimũ Iudiciũ; quãdo recipit vnusquisq; secundũ numerũ & quantitatem, siue bona, siue mala, in corpre & in anima. Quod quidẽ fiet cũ omnes ante tribunal veri iudicis, Christi. s. astabimus in cõspectu orbis terrarũ, vt reddat vnusquisq; rationẽ eorũ quæ fecit. Vltimum quod abstrahit est infernus, cuius pœna nihil intollerabilius ac infelicius potest excogitari. Vbi scriptura teste, fletus est & stridor dentium. Porrò Infernus. Est lacus sine mensura, profundus sine profundo, plenus ardore incomparabili, plenus fętore intollerabili, plenus dolore innumerabili. Ibi miseria, ibi tenebræ, ibi ordo nullus, ibi horror æternus; ibi nulla spes boni, nulla desperatio mali. In quo quidem Iuxta modum culpæ pœna distinguitur, & secundum modum criminis, vnusquisque damnatus

1. Cor. 2.
Apoc. 21.
Iuditium triplex
Compen. Theo.
Matt. 8. 13. 22. 28. 25. Luc 13.

H I K L

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hugo. lib. 4. de anima, c. 13.

in Inferni igne cruciabitur. Erit frigus intolerabile, ignis in extinguibilis, vermis immortalis, fętor intollerabilis, tenebræ palpabiles, flagella cedentium, horrida visio Dæmonum, confusio peccatorum, desperatio omnium bonorum. Erit enim miseris mors sine morte, defectus sine defectu: quia mors ibi semper incipit, & deficere non scit. Greg. Hæc sunt quæ semper inculcanda sunt. Vocatur alio nomine suasorium quia id quod in controuersia vel consultatione positum est, suasionem vel dissuasionem complectitur. Tria potissimum in eo consideranda. Nempe. Quis, cui, & de quo. Quis, id est, qui deliberat, de quo, & cui consilium datur. Aliter enim consultandum, & loquendum apud viros bonos, claros, & doctos, aliter apud rusticos & populum. Apud illos enim præponderant honestas, liberalitas, veritas, æquitas, & iustitia. Apud hosce verò, vtilitas & lucrum prævalent metusque contrariorum. Ideoque ab illis ducenda sunt argumenta pro auditorũ conditione ad persuadendum vel dissuadendum. Animaduertendum præterea an istuc de quo agitur sit, Possibile, Difficile, & vtile. Alioquin enim frustra omnis labor sumitur. In hoc genere infrequens est vsus exordiorũ: eo quod auditores suapte sponte attentionem præbent. Verum siquidem libitum fuerit vti ducendum erit à sua Persona, & officio. A sua persona cum moderata sui ipsius demissione: Ab officio verò, si obligationem qua obstrictus est, exponat. Aut licebit incipere à persona eius cum quo instituitur deliberatio, recitando causas quibus instigetur ad agendum de aliquo negotio. Narrationi hìc nullus est locus: Vicem autem eius supplet generalis propositio, qua summam rei explicamus: quam in progressu orationis vel scripti fusius & minutius explicemus. Cæterum diuisio iudicio consultoris pro oportunitate & faciliori perceptione formanda relinquitur. Confirmatio deducitur vel ab honesto, id est ab ipsa virtute, vel à facili, vel à possibili, vel à tuto prout magis visum fuerit expedire: à laudabili, glorioso, & delectabili. Velut cum dicimus Gustate & uidete quam suauis est Dominus. Exempla in hac parte summam vim habent, & inter ea maiorem recentia, & si vetusta auctoritatem grauiorem habeant. Initium itaque capitur à persona quam rogamus: dicendo cum psalmista Regio, cui per familiaris est ille modus. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Subsequitur statim narratio quæ in hoc genere semper cũ extenuatione & depressione faciẽda est. Vt ĩ eodẽ propheta apparet. Ecce. n. in iniquitatibus cõceptus sum. Præcipuè autẽ in persuasione obseruandũ an sit res, Possibilis, vtilis, honesta, & necessaria. In dissuasione spes & timor. Possibile est, quod accedente voluntate fieri potest. Impossibile contra, quod fieri nequit. Sic homines mundani & carnales, ad excu

M

N

O

P

Deliberatiuum genus uocatur & suasorium.

Pſal. 50.

Considerãda in suasione uel dissuasione.

excusandum sua crimina in blasphemiam & hæresim labuntur dicentes. Fieri non posse vt adolescentes à libidine se se immunes custodiant quod exemplo multorum sanctorum vtriusque sexus qui casti permanserunt & coronam virginitatis promeruerunt: falsitatis conuincitur. Nam si esset impossibile, tolleretur liberum arb. triũ: quod cũ ueritate pugnat. Posuit. n. Deus animam nostram in manibus nostris. Qua facultate accedẽte diuina ope multum ualemus quemadmodum ea destituti ne hilum quidem possumus. Vndè cõ gratulatio illa Dauidis, sæpe expugnauerunt me à iuuẽtute mea etè nim non potuerunt mihi. Vtile est, quod opes & honores, & id genus alia coniuncta habet. Honestum est quod bonum, iustum, licitum, piuni, pulchrum, & in summa omnem virtutem complectitur. Quam autem omnis virtus laudetur omneque vitium reprehendatur, videmus vnam virtutem pluris fieri quam aliam & vitia non æqualiter vituperari. Maiori plerumque laude effertur misericordia quam iustitia licet inter virtutes primas obtineat, atque è diuerso infamior est fur adultero, cum tamen adulteriũ grauius sit peccatum. Necessarium dicitur, vis illa vrgens quæ nos ad faciendum cogit. Eius duæ sunt species, Absolutum quod simpliciter euitari nequit, in eoque casu persuasio est superuacanea, nisi exempli gratia propositum fuerit hortari auarum vt rectè suis vtatur quoniã necesse est relinquere. Conditionale est quod necessario fieri debet ad fugiendum maius incommodum, vel maius bonum obtinendum. Idque genus in frequentiori est vsu. Verum omnes hæ qualitates nõ semper concurrũt in omnibus orationibus aut negotijs, at satis est vnam locum habere, quæ iuxta regulas tam præcedentes quã sequẽtes exaggerari poterit.

Q

R

S

No. de libero arbitrio.

Pſal. 128.

Definitionem & vsum generis deliberatiui continet. Cap. XIV.

T

GEnus deliberatiuum est, quo bonum & malum vtile & inutile, necessarium & contingens diseriminamus, instigamus, suademus, dissuademus, petimus, hortamur, dehortamur. Multiplicem in vita humana habet vsum tam in iudicio quã extra iudicium, vt in scriptis, proposita vtilitate & commodo, ad quæ omnia de quibus agitur passim referri solent. Considerandum autem præcipuè in hoc genere an fieri possit nec ne. Quoniã & si vtilissimum sit negotium, ne quicquam tamen consiliũ capitur si factu impossibile sit. Præterea vbi constiterit fieri posse, supereſt vt videatur an tutum sit & facile, vt in sequenti exemplo manifestum fiet.

Præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prædicta exemplis illustrat, cum documentis viris equestribus obseruatu vtilissimis, qui vltra modum in aliquo exercitio & vitæ genere laborant quamuis fuerit militare. Cap. XV.

Exordio ab officio parentum erga filios.

FIlii mi, nullus est, ad quem tuarum fœlicitatum maior gloria redundet, quam ad me, partim ob affectum naturalem parentum erga filios, partim quod tua indoles meam refert. Vnde ab vno quoque laudem & amplum honorem consequar. Præterea, quæ ego tibi dicturo eò tendunt, vt possis uitam securiorem & tranquilliorem ducere. Nam si ego tuæ ætati conuenientia filerem, metus esset, ne inde tibi maxima discrimina cum incredibili tuorum amicorum dolore impenderent. Nam rationi congruum est, eum, qui vnum solum habet speculum in quo se contueatur, vnamque candelam, quæ illi lucem suppeditet, illud cautissimè ne rumpatur, hæc autem ne crebra emunctione deficiat, prouidere: maximè, si nõ sit postea spes alterius speculi vel lucernæ recuperandæ, tunc enim opus est maiori vigilantia ad euitandum periculum. Nam prouidentiam fœlicitas non pœnitentia sequitur. Certè nisi & ego & alij tui amici præsentem salubribus consilijs imbueremus, minus id officiũ præstaremus absenti. Quantò ego iam grauior sum annis, moriq; certior quàm viuere, tanto me impensius æquum est te præmonere quod fortasse neutri in posterum integrum erit, neque enim tibi succedet meo loco alius pater quem consulere possis, neque mihi nouus filius nascetur quem consilio adiuuem. Quo circa, non oportet parentes consilijs dandis esse negligẽtes, neque plenos rimarum esse filios in monitis parentum auscultandis. Non in eum finem hæc dico quod in tuis actionibus honestatem desiderem: & si mea dignitas ad altiora te vocet: sed vt prouideam ingens periculum quod ex nimio studio militaris & equestris exercitij tibi accidere possit. Vnde tantam corporis debilitationem tenera hac ætate contraxeris, vt cum opus erit uiribus deficias. Videris enim mihi non tantum equis domitis gaudere, verum etiam infrænis & ferocibus: nec in metis solũ constitutis cum alijs equitibus concurrere: sed & instar militis gregarij designare belli simulacra atque ijs te immiscere nimia cupidita

Propositio orationis.

tem militaris & equestris disciplinæ: quod quidem non tam male me habet quam non placet. Quandoquidem à prudentia alienum est, vltra modum vacare periculoso alicui studio. Visitatum est, fili mi, si quis multum diuque per abruptas valles perambulet, vt aliquando cadat, postque ille casus incidere in horam tam infaustam atque esse eiusmodi, vt corpus luxetur & contorqueatur, nec vnquam remedium adhiberi possit. Quia assiduitas periculosorum studiorũ

pœnas

pœnas minatur & multam exigit. Pauci leguntur in veteribus monumentis fuisse egregij bellatores qui non in bello occumbant. Vrsus quotidie magistro suo exitium intentat. Qui frequenter cum tauris depugnant tandem in arena cadunt. Vltima linea nautarum ferè est fluctibus obrui. Qui rationem oppugnat à ratione superatur. Eodem pacto, mi fili, siquidem animum adpellas ad labores tuæ ætati impares necesse est sero cito pericliteris. Rectè quidem facis quod te in armis exerces, nolim autem te propterea dum contũdantur ea ferre sic non improbo equis vti sed fatigari. Præterea si contingat te humanitus in aliquod crimen incidere noli in eo diabolicè perseuerare & immori. Nam qui in tempore non opponit se vitijs, condemnat se ipsum: & qui non redit ad vitam frugi ei necessario male moriendum. Dico itaque, mi fili, vt recreationes tuæ honestæ sint, & tutæ, non temerariæ vti sunt choreæ, tripudia, cantationes, fides, lectiones historiarum in quibus maiorum gesta conspiciuntur. Quoniam tametsi magnum vitæ commodum existimes præsentibus frui: attamen inferius non est anteacta cognoscere, vt proponendo aliorum bona & aliorum exempla, partim ea imiteris partim ijs cautior euadas, tã in strenuis actis, quã orationis elegãtia.

Principijs obstare quã vtile sit.

Responsum filij ad patrem memorabile & notatu dignissimum. Cap. XVI.

AVdita salubri hortatione & fructuosa oratione patris: filius in hunc modum respondit: quod tam ratione pietatis & obedientiæ, quam spe futuræ vtilitatis percuperet eius voluntati morem gerere, deserto militari studio, ad quod natus erat, & suscepta ea vita quam pater præscribebat: quamuis ob vtriusque discrimen, hoc minus esset cordi. Alterum enim est lepidorum iuuenum, alterum verò strenuorum virorum quibus studio est armis inclarescere: tam ob gloriam, quàm ob vtilitatem quæ ijs comparatur. Consideret itaque pater quod ex ea professione vitæ quam demandabat innumera vitia proficiscantur, & ex altera cui uale dicere iubebat præclara facinora, minori cum periculo, tum ad nominis famã, tum ad animæ salutem redundarent. Nullum enim est exercitium maioribus expositum periculis, quàm id ex quo tanquam equo Troiano vitia carnis procedunt. Sed ex tripudijs & cantibus amores nascuntur, ex amoribus dissidia, ex dissidijs verò cædes, ex cædibus pernicies animæ. Itaque ex illa permutatione vitæ militaris cũ ea quam pater iniungebat exiguam frugem nascituram. Quod ad historias attineret videri sibi dicebat fructuosissimũ vetusta monumenta, nocturna atque diurna manu uersare, vt ueteres laudare, atq; laudatos eorum mores imitandos proponamus. Res enim præclaræ

Vitiorum connexio.

Cc in illis

Universidad de Deusto
Biblioteca

in illis contentæ prudentiam augent, vecordes reddunt cordatiores, præcipitantes circunspectiores, elatos modestiores, stolidos solertiores, eaque de causa libenter se ad historias animum adiuncturum. Ne tamen erret pater sibi confestim eiusmodi studia nauseam paritura quàm ex armorum assiduo vsu nũquam contraheret, quoniam sibi fructuosior & iucundior videretur. Quamuis autem discrimina maiora suæ propriæ personæ ex vsu bellicarum rerum impenderent molestius nihilominus suo iudicio esse Musicæ operã dare quã armis, quibus victoriæ reportarentur, & per eas amores contraherentur. Verum posteaquam vellet pater sectari eum vitam otiosam & desinere currere in suo puluere libenter se obsequuturum. Et hoc quidem perelegans exemplum ad supradictorum demonstrationem faciat satis.

E

De genere iudiciali. Cap. XVII.

F

TErtium est iudiciale genus causarũ habet in se accusationem, & defensionem. Quamuis autem defensio maiori digna sit laude quàm accusatio non tamen hæc sua laude caret vsumq; interdum habet pernecessarium. Est hoc genus laboriosissimum & difficilimum; versatur enim circa totam Iuris prudentiam, necessũq; est eum qui tractare istuc velit Iuris legum ciuilium, vitæque humanæ esse expertissimum. Præterea, vsus venit in hoc genere vt in tria verba orator contrahat quidquid tam actor quã reus magna circuitione proposuerint, replicauerint, narrauerint, concesserint, confirmauerint, confutauerint, vel concluserint; quemadmodum in orationibus Ciceronis Catilinarijs & Miloniana cernere est. Genus autem iudiciale est, quod positum in iudicio habet in se accusationem & defensionem, aut petitionem & recusationem. Ad procuratores autem & litigatores potiùs, quàm verbi diuini concionatores pertinet, vt ex superioribus appareat. Licet D. Pau. in epist. ad Hebræos hoc vsus fuerit genere. Tota enim in contentione versatur: eò quòd Apostolus intendit principaliter Hebræos in puritate fidei Christianæ confirmare, & à legalibus obseruantijs, quibus adhuc detinebantur, prorsus auellere. Timuit enim eis, ne superati tentationibus, ad infidelitatem relaberentur. Nulla enim gens obstinatioribus animis repugnabat euangelio Christi quàm Iudæorũ, qui Paulo erant infensissimi, quod se gentium Apostolum profiteretur &c. Vide Amb.

G

Ansel. in prefatione.

H

De tribus laudandi aut vituperandi modis. Cap. XVIII.

EXpositis abundè tribus causarũ generibus reliquum videtur vt earum vim, & vsum declaremus in laude, vel vituperatione

ne alicuius rei. Qua de causa aduertendum laudis aut vituperij argumenta sumi ex bonis externis, corporis, & animæ, à quibus ferè laus omnis constat. In bonis externis numerantur genealogia, si quis clara vel abiecta familia sit oriundus, natio, educatio, existimatio, amicitiæ, ætas, facultates, fortuna aduersa, & prospera, conditio, status, orbitas vel proles. Huc pertinet illud exemplum. Cum Nephtalon archistractenus Sinecorum linea recta originem duxerit à tribu Nephtalin, non potuit non magna stratagemata edere. Nam præter generis claritatem, virtutes naturales, belliq́ue peritiam eloquentia multum pollebat, par in eo sapientia & liberalitas, modestiæ studiosior, quàm superbiæ, paratior dare quàm accipere, propria sua opinione iustior, ad misericordiam procliuior quàm ad libidinem, compluribus fauorabilis, inuidiosus paucis & quoniam viri nobiles & generosi amant consuetudinem eorum, qui onori potius i lis quã vitio sint, studebat sibi adgregare viros tam virtutibus, quàm stemmatibus illustres à quibus nihil præter bonum redundare potest. Quamobrem solemus cum Dauide vulgo dicere, cũ sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Talis audies quales sunt cum quibus versaris. Vndè familiarium sæpius mores quàm educatorum imbibimus. Nam vt ait Philosophus inditis nobis virtutum semini bus, tales reddimur cum qualibus sumus familiares: nec minus rectè dixit Seneca, à bonis bona, à malis mala disci. Qua propter maxima est adhibenda cura vt à teneris iuuenes bene assuescant, & cum probis habeant commercium. Nam vt arbores quæ dum soboleſcunt diriguntur & eriguntur excrescunt & amplissimum fructuum prouentum reddunt, sic iuuenes à pueritia ad optimam vitam admoti prosperum finem consequuntur, & vt ait sapiens; Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea; nam vt ętas temporis successu ita boni mores consuetudine firmantur. Similia exempla omnibus circumstantijs bene euolutis multa adduci possunt.

I

Laus vel vituperij argumenta vnde summantur.

K

L

Nota.

De laude, quæ sumitur à bonis mundanis. Cap. XVIII.

M

ABonis corporis duplici modo laudem instituimus. Alia enim sunt naturalia, vt forma, robur, sanitas, agilitas, dexteritas, celeritas, vires, firmitas, habilitas. Alia adquisita quæ pariter bifariam distribuuntur: aut enim permanentia sunt, vt dominia, possessiones, arces, domus: aut transeuntia, vt ornatus corporis vel ædiũ cultus & vestimenta. Loco exempli poterit haberi commendatio equitum in orbe nouo educatorum qui quidem forma, & vultu adeò sunt modesto, adeò venusto, vt nihil supra, & magnis præstan

Laus equitũ in nouo orbis. Historia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti in corpore viribus tàm in equestri quàm militari exercitati. Deinde vocem habent ad cantandum & mollia brachia ad saltandum vt incredibile putem in totò mundo ciuitatem esse in qua reperiantur iuuenes tanta multitudine, tàm politi & destri atque uirtutibus naturæ dotati, immo ne in regia quidem aula neque hæc tanquam ex affectu & fauore dicta accipi velim quod eius tertę sim ferè alumnus: est enim consentiens, grauissimorum virorum, qui multorum hominum mores & vrbes viderunt, opinio. Vno vitio vrgentur, quia omnium rerum copia affluentes nec quærere nec parta tueri quidquam pensi habent: sed vestium & corporis cultu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem aut omnino nullam sunt relicturi.

Hominis in India notan tur.

A bonis corporis laus sũmitur.

Modus laudandi aliquem à bonis corporis debet fieri, per Hypotyposin, quam Cicero vocat illustrem explanationẽ, rerumq; quasi gerãtur sub aspectum penè subiectionem à capite vsque ad calcem corporis figuram describendo vt in illo Regum, Absalon filius Dauid quò non erat pulchrior in omni Israël decorus nimis à vestigio pedis vsque ad verticem non erat in eo macula, capillo non minus flauo quàm aurum, lore aquilino & purpureo, oculis decoris & rutilantibus, corpore tam bene constituto & tàm bono habitu prædito, vt cuncti eius infortunium deplorarent. Natura enim propensiori animo sumus erga formosos quam deformes nam coniecturam quãdam bonitatem affert tacità corporis venustas, & vultus animi est sedes. Quamuis re uera in pulchritudine & agilitate nullum sit momentum, minusque in planetarum conuersionibus, modo adsit mens conscia recti, & Dei timore ornata. Pietas enim de corporalibus parum sollicita est spiritalibus contenta, Celeritas autem & habilitas corporis vel eorum contraria non impellunt nos ad bene, beateque, vel impiè & scelestè viuendum, Alioquin obstipi, gibbosi, asthmatici, alijque mutili cum natura iure expostularent quod tales eos natura formarit. Non abs re hæc inserui, vulgaria enim sunt hæc dicta non diuina testimonia, quæ formam aliquid momenti ad virtutem afferre existimant. Nam in spiritalibus animæ, puritas spectanda. Virtutes enim superant speciem.

O

P

Q

De commendatione quæ ducitur à bonis animæ. Cap. XX.

IN bonis animæ sunt virtutes Ethicæ Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia, Mansuetudo, Benignitas Magnanimitas, Patientia, & in summa æqualitas inter omnes temporis & locorũ opportunitate obseruata. Hic etiam inuestigandum de eius qui prædicatur ortu, educatione, institutione, habitatione, consuetudine

dine, & amicitijs. Deinde considerandum quid viderit, didicerit, fecerit, aut dixerit. Præterea, vtile erit obseruare rationem victus eorũ quos accusare, laudare, vel reprehendere est animus. Si quis homicidij reus agitur, inspiciendum quomodo mors illata sit, quid consecutum fuerit, quæ fuerit ante actæ vitæ ratio. Summa summarũ appellatur hoc genus demonstratiuum, quia in eo demonstrabat quid sit in alicuius personæ laudem vel vituperium: Ideoque ad historiographos potissimum spectat. Raro enim contingit vt ex professo laudem aut vituperationem alicuius rei tractemus, nisi aliquod negotiũ de quo agitur id ipsum postulet. Vti cum hortamur quempiam vt se commorandi causa aliquo recipiat, necesse erit mores, ritus locique circumstantias describere, quæ sunt, altus, humilis, amplus, angustus opacus, luci peruius, publicus, priuatus, frequens, vmbratilis, sacer, profanus, permissus, prohibitus. Veluti si alicui in animo sit inducere amicum vt causa ministerij tam Diuini quàm Regis in Copalam quam vocant nouam, aut Cantabriam nouam se conferat, eiusmodi stylo istuc fieri potest.

Loci alicuius descriptio à quibus potissime sumitur.

Quod pro tua erga me beneuolentia expetis meum consiliũ: an tibi suscipienda sit expeditio in nouam Cantabriam ad gratificandũ & Deo, & regi: mea fert opinio, etsi negotiũ ipsum non esset per se satis fauorabile quia tamen coniunctum habet Dei Opt. Max. & Regis Catholici obsequium non indignum esse quod aggrediaris. Tuæ fortis homines, æquum est, sua promptitudine & obedientia alijs quasi facem præferre. Quales enim in Rep. sunt primores tales etiam solent esse plebei. Certe meus erga te animus extimulat me ad scribendum non esse tibi prętermittendum eiusmodi occasionem cum detrimento cultus diuini, Regiæ maiestatis, tuæque ipsius tranquillitatis quæ post res præclarè gestas, actosque labores iucundissima obtingit. Accedit loci opportunitas quæ facilem victoriam parumque laboriosam promittit cum summa famæ amplificatione. Quod autem vita in discrimen adduci videtur, inter medios barbaros, aio summam esse laudem & præconium equestris dignitatis virorum, proprio sudore & sanguine sibi gloriã peperisse. Nihil enim sine magno vitæ labore dedit mortalibus, & qui vitat molam vitat farinam. Quisquis eam regionem perambulare cupit ei cauto & prouiso opus est Ianumque esse oportet: sed nihilominus mediocri prouidentia & industria magnum honorem comparabis, existimationem videlicet fidelis ministri, & militis Dei & Regis. Laus bonorum quæ nobis adquiruntur successione illis peculiaris est qui ea pepererunt. Quæ verò nostro Marte nobis obueniunt, ea nostro merito nobis uendicare possumus, eorumque memoria dum viuimus nos recreat, illaque posteris nostris nepotibus & ignotis

Exemplum.

etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam exponere gaudemus Quamuis itaque omnibus necessarijs affluus, attamen ratione maiorum, & honoris quem illi quasi hæreditarium tibi reliquerunt teneris ad curandum ne ab illorum virtutibus degeneris sed illorum vestigia sequaris. Pater tuus pater patriæ audiuit quo honore ne tu excidas hoc opus hic labor est, maximè cum in illis partibus pater tuus rem familiarem auxerit conuenit vt ibidem tu eroges in patris locum succedendo, cum tam certa sit spes egregiæ laudis & magnæ vtilitatis referendæ maximè cum plura & maiora nunc sint commoditates quàm initio erant illis, qui primum eo appellebant. Sunt enim in præsenti multa facta domicilia, arces, & itinera tutiora. Vltra certiorem te facio nō fuisse Indos tam audentes & agiles atque iam sunt, neque tam alienos à metu & uerecundia vt apparuit ex strage quarumlibet personarum ab illis edita & ipsorum facinoribus. Cuius rei causa est quod non fuerint collocati homines pacifici tam Indi quam Hispani in ijs locis, quæ plurimum frequentantur etiam à Chichimecis. Quemadmodum factum est à religiosis nostris in Ciuitate quæ vocatur Nomen Dei vbi pacate inter se hispani & Indi morantur. Nam quidquid præter id ipsum tentatur est laterem lauare, vt animaduersum est per milites
13 & 14. & antesignanos in ea regione versatissimos. Numerorum xiij. & xiiij. recensetur missos fuisse à Moyse ex Dei præcepto exploratores ad considerandum terram Chanaan; inter quos primarij erant Caleb de tribu Iuda, & Iosue de tribu Pharam, & pergit scriptura dicere quod terram illam peragrauerint & ad indicium fertilitatis reportauerint botrum vuarum, ficus, granata, exponētes populo vbertatem soli, & gigantum immanitatem cum quibus depugnandum erat aliasque difficultates, nihilominus & vtilitatibus & periculis trutinatis præponderauit vtilitas eoque modo ad expeditionem se accinxerunt. Pari modo quamuis eximium sit quod permissu diuino occupatum est hactenus, persuasum tamen habeo restare adhuc terram promissionis subiugandam, eumque in finem in singulos dies speculatores Deus transmittit, qui sunt Religiosi studio propagandæ gloriæ diuinæ vltro citroque commeantes qui lætos & veraces nuncios referunt & de fœcunditate regionis quæ deberet merito calcar addere, & de hominum ingenijs qui exterrefacere minimè debent. In eorum exploratorum numero per Dei gratiam ego quoque fui nec possum quidquam de ea regione prædicare nisi videri mihi omnium quas sol videt maximam, quæ nec propter æstū nec frigus inhabitabilis sit multis camporum patentium æquoribus, fluminibus, & fontibus plenæ, quæ paruo labore & sumptu ad irriganda prata & agros deduci possunt atque ita melius triticum & mahiz ibi colligitur quàm vel in Hispania vel in cæteris partibus no

ui orbis hactenus deuictis. Quod videre est in hortis ab Hispanis cōditis in ijs partibus apud Sacathecos, vbi ego in ciuitate Nominis Dei in valle Huadiana, quam excoluit bonus ille frater Petrus de Spinareda, & sanctus ille Frater Cindos tantæ magnitudinis cydonia, granata, persica, & cotonea, vt nisi hic adessent qui conspexerūt ipse vererer dicere. Sunt cydonia paria capitibus puerorum. Persica magnis aurantijs æqualia sunt, cæpæ amplitudine patellarum aliæ magnitudine aurantiorum, Colliculi argento maximè abundant. Cuius rei argumentum est, quod tota illa vis argenti quæ Regi ex suis prouentibus affertur alijsque mercatoribus in regione Chichimecarū effossum est, maiorque copia perueniret si tuto nostratibus istic habitare liceret, atque eruere quod obtineri posset, eo quo dictum est consilio, cuius rei per schedulas Prælidem quoque admonui, siquidem Cæsari tantummodo in mentem venissent pericula, nunquam cum Pompeio cōgressus, nunquam etiam imperatoriam dignitatem consequutus apud Romanos fuisset. Si Marchio de Valle periculis deterritus fuisset in aditu Nouæ Hispaniæ ille gloria & posteri opibus carerent. Idem in compluribus ante signanis visum est. Vtranque enim partem examinare oportet maximè in debellandis infidelibus quibus ipse Deus tam infensus est cuius fiducia & ope trophæa facilè acquiruntur, vt patet ex illo Dauidis; Hi in curribus & in equis, nos autem in nomine domini.

Regulam & adnotationem animaduersu dignam continet. Cap. XXI.

AD excellendum tam in hoc quam in alijs generibus causarū ante omnia enitendum est oratori, vt beneuolentiam comitet & modeste sibi comparet, & animos auditorum sua blandiloquentia prę molliatur. Deinde, vt exordia bene conueniant materiæ, narrationes perspicuę sint, confutationes autem euidentes, Accedit, vt curet rationes ita deuinctas esse vt una ex altera quasi efflorescat: ornamentis etiam Rhetoricis & schematibus conuenienter insertis. Pronunciatio autem sit articulata & distincta, ad quæ omnia memoriæ vsus, & exercitatio inprimis requiritur: accusando, defendendo, exaggerando, extenuando, laudando, vituperando describendo, narrando, quo labore ars consummatur, & sine eo inanis est. Quod præceptum ad omnia consequentia referendum est. Quoniam propositi nostri haudquaquam est verbosa commentaria edere, sed ipsam artis medullam breuibus enucleare. Itaque si non omnia specialiter alicui satisque diffuse explicata videbuntur, is hoc sciat instituti nostri fuisse summa capita, & mnemoneumata quæ memoriam obliuiosam, & infirmam iuuarent conscribere, non sinuosa

Pronūciatio qualis debet esse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

volumina quæ inuisa magis fructuosa existunt.

Prædicta illustrantur percensendis exemplis aduentus & vitæ Religiosorum qui fidem Domini nostri Iesu Christi apud Indos propagarunt. Cap. XXII.

G SCatet Historia nouæ Hispaniæ totiusq; noui orbis multis erroribus & mendis, quemadmodum, volente Deo, breui manifestũ fiet ex mea, quã diuinis auspicijs in lucẽ dabo, præsertim in re tã memorabili atq; præclara cõuersionis illorũ per aduentũ & indefessos labores religiosorũ nostri ordinis qui summos fructus produxerunt in illa noua Ecclesia cuius ipsi fuerunt institutores. Nolim deprimere magnanimitatem Romanorum qui aperto Marte & virtute bellica tot prouincias, & potentia regna in ordinem redegerunt seque domiti orbis principes & monarchas reddiderunt. Sed maioribus præconijs nouaque maiestate verborum efferenda est inaudita fortitudo Ferdinandi Cortesij & religiosorũ qui nouos illos H orbes adierunt. Certum nanque est, neminem fuisse animo tam excelso, qui tam arduum negotium subiret aut cui integrũ fuisset eadem celeritate perficere. Adde magna commoda quę per quoslibet dies per religiosos ibi æduntur. Fuit autem id actum, siue magnitudinem spectes, siue celeritatem, maximè heroicum. Notum est ex historijs multis annis, & quasi sæculis interpositis & cum euitation periculorum tandem prouincias & regna inuasisse. Verum illi viri Apostolici ductu Almi spiritus à quo gubernabantur non regna dumtaxat & prouincias, verum nouos orbes in potestatem nouam redegisse. Deindè facta collatione eorũ, quæ Romani possederunt, cum ea parte Indiarum, quæ in nostras manus venit: hæc I infinitis partibus amplior est. Cæterum, nolo hìc verba facere de priuatis illorum laudibus quas meruerunt, si animum aduertere velimus, vt æquum est fieri, quod quasi extra se positi, & õnino rapti ad spiritualia & diuina, patriã, parentes, amicos, cognatos, fratres, & omnia quæ in vita chara sunt deserentes, cruce, sua voluntate susceptа, per mare, per terras, cum summis periculis cucurrerunt, deuoti penitus & consecrati diuino cultui & publicæ vtilitati, quod opus, si recognoscatur intentius apparebit sine dubio à Deo profectum, examinatis effectibus prodigiosis, qui consequuti sunt. K Nũquam enim auditum lectumque est à tam paucis tantam multitudinem pari constantia ad fidem Christianã esse pellectam, vti clementia Dei apud Indos factum est. Quotquot exercitus duces ante hac fuerunt (pro ut scriptis proditum est) fiducia numerosi milites cruentas strages ediderunt. Sed optimus hic Cortesius spem in

Cortesij laus & religiosorum noui orbis.

Vera Christi sequela.

Deo

Deo tantum fixam habuit, vt manifestũ fuit cũ nauem egressus in portu S. Ioãnis de Lua, cui tũc temporis nomen erat, Cẽpuala, vbi ob præmonitus oraculorum, & fatorum: de amissione imperii erãt assidui plures quàm tercentum millia Indi in præsidijs. Cum verò nostrates tam exiguo numero essent deffecti incommoditatibus & longitudine itineris præ tanta multitudine Indorũ quis nõ iudicauerit esse hominũ inconsideratorũ non solũ conferere manus cũ illis, sed vel audire illa tantũ. Hic itaq; suã virtutẽ exercuit bonus ille Cortesius vnaq; religiosi, per illos in interiorẽ partẽ Regionis intrantes dirutis illorũ fanis, & sacerdotibus expulsis, sacrificijsq; illorum diabolicis posita omni fortitudine prohibitis. Videtur historicus ille parũ æquus fuisse religiosis & studiosior prẽmij temporalis quàm diuini prætermittendo mentionem & cõmendationem tantæ sanctitatis, humilitatis, nuditatis, vt etiã discalceati venirẽt contemptus rerum mundanarũ quibus rebus præcipuè cõmoti fuerũt L Indorũ animi: recognoscentes viros tam demissos, in tanta reuerentia & existimatione haberi à filiis solis (ita enim Hispanos vocabãt) illos autem & sui ipsius, & rerũ mundanarum admirationem, & curam abiecisse. Nam cũ illis offerrent & dono darent opes immensas & thesauros significarunt illis nihil eiusmodi à se expeti sed liberationem animarum, quę sanguine filii Dei redemptę erãt, quas illi habebant perditas & mãcipatas adorationi Diabolorũ. Quę nõ idcirco in mediũ attuli vt Ferdinãdi Cortesii Marchionis de Valle aliorumq; anteſignanorũ gloriã deminuerẽ; sed vt ostendã secundũ N Deũ prẽcipuè in Religiosos reiiciendã causam religionis, Christianismi, conseruationis, & retentionis Indorum, quodque in præsentia vel illi vel sui hæredes securè potiuntur quæsitis rebus. Sed ne longius digrediar, omissis illis, ad rem propositam reuertar.

Qualiter Indi commoti sunt ad fidẽ amplectandam.


De die & anno, quo Mexica occupata est & de aduentu religiosorum. Cap. XXIII.

O ANno itaque redemptionis humanæ M. D. XXI. ipso die S. Hypolyti XIII. Augusti Mexicana ciuitas superata est in cuius facti fælicisque victorię memoriã ciues anniuersariũ festũ solemnesq; supplicationes celebrant, in quibus ferunt vexillum quo vrbs capta est egrediẽs ex curia vsq; ad splendidũ quoddã templũ quod est extra mœnia ciuitatis Mexicanæ prope hortos suburbanos, & in honorẽ dicti sancti constructũ vbi nunc Xenodochiũ quo que extruitur. Eoq; die tot spectacula & ludi proponuntur vt nihil supra in agitandis tauris, & vibrandis longuris quo cõferuntur omnũ nobilium Mexicanorum ornamenta, quę sunt totius mundi

Sancti Hypoliti solemnizatio.

DD pre-

pretiosissima tam in re vestiaria virorum, & mulierum, quam in aulęis & tapetibus quibus viæ & domus insternuntur. Nam primum omnium annuatim Senator vnus de Republica electus, ex his, quibus Respublica commissa est, ad quorumque arbitrium omnia ordinantur: vt dictum vexillum ferat: vice rex à dextro, præses vero à sinistro lateribus, commitantibus omnibus aliis senatoribus, præfectis, prætoribus, ædilibus ac prope totius ciuitatis nobilibus: P optimis tam ipse, quam equs à capite vsque ad pedes corruscantibus armis ornatus, ac cataphractus ad curiam procedit. Vbi accepto vexillo, prędcedentibus omnibus aliis pretiosissimis ornatis vestimentis, ad dictam S. Hypoliti Ecclesiam procedunt. eoque peruentum. Archiepiscopus ad altare stipatus procedit ac vesperas solemniter incipit, subsequentesque cantores, tubis, fistulis, cittaris, & omnibus aliis musicorum generibus persoluunt. Quibus finitis, eo ordine, quo venerant ad curiam reuertuntur. Relicto vice Regis gerente & gubernatore in proprio palatio, ac vexillo loco suo, senatorem ipsum ad propriam omnes alii cõmittantur domũ. Q Vbi, lautissime volentibus, confectiones, quibus patria illa maxime abundat, egregie præparatæ subministrantur. Sequẽti verò die, eodem ordine cõtinuato, ad dictã Ecclesiam reuertuntur. Archiepiscopus verò Mexicanus ritè indutus paramentis, quibus in magnis festiuitatibus rem diuinam facere consueuit, ad altare stipatus procedit diacono à dextro subdiacono à sinistro lateribus ceroferariisq; & vno cũ thuribulo suffumigante præcedentibus: eo peruentum missæ sacrificiũ suis cęremoniis prosequitur, Hora vero consueta, in laudẽ & gratiarũ actionẽ, & pro victoria habita tali die, & maximè in ipsomet loco, vbi cędes maxima & sanguinis effusio facta fuerat, ac quia ibi milia virorũ decubuere populo proponitur verbũ R Dei. Post quæ ad curiã reuertũtur, prout factũ fuerat vesperi. Ac in ipsius senatoris domo, volẽtibus lautissime prandiũ proponitur. Demũ tota dies in supradictis ludis expenditur. Ideo nos secularia secularibus relinquentes, ad firmiora, ad quæ potissimum attẽto mentis conatu intẽdere cupimus, accedamus. Magna planè opera domini, singula & omnia, exquisita in oẽs voluntates eius: cũ indigetes S illi per tot annos in suis nephandis peccatis, ac crudelissimis & nunquã, nec visis, nec auditis sacrificiis persisterẽt. Vicesimo autẽ quarto anno salutiferi partus F. Martinus Valẽtinus eo profectus est, qui multo ante instinctu diuino motus nihil aliud in votis habebat vna cũ duodecim viris animo apostolico prędditis & ad id munus peridoneis cũ speciali mãdato & auctoritate summi Pontificis, & pię memoriæ Imp. Caroli V. à quo istud officiũ apostolatus illis iniunctũ erat, vt in prędsenti stemmate videre licet. cuius declaratio talis est.



Universidad de Deusto
Biblioteca

Stématis declaratio.

A. Hic primas tenet Patriarcha pauperum Franciscus, qui velut origo, & antesignanus est huius tæhcissimæ propagationis fidei Christianæ, eique non infima laus hinc debetur, quòd per suos filios, fides & Euangelium Christi, ab oriente in occidente & à meridie ad septentrionem vsque adeò amplificatur, vt illi longe ante reuelatum fuerat: ac scriptum reliquit. Posteriorem locum obtinet optimus ille pater Frater Martinus de Valentia vir sanctissimus & frugalissimus, qui ob admirabilem prudentiam primus illarum partium prælatus fuit, & ob animi etiam promptitudinem qua profectionem in Indiam suscipit cum duodecim aliis Religiosis, qui primi in regnis illis inauditis, & amplissimis Ecclesiam stabiliuere & Euangelium Christi annunciauere; qua de re in sequentibus plura. Z

Baptismi administratio.

B. Hic videre est quanta cum religione sanctissimum baptismi sacramentum aliaq; diuina sacramenta celebrant atque ministrant. Primũ enim progreditur Religiosus accuratissime exornatus (quod etiam in vnius tantum baptizatione obseruatur) indutus candida stola & epomide. Præit autem illum Acolythus vnus crucem, alter verò chrysma gestans, repositum in elegantissima & affabrè facta capsula, quæ in mantili nitidissimo collocatur. Alii verò cereos & candelas. Omittuntur autem hę cæremonię, cum necessitas acceleration em desiderat; cum ob imminens mortis periculũ sola aqua paptismus peragitur: quæ semper ad eum vsum in promptu est. Nam vesperi antequam cubitum concedat, vas aqua plenum, ea de causa, in vestibulo monasterii deponunt, vt illico eius copia fit quando campanula pulsatur. Hoc enim indicio est personam aliquam de vita grauiter periclitantem baptismi suscipiendi causa, prout ipsis diligenter inculcatur apportari. Faxit autem Deus, vt totidem Angeli animam meã posteaquam è corpore excesserit in paradysum deferant, quoties mihi accidit, vt simulatq; aqua ægrotos lustrassem exspirarent repente atque in cælum concederent. A

C. Hic subiicitur oculis quonam illis modo sacra doctrina vt copiosius inferius demonstrabitur, vna cum eius decalogi interpretatione proponatur, idque vbique loco vna eademque fit ratione. B

Sacramenti pœnitentiæ administratio & ritus.

D. Pœnitentiæ leges; hic præscribuntur & inuitantur ad anteactæ vitæ detestationẽ; atque ita informantur ac præmonentur qui ad confessionem accedere cupiunt vt sic instructi doleant & ordinate sua scelera proponant. Etsi centum Religiosi vna præsentes sint ita se gerunt veluti hic oculis subiecimus: etsi vel vnus fuerit solus nihil aliter facit quam omnes facturi essent tanta est inter eos concordia vt admirabile sit. Et hoc non solum apud nostros, sed & apud aliarum religionum patres, qui in hoc semper vniformes sumus. Vt superius inculcatum est. C

Indo-

Indorum reipublicæ descriptio.

D

POstquam Religiosi non sine magno labore per mõtes & deserta dissipatos Indos congregauerunt & ad vitæ societatem conuocauerunt mores & instituta vitæ rerum familiarium ac domesticarum rationem illis sollicite tradiderunt. Primùm autem, locorum futuris ædificiis viis & itineribus metatio condecens facta est: necnon agrorum distributio ex præscripto Regiæ maiestatis & senatus facta est. Antequam enim quidquam tentaretur, primũ consulto opus fuit, ad eiusmodi consilia cœtusque incultorum hominũ instituẽdum ad salutem illorum tam corporalem quam spiritalem & commodum eorum, qui cum illis commercia tractaturi in posterum essent. Areæ illis assignabantur ampliss imæ quæ exstruendis ædibus, conserendis vineis & faciendis viridariis sufficerent, idque cum aliquo additamento semper fiebat, vt iis locus in quo herbas hortenses & quotidiani vsus plantarent. Videlicet, piper, cucurbitas, Maguei, ficus indicus, & tabacũ, atque etiam diuersi generis fructiferas arbores ex Hispania allatas, quas Religiosorum auctoritate posuerunt. Vndè, tantus est ibi fructuum prouentus, vt infinitis partibus minoris veneat, quàm vsquam gentium. Huc accedunt olera etiam Hispanica ita vt pro facultate vel arbitratu cuique suas possessiones colere liceat, sed in distributione æqualitas obseruata est. Et ne haberent quod conquererentur dimensio analogica prædiorum fiebat, etsi forte vsu veniret, vt alicui de sua parte aliquid demineretur, quod in tanta diuisione aliter fieri nequit, illis pro votis & desideriis alio in loco compensatio fiebat, vt omnium esset paritas. Habebatur autem ratio nobilium quibus ampliores portiones pro conditione vniuscuiusque tribuebantur in agrorum diuisione tem tuendam opus sit. In metationibus istis, campus aliquis medius relinquebatur vbi commercia & nundinationes exercerentur & ædificia publica locantur, videlicet, curia quam domum ciuicam vocant, in qua permulta sunt atria & conclauia in quibus æs publicum reponitur & hospites accipiuntur. In frontispiciis templum forumque versus erant porticus tam supra, quàm infra. In superioribus & excelsis habebatur senatus & cõsilium & ius reddebatur, In inferioribus & humilioribus existunt multæ habitationes & carceres; nam fiunt eiusmodi ædificia in opidis excalce & immensis saxis fabricata eadem forma cum structuris Hispanicis. Templum dehinc intermedium locum occupat mirifico artificio & excellentia elaboratum. Supplent autem templa nostra scholarum etiam E

Areæ Indorum quales, & quod in eis plãtatur.

Fructus propter abundãtiã vili venduntur pretio.

F

Populi descriptio.

G

Templorũ nostrorũ in India descriptio.

locum

Universidad de Deusto
Biblioteca

locum nec reditibus aut pensionibus annuis dotantur sed gratis & Christianæ charitatis erga trium prędictorum ordinum fratres omnia officia Ecclesiastica & politica edocent. Sunt autem ędes sacrę ab aliis separatæ in modum insularum vicos vndiqúe habentes, & altos parietes saxeos & calce interlitos, nullis connexæ ædificiis cohærentibus. In singulis autem viculis quibus cinguntur existunt singulæ ædiculæ ad quas diebus sollemnioribus, quibus publicæ supplicationes decretæ sunt accedunt, videlicet, in festo corporis Christi: nec sacrosanctum sacramentum longius circumferunt per alias plateas, propter summam reuerentiam & sumptuositatē, qua tunc vias exornant: itaqúe, si per alias etiam plateas iretur fierent immodici sumptus. præterea, in feriis resurrectionis & sanctorum tutelarium vel ciuitatis patronorum necnon D. Patris Francisci, idqúe ea religione quam suo loco declarabimus. Ad sinistrā templorum partem sunt ludi literarii quadrilateri quos plerunqúe mille iuuenculi plus minus frequentant pro frequentia locorum quibus rectæ loquelæ rectæqúe scripturæ scientia traditur: præterea, docentur canere voce, fidibus, & neruis habentqúe plura instrumenta musica quàm apud nostrates reperiuntur. Ad ea autem exercitia certæ diei horæ matutinæ & vespertinæ constitutæ sunt conuocantur verò & dimittuntur ad pulsum campanularū. Quando adeundum est ad rem sacram ordine ducūtur & in templis magna cum elegantia versantur. Discunt etiam pingere, rerum imagines coloribus delineare, & acute pingere. Initio maximè pietatis vir Petrus Gandensis, de quo alibi opportunius dicetur, omnes artes mechanicas quæ apud nos in vsu habentur illos docebat, quas illi propter assiduitatem & feruorē quo ipse proponebat facile & breui percipiebant. Iam alter alterum sine spe lucri vel quæstus eadem docet. In areis scaturiunt amœnissimi fontes in quibus pueri sordes corporis abluunt quia in primis illis præscribuntur leges munditiei, scholis continua solent esse sacella affabrè facta in quibus diebus feriatis & dominicis conciones ad Indos habentur & missę celebrantur: nulli enim sunt hominum cœtus quibus quidem nos præsimus apud quos tam ingentia sint templa, vt omnem turbam capere possint etiamsi duplo maiori essent magnitudine. Quocirca moris est illis prædicari in areis, quæ sunt spatiosissimæ, non solum in ciuitatibus vbi nostram communem habemus habitationem, sed etiam in omnibus aliis ad quæ prædicationis causa accedimus. Nam vbicunque sumus semper operi animarum sumus intēti.

H

I

K

L

Informatio Indorum. Religiosis in Indis nullaquies.

Et sequenti stemmate manifestum fiet, quod per elemēta etiam alphabetica explicare conabimus.



Universidad de Deusto
Biblioteca

A. Est verbi Dei buccinator, qui in proprio Idiomate ad sensum aptat cœlestium dona. B. Quoniam vt literis carentes necesse fuit demonstratione aliqua ipsos docere: Ideo virga illis nostræ redemptionis mysteria ostendit. Vt postmodum illa discurrentes melius memoriæ hærcant. C. Sic sedentes virgas in manibus tenentes, sunt Iudices apud indigetes nostros, quibus commissa est totius reipublicæ gubernatio. Reliqui sunt auditores verbi Dei calcibus inlidentes. Simpliciter. & mulieres nam etsi commixti videantur, nihilominus ordine se locant, hinc fœminæ, illinc viri, quorum quarumque vestitus, & ornatus est pulcher. Q

Sequuntur deinde templa primaria, quæ intus & extra magna arte extructa sunt & quidem plurimū tota saxea atque omnia eiusdem pene figuræ. Dehinc monasteria & ad alterum latus pomaria. Ea latera ad quæ sunt portæ cinguntur amplis spatiosis, & apricissimis porticibus in quibus religiosi confessionibus audiendis omnibusque sacramentis palam administrandis, vacant. In vestibus etiam sunt areolæ iucundissimis arbusculis ordinatæ, videlicet, amarice, cypressus, mali punicæ, & platani. R

Areæ nunquam confluenti populo vacuæ sunt, quod ad conuersionem & directionem illorum ad veritatem instar magni est momenti: nulla enim dies præterit, quæ non suas Religiosis adferat occupationes. Postquam enim aliæ parochiales Ecclesiæ desunt, vel audiendis cōfessionibus, vel matrimoniorum coniunctionibus, vel aliis Ecclesiasticis exercitiis vacandum est. In singulis quatuor angulis huius areæ sunt totidē sacella, quorū primū docendis puellis, alterum pueris, tertium fœminis, quartum viris erudiendis deseruit. S

Quales fuere primi fratres ad cognitionē Dei Indos induxerunt.

Fuerunt & quidem perissimuti tredecim illa luminaria quę doctrinæ vitæque splendore primum induxerunt barbaras illas nationes ad cognitionem Dei, necnon sacrosanctæ matris Ecclesiæ Romanæ eiusq; præfecti Vicarii Pontificis Romani, & ad Regis obedientiam, adeò alieni ab honoris cupiditate, dum totis viribus merita sanguinis Domini Nostri IESV CHRISTI propagare studēt Religiosi ordinis nostri, qui primi in Indiam traiecerūt, vt quamuis complura opera prodigiosa & miraculosa ederent, quod omnibus noui orbis incolis certissimo constat, ad solum æternum Deum qui omnium bonorum est largitor omnem rerum gestarū actionumq; suarum gloriam referentes: nunquam tamen literis ipsi, vel subsequentes illa mādarint, quia præ negotiorum pondere non suppetebat illis otium ad describendum stupenda illa facta, quæ Deus per illos tanquam organa quædam exercuit. Verum quidem est fuisse nonnullos Religiosos fide dignissimos, alioſque bonos viros, qui corpori naturalem quietē suffurantes oblectamenti causa quædam T

dam scriptis prodiderunt quos postea nominabimus. Sed necessum est ex professo alicuius studio in monumenta referri omnia scitu digna, vt vt vniuersi intelligant miracula stupendissima quæ pro immensa bonitate sua operatus & adhuc in singulos dies operatur per nostri ordinis aliorumque mendicantium fratres in eum finem, vt qui zelo diuino præditi sunt excitentur ad susciendam profectionem versus illos nouos orbes, & vt illi quibus incumbit eos mittere omnem oscitantiam excutiant prætexentes ministris opus non esse, quoniam etsi omnes quotquot sunt in Hispania sacerdotes eo se conferrent non deesset illis in quo vtilem Ecclesiæ operam nauare possent. Neque mihi culpa vacare videntur qui affirmant postquam Episcopi ibi constituti sunt superuacaneos esse foreque in posterum tam Religiosos quam alios ministros, nam & Reuerēdissimi Episcopi soli partibus suis satisfacere nō possent: nec tempus fert, vt Indi religiosorum præsentia destituantur, illi enim pondus diei & æstus perferunt: neque verò hæc à me factiosè dicuntur, sed asseueranter profiteor quod (excepto eo quod nos primi fuimus) Religiosos vtriusque ordinis Sancti Dominici & Augustini, pro viribus, magnos fructus producere. Multi enim inter eos extiterunt vitæ, morumque probitate, & sanctimonia cōspicui. Præterea, est res iucundissima animaduertere animorum cōsensum & mutuum amorem, quo illi tres ordines mutuo se complectuntur haud secus quam si essent vnius patris filii quæ res & Indis & Hispanis optimo exemplo fuit. Nullæ enim vigēt inter eos discordię immo verò nullo discrimine se mutuo inuisunt aliique aliorum monasteria frequentant vt suo loco narrabitur. V X Y

Religiosi pō dus diei, & estus portāt.

Mutuus amor fratrum in Indis quā tum ualeat.

Sed lubet interrogare quinam primum extirparunt ex animis Indorum naturalem illorum feritatem? nisi religiosi qui tot labores & ærumnas pro Indis exantlarunt atque religiosi? Quis mentibus illorum fidem inseruit nisi Religiosi? quemadmodum expressimus hac figura quotidianam consuetudinem quæ nobis cum illis intercedit, nam ordine se locant hinc fęminæ, illinc viri, quorum singulis præbentur schedulæ memoriales, vt cōstituto die se ad cōfessionem sistant nam subducta ratione certum numerum singulis diebus per totam hebdomadam attribuunt ne tædiose illis cunctandum sit, nec admittuntur sequentes nisi præcedentibus omnibus ante auditis. Verum enimuero tam vehemētes existunt vt obstupefaciat nos quotidiana illorum assiduitas & frequētia & quod magis est admirandum feruor nulla aeris intemperie elanguescit. Z

Quomodo ad confessiones prepārētur Indi.

E. Consuetudine apud illos receptum est, vt postquam cathechisticam doctrinam cuius facta est mentio perceperint omnes vnà magna cum attentione confessionem recitent generalem, qua finita

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta prælegitur illis modus cõfitendi iuxta ordinem præceptorũ decalogi, quod arrectis auribus auſcultant & inter auſcultandum granis tritici illius Indici vel calculis peccata eorumque iterationes & circumſtantias notant aut figuras, & imagines ſuas exerunt atque eo modo benè, clarè, & facilè confitentur. Vndè fit, vt peccatorum fœditas, grauitas ac pondus illis inculcetur, vt ſequentibus figuris ac ſtemmatibus manifeſtum fiet. A

Typus Peccatoris



Peccatoris typi expoſitio. Aug. lib. 65. queſt. q. 79.

Sed quoniam dæmones quæ ſuis præſtant, ad miranda videntur, & magna, cum reuera parua, vilia nulliusque pretii ſint, ſi cum illis, quæ Sancti angeli ſuis præſtant, comparentur. Ideo quæ indigetis noſtris præponere volumus, vt prætulimus, recuramus quoniam obiecta fortius potentiam mouent, id figuris depinctis. Ideo hic in parua hac figura peccatorem, laqueis peccatorum irretitum, ac inuolutum oſtendimus. Et qualiter tueatur ab Angelis licet inſulte tur à dæmone, cuius vires debiliſſimæ ſunt, ſi attento mentis oculo reſcipiſcere volumus. Qui enim ad mundi ornatum varios & di- D

ſtinctos

ſtinctos rerum ordines inſtituit, hominẽ lege creationis talem eſſe voluit, qui peccare, & non peccare poſſet. Quare, nec Angelus, nec dæmon ipſum peccatorem tangunt. Voluntarium ſibi militẽ eligit Chriſtus, voluntariũ ſeruũ ſibi diabolus auctionatur. Neminẽ iugo ſeruitutis aſtrictum poſſidet. niſi ſe ei prius peccatorum ære vendiderit. Vnuſquiſque, ſiquidem vt inquit, Iacobus Apoſtolus, tenta
E tur à cõcupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur. Alioquin vbi neceſſitas eſt, nec damnatio, nec corona eſt. Vndè, id verum iuxta Chriſtianã fidẽ, & ſcripturas ſanctas cogitandũ eſt, pugnam quam patimur, ex appetitu ſenſitiuo, non eius naturã, ſed corruptionẽ cauſam habere, quæ niſi obſtaret, ſumma eſſet interioris appetitus cum ſuperiore, ſenſuſq; cũ ratione cõcordia. Quam ob rẽ Paulus dicens, carnẽ aduerſus ſpiritũ cõcupiſcere, nõ ipſam carnis naturã, nec appetitũ ſenſitiuũ, ſeu eius ſubſtantiã, nomine carnis accepit, ſed totã hominis corruptio-
F nẽ, & vetuſtatẽ, ſiue rationẽ ipſam, ac ſenſitiuũ appetitũ, quatenus sũt deprauata, & corrupta. Et quia libero prædiți ſumus arbitrio dæmon ſuadere poteſt vincere autẽ nõ niſi volentẽ. Vnde quia aduerſarius generis noſtri, effectus eſt inuẽtor mortis, ſuperbiæ inſtitutor, Radix malitiæ, ſcelerũ, caput, princeps ommũ vitiorum, perſuaſor turpium voluptatum, ideo tot ocularia pendentia è manu habet.

Angeli vero Sancti, piis ſupernarũ immiſsionũ ſuggeſtionibus ſemper, & vbiq; apud ſuos agunt, vt viam Iuſtitiæ capeſſant, & iuſtitiæ operibus vacent. Oſtenduntq; nihil prauius, nihil malignius, Aug. ſer. 4.
G nihilq; noſtro aduerſario nequius. Qui poſuit in cælo bellũ, in paradiſo fraudem, odiũ inter primos fratres, & in omni noſtro opere zizania ſeminauit. Nam in comeſtione poſuit Gulam, In generatione luxuriã, in exercitatione ignauiam, in cõuerſatione Inediam, In gubernatione auaritiam, in correctione Iram, in domino ſuperbiã. In corde cogitationes malas, in ore locutiones falſas, poſuit ac in membris operationes iniquas, in vigilando mouet ad praua opera, in dormiẽdo ad ſomnia turpia, lætos mouet ad diſſolutiones, triſtes autem ad deſperationẽ. Et quia minime contra nos inualeſceret,
H niſi ei vires ex vitiis noſtris præberemus catenam in ſe habet. Et vt peccatoris omnem miſeriã oſtẽdat, onus graue portat, ſcilicet, dæmonium, carnem, & concupiſcentiã vitæ: cuius baculus eſt omnium vitiorũ cumulus: ob hoc ſerpentibus plenus eſt. Econtrario Angelus viam veritatis, & vitæ oſtendere conatur proponens baculum longe aliter ornatum, ſcilicet humilitate, contra ſuperbiam, liberalitate, contra Auaritiam, Caſtitate, contra Luxuriam, Charitate, contra Iram, Abſtinentia, contra Gulam, Pacientia, contra Iram, Pietate, contra Auaritiam.

Quomodo ad virtutes, vel vitia trahamur.

Universidad de Deusto
Biblioteca





Universidad de Deusto
Biblioteca

Idolorũ cultura omnis mali causa.

Inter nefanda, horrenda & immania crimina Indorum erant Magicę artes, quę docẽt pacta & societates cum dęmonibus inire, vt vel in vocetur, vel ei etiam sacrificetur, & tanquam Deo supplicetur, ad præteritorum, aut futurorum cognitionem, vel ad mira quędam efficienda, aut ad nocumenta inferenda. Ideo in prima huius stemmatis diuisione ipsum dęmoniũ. Et sibi sacrificantes ponimus, qui ob eius facta, & sacrificia ei similes efficiuntur, & quia Infandorum eorum cultura omnis mali causa est, initiũ & finis, ideo caput coronatum serpentibus, & brachia ad mala extensa ipsumq; sic sedentem depingimus. In 2. Quoniam quoties loquimur, aut non oportuno tempore, aut non in oportuno loco, aut non vt conuenit audientibus, totiens quasi serpentes, & alia pestilentia animalia procedunt de ore nostro, ad destructionem nostram, & audientium. Et vt grauius terreantur, quia blasphemi sunt non solum in filium Dei, sed & in Spiritum sanctum sedent tanquam indigni venia In 3. Ostẽditur qualiter, eò quòd falsa dixerint, Iurauerint, vel turpiter ac procaciter loquuti fuerint, mors per os ingrediatur. Et qualiter corripientes protegant Angeli, nam vnus violẽter, propter inhęrentem auctoritatem compescit, propria manu serpentem accipientem, vt proijciat. alter obturat aures suas ne audiat. In 4. Qualiter vbi duo in nomine domini congregati sunt veluti columna immobilis Christus adest. Et Angeli custodia, ad quos dęmon nisi à longe vix audet accedere. In 5. quomodo eò quòd principiis nõ obstamus, in maximos deuenimus peccatorum anfractus, ideo in principio paruulus cum cane ludente pingitur, Postea eidẽ iuueni serpens per consuetudinem assuetus inuadit. postea assuetus, vndiqúe serpentes habet. vt latius in nostro Catechismo explicatum est. In 6. Sicut tribus gradibus ad peccatum peruenitur, suggestione, cõsensu & delectatione, ita ipsius peccatũ tres sunt differentiæ in corde, in facto, & consuetudine, inest peccatũ cum delectamur, regnat cũ cõsentimus, ideo omnia inuadunt. Deinde quia primum peccatum est cogitasse, quæ mala sunt: secundũ cogitationibus acquieuisse peruersis: tertium quod est deterius opere complesse. Quartum post peccatum non facere pœnitentiam, ideo molem leuare conuenit. terrore, & consilio Angeli. In fine est Infernus, vbi vnusquisqúe prout operatus fuerit accipiet pœnas in corpore & anima, in quo varia tormentorum genera illis, vt cautiores fiant proponuntur. Verum enim verò cum liberum sit ante peccatum obsequi serpenti antiquo, ac eius suggestioni, resistere: vel nõ. At si semel præuaricando eius serui sumus effecti, iam nostro Marte euadere nequimus, nec nostra apte virtute eius capistrum excutere valemus, ideo in secunda hac figura Indos ipsos. In compedi-

R

S

T

V

Aug. ser. domini in mon. & canoniza tur. de pœn. d. 2. c. sicut.

bus

bus & manicis ferreis, ac velut suspensos (ponimus, & per dęmonẽs tanquam Inferorum ministros adduci, habent enim ipsi huiusmodi vincula, & compedes pro male factoribus, & ideo per talia vincula eorum alliciuntur animi, ne adeo libere in peccaro prolabantur, sed quia de his Deo Optimo Maximo annuente in nostro Catechismo latius: pro nunc satis id dixisse visum est.

X F. Et quia modus est in rebus omnibus, ideo hunc in modum consistunt, qui præstolantur vt absolutis prioribus pro ordine schedularum ad ipsos redeat confitendi officium; semper enim alii alios excipiunt atqúe sibi inuicem succedunt. Qua in re maxima ciuilitas, reuerentia, atqúe demissio cernitur absque omni tumultuatione & perturbatione. G. Hoc loco sua crimina cõfitentur, ita vt vicissim fęminę viris succedant prętquam si valetudinarius aliquis vel mulier grauida accesserit, eiusmodi enim personis ab aliis cõceditur ad cõsulendum eorum imbecillitati. Cedũt autem

Y ipsi vltro & perlibenter etiam si nobiles forent. Quia docentur ea in re nullum esse prerogatiuæ locum. H. Hæc est forma loci in quo ius redditur. Nos enim Religiosi, pręter auctoritatem à sede Apostolica nobis indultam, omnes Indorum cõtrouersias rerum spiritalium audimus: & pro eorum in nos beneuolentia, absque strepitu indicii, finimus. Nam quod nos existimauimus (oraculi instar) amplectuntur: animo enim paterno, quod æquum est iudicamus, nam illis benè volumus, vtpotè à nobis in Christo productis, atqúe ideo nulla ipsi exceptione vel appellatione vtũtur, sed quid-

Z quid ordinauerit Religiosus nõ secus, quàm si à Deo profectum sit accipiunt, vti reuera fit. Idqúe mouet religiosos prudenter & matura veritatem rei exquirere & vtramqúe partem ęquissimè & patientissimè audire, qua re, nihil Indis antiquius priusqúe habetur.

I. Hic sacratissimum Missę officium celebratur, & synaxis nec non extrema vnctio ea veneratione, sollemnitate, & maiestate vt suo loco atqúe tempore dicetur. K. Ita instituitur examen eorum qui matrimonium contrahere volunt: circumstantes illi sunt loco testium, qui genus vtriusqúe recensent per lineam tam ascendentem quàm descendentem in arbore cognationis vel affinitatis

A quam suis moribus factam habent, estqúe ea res spectatu digna.

L. Iste est locus quæstoris ærarii qui cognita illorum cognatione nomina illorum in libros publicos refert. Habemus enim catalogos nominum eorum qui baptizantur, aut sponsalia ineunt ne idem sacramentum repetant. Adscribuntur etiam nomina parentum & testium, vt si postea apparuerit dolum malum esse commissum in eos animaduertatur. M. Hic à Religioso cũ cęremoniis tali tantoqúe sacramento dignis sponsi sponsęqúe coniunguntur,

habita

Principalis figuræ continuatio.

Qualiter fratres Indorũ cõtrouersias audiãt, & desiniant.

Indi qualiter matrimonio coniungãtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Stemmatum declaratio.

habita primùm oratiuncula qua admonẽtur, quæ sit efficacia sacramenti, significatio institutioque eius, qua fide, quo amore sibi inuicẽ obstringuntur. vt subsequẽtibus stẽmatibus videre licet. Nam prima arbor denotat, quod coniugium bonũ est, vt cuius auctor sit Deus. Hinc Paulus coniugiũ honorabile in omnibus, & thorus immaculatus. Cuius virtus est indissolubilitas vinculi coniugalis, instar coniunctionis Christi & Ecclesiæ, qua Deus interna operatione copulat marem & fœminã, arctissimo, prorsusq; indissolubili vinculo, sic vt à se inuicem nulla vnquam de causa, nisi alterius morte interueniente dissolui queant. Econtrariò in secunda Arbore denotatur, Infidelitas coniugatorum qualiter puniatur, & in Infernum detrudat. Nam eorum fides exigit, vt coniuges fidem sibi inuicem semel præstitam in matrimonio, seruent inuiolatam, ita vt nec maritus, supreſtite vxore, cum alia commertium habeat, nec vxor, viuente marito, cum alio viro se contaminet: contrarium vero facientes non solum apud nos Christianos, sed & apud paganos punitur: vt hic intuere licet. Nam Indi Mœchum in adulterio deprehẽsum impunè necari volebant: nec vllum grauius flagitium, quàm adulterium vindicabant. Ideo in adulterio deprehensus cum adultera absqúe misericordia, absque mora ab omnibus lapidabatur: & ad maiorem timorem excutiendum depinguntur veluti dœmones Iustitiam exercentes, ideo nigri & teterrimi depinguntur: vt maiorem eis terrorem incutiant. Nam Indi mirum in modum timent Aethiopes, eò quòd nigri sint coloris, ideo quãdo dœmoniũ significare volunt teterrimũ, & armis ornatũ, ipsum depingunt in eorum forma, vt videre est in ipsa figura, quare ipsos veluti Iustitiã administrãtes & interfectionẽ depingunt. Fuit enim hoc maximè necessariũ propter fidẽ matrimonii. Erant siquidẽ assueti tẽpore suę idololatrię plures assumere vxores, nũc opus est illis persuadere qualiter fidẽ illibatã cũ vna custodiant, alias nõ solum irent in indignationẽ omnipotentes Dei. sed & tẽporaliter puniendos. Docentur etiã vt quem ad modũ Ecclesia est sine ruga, ac columba infellica innocens, & immaculata Inimicis parcens & cibãs, vestita byssino candido & splendenti, idest operibus Iustitiæ: sic ipsi in suo matrimonio sint splendẽtes propter honestatem cõuersationis, & cãdidi propter puritatẽ intentionis. Tuetur pudica castã generationẽ facit cũ claritate. vna vnius, sicut vnus vnius vxoris vir. Et tũc erit sicut Regina vestita sapiẽtia & amoris, assistẽs vestita varietate virtutum. Erit fons signatus de aqua sapiẽtię salutaris. Erit hortus cõclusus virtutibus propositis. Cõclusus quasi de alio nõ sit bibendũ: nec aliter quã Ecclesia intelligit. Semper enim cõplura paria simul contrahunt, ideoque certi huic negotio constituti sunt dies.

Mechi quomodo puniebantur.


Indi plures habebã vxores, tempore suæ infidelitatis.

B

C

D

E



Universidad de Deusto
Biblioteca





F·D·ualades

Vulnificum fuso tepefecit sanguine fernum ,
Quo Deus humanum perluit omne genus

Universidad de Deusto
Biblioteca



Finita itaque à sacerdote illa oratiuncula iubentur cõfessionem generalem proferre cui Minister absolutionem à censuris quibus obnoxii sunt subiicit, ea tamen conditione, vt antea confessione auriculari eos vsos fuisse oporteat: sed aliquando fieri nequit, vt omnes seorsum audiantur, quod cum accidit ad contritionem incitantur atque coniunctis manibus sponsalia ab iis contrahuntur.

F Habent autem manus elegantissimè lautas, & verticem sertis coronatum, cereosque tenent, atque ita aqua lustrali aspersi fundendis precibus in templum concedunt: nam præ sponsorum, & sponsarum multitudine necesse est missam coniugalem in proximum diẽ differre: interea verò temporis, à commiscendis corporibus reuerentia sacramenti abstinent. Interdum verò omnia simul perficiuntur, sed non sine magna sacerdotis defatigatione. Simul atque finis est sacri quęstor ærarius perfert indicem nominum ad Ministrũ, vt, nomina illorum inscribat ad euidentius veritatis testimonium.

G N. Hic per figuras & formas intextas amplissimis peristromatis conuenientissima dispositione illis inculcatur doctrina Christiana, initio ducto, ab articulis fidei, decem præceptis domini, & peccatis mortalibus idque magna solertia, & solicitudine fit & in sacris conciombus ex illis perpetuo aliquid recolitur. Extenduntur autem ista aulæa in sacellis, & ipsis demonstrantur, quo facto illi ipsi propius accedunt & penitius introspiciunt, atque ita facilius hæret in eorum memoria, tum propter literarum penuriam, tum quod ipsi eo docendi genere capiuntur. Catechistica doctrina qua liter illis inculcatur.

H O. Ista est cantatorum in sepeliendis mortuis canendi ratio funebris, imponuntur autem cadauera libitinis pannoque pretiosissimo cõteguntur, & crucis insigne heteromallo per ambitum exornatur. Si verò fuerit equestris ordinis veste holoserico palla insternitur, & crux etiam serica est blattea. Tanta est autem apud illos pomparum funebrium obseruatio, vt multò honoratior ibi sit pauperrimi alicuius tumulatio, quàm apud alios splendidissimorum equitum. Habent enim certas horas ad sepulturam prestitutas, videlicet, mane post sacrificiũ missæ peractum, & vesperi post absolutas preces vespertinas. Mortuorum sepeliendi modus

I Vnum est & commune omnium cęmiterium, in cuius medio pergelegans caluariarum repositorium habetur. Cum autem signum datur campanula quadam obeundę sepulturę omnis generis, atque ordinis homines cum rosaris & candelis accensis magna frequentia concurrunt orantes, & cantores Gregoriano quem vocant & harmonico cantu funus prosequuntur, qua res omnium animi vehementissime flectuntur. Religiosus autem sentiens funus appropinquare ei obuiam, venit cum sanctæ crucis imagine & vexillo serico blatteo & purpureo, aut ex tenuissimo & subtilissimo linteo, Cũ Nota ualde.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reconditur mortuus terræ omnes certatim terra operiunt, & postea ordine religiosum ad templum vsqúe deducunt: qui sine cessatione Psalmum illum pœnitentialem Miserere mei, & orationem Fidelium Deus, magna cum deuotione recitat. Si mortuus fuerit aliquis religiosus cum quo familiaritas, aut amicitia illis intercesserit omnes gregatim confluunt, & exequias illi celebrare curant amplasq; oblationes conferunt, adeò vt maximo principi maior honos exhiberi non possit, & editum illi sepulcrum extruunt ingensque multitudo fundendis pro illo precibus conuenit. P. Representatur hoc loco Frater Petrus Gandauus vir singularis religionis & pietatis, qui omnes artes illis ostendit nullius enim nescius erat. Tantæ enim erat modestiæ & frugalitatis, vt oblatum sibi ab Imperatore piæ memoriæ Carolo V. Archiepiscopatum Mexicanum renueret, Cuius rei certissimus testis esse possum, vtpote, qui multas responsiones eius nomine cõscripserim, & epistolas Cæsaris plenas beniuolentiæ & propensionis viderim. Q. Altera est illa Ianua qua deferunt lecticis, vel trahis ægrotos cõfitendi causa, duo enim illorum gestandorum recepti sunt modi. R. Aliæ duę rationes quibus languentes portant in quibus excellentia charitatis & misericordiæ exempla edunt. In more habent, vt simulatque morbũ senserint: curent se deferri per vicinos aut cognatos ad templum, qui hoc officium promptissimè & libentissimè præstant, sine vlla cunctatione aut tergiuersatione, postpositis etiam grauissimis occupationibus: necnon aquam ad gargarizationem illi suppeditant, & lautum quid ad refocillandum ora & fauces. In eoque nostras partes ducimus, vt præbeamus aliquid gratum cibarium infirmo, qui ad confitendum accedit se recreet idque à nobis porrectum illi tanto, cum zelo & propensione suscipiunt; vt vitæ salutisque remedium existiment. Debilissimi sunt oleo & allis & cœpis, & quacunque infirmitate opprimantur illa duo à nobis efflagitãt hisce propemodum verbis, Pater impertire nobis aliquid ex tuis rebus consecratis, habent enim omnia pro sacris sanctisue quæcunque illis à religiosis porriguntur. Et profectò incertus equidem sum, vtrum hoc fiat efficacia fidei recipientium, aut charitate dantium, an verò ipsarum rerum vi naturali, hoc vnum saltem scio, quod admirandi sæpe effectus cõsequuti sunt. Siquidem contingat illos venire dum apparantur nostra edulia semper illis aliquid subministramus: aut si alieno tempore nihilominus aliquid in eorum gratiam reconditum asseruamus: certi non defuturos, qui petituri sint & recipiunt illi vicissim tanquam reliquias. Nunquam verò dimittuntur prius quam aliqua iis ratione succurratur. Cum verò in pagis fortè non est copia religiosorum curant se per tria, quatuor, aut octo milliaria

Infirmorum portãdi modus.

Nota languẽtium fidem.

Religiosorũ cura in Indiis.

K

L

M

N

defer-

deferri, aut si hoc fieri non potest proximũ templum adeunt ibiq; se Deo vouent, dicant & precibus comittunt.

Denique optimus Cortesius humanissime illos excepit comitatus Hispanis simul & indigenis, quia cũ supplicationibus publicis illis obuiam iuit, præsentibus omnibus & plebei, & equestris ordinis hominibus & dimidiũ penè milliare m genibus iter fecit, quod Indos maximè obstupefaciebat. Quotiescunque in illos incidebat maximo honore & reuerentia illos afficiebat, nec verbo quidẽ illos salutabat nisi aperto capite & genibus in terram vsque deflexis & vestibus illorum deosculatis ad exemplum Indorum, qui ad religionem conuertendi erant, & ex ingenita sua pietate & humilitate, qua de causa Indi valde incitati fuerunt ad obsequendum & obsecundandum Religiosis & etiam dum Religiosos magno honore prosequuntur, quippe instituti à viris, tam probis non possunt nõ eos in oculis ferre quibus, vt aiunt, vitam debent non minus ratione temporalium, quàm spiritalium.

O

P

Non defuerunt magnæ auctoritatis historiographi, qui inter cæteras cogitationes hoc obseruarunt, quòd eodem anno quo Martinus Lutherus Archihereticus maledictus in Germania suum virus emittere cœpit. Frater Martinus Valentinus in Hispania exortus est, qui Indis Christianam doctrinam inculcaret, nec id immeritò, quia Martinus Lutherus cœpit anno XVII. quo eodem anno fama rerum Indicarum percrebuit quos Christophorus Columbus primus explorauerat, eodẽ tempore benedictus hic Martinus adiunxit animum ad peregrinationẽ in illas regiones suscipiendã, quod illi denegatum fuit vsque ad annum XXIIII. vt iam dictum est. Interea temporis alios fratres eiusdem notæ in suam sententiam pellexit. Vndè tandem, (disponente Deo) ab Imp. Carolo V. piæ memoriæ huic vocationi præfectus est. Quare nõ iniuria possumus dicere, si impius ille Martinus peruersis dogmatibus suis totas prouincias & ciuitates euertit, totos vicissim orbes à pio illi cognomine Martino ad suam fidem reuocatos, cum professione humilitatis, paupertatis, & diuinæ doctrinæ quæ etiamdum ibi viget (bene fortunante Deo) longissimo tempore integra atque incontaminata fulgebit.

Q

R

Capitis cõtinuatio. Nota

Eodẽ anno quo maledictus Martinus Lutherus suum virus emittere cœpit. Bea. hic Martinus se ad fidem Christi dilatandam accingit.

Quomodo Religiosi primum appulerint, & quæ fuerint in initio eorum gesta. Cap. XXIIII.

EXorsi sunt illico heroici illi viri conuertendis animis vacare, coniungentes Mariæ, Marthæque officia, videlicet, orationem & labores: atque ita plus vtilitatis produxit vnus, quàm in præsen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perfectio religiosorum in Indis.

tia viginti: Nam post orationes illico transibant ad labores, & nulla interposita quiete, à laboribus vicissim ad orationes. Erant laceri, pannosi, discalceati, quiescentes humi, Herbæ & turundæ ex Indico tritico quod Mayzium nos, ipsi verò tlahuli vocãt, illorum cibus erat: montes & valles pedestribus itineribus peragrabãt, quam cõsuetudinem Religiosi adhuc obseruant, nisi valetudo aut magna aliqua ratio diuersum postulet. Vt præsens stemma demonstrat. S



A. Religiosum armis, sed Christi crucifixi signo munitũ. Præter breuiarium nihil vult. B. Sunt pueri, quos secum tanquam coadiutores ad docendam doctrinam ducit sunt enim valde instructi ad hoc munus ita, vt ipsi maximam curam, vna cum hominibus grauibus, quos etiam tanquam coadiutores secum assumit habent. C. Est interpres religiosi Hispanicam linguam calens, ideo munitus CHRISTI IESV signo barbaros, & indomitos ad præsentiam religiosi ducit. Ideo sunt nudi, vt eorum, est mos. D. Feritatem, Arma & barbarorum incedendi modum demonstrat. X

E. Fide-

E. Fideles & fratres euntes per montes, rupes, saxa. In via ad quærenda Idola vana, & conducendos Infideles ad fidem Christi subministrat. F. Est locus vbi noctu lapidibus calefactis fenum super ponunt ac sonũ capiunt. G. Denotat fideles, qui cõmuniter religiosos comitantur tanquam coadiutores, & vt puerorum, ac rerum sacrarum quas semper in manibus deferunt curam habeant. Y Communiter enim deferunt Chrisma Sanctum & oleum, calicem & alia cultui diuino conuenientia paramenta. H. Modum excipiendi fratres, & quomodo mulieres ipsę suos doceant fętus, vt flexis Genibus ipsos recipiant, ac ab eis benedictionem impetrent.

I. Nunquam vacuę in conspectu religiosi apparent: Nam semper aliquid Charitatis enxenium impendunt, videlicet fructus vel quid simile. Nullo metu vltro citroqúe commeabant centum, aut ducenta milliaria prædicãtes delubra diruentes vna cum Idolis catechizando, baptizando, nec despondebãt animum propter minas Z vel vnius vel alterius sociorũ interfectionem, sed inde animum viresqúe maiores concipiebant, vt præsens stemma demonstrat. Capitis continuatio.



Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Stemmatis declaratio.

Nam ex ns tenuibus principiis vsque adeò in immensum res creuit, vt nomen Domini nostri IESV CHRISTI illorum euangelizatione per omnes illas regiones diuulgaretur, quod illis plane inauditum erat, ita, vt abiurato diabolo eorumque delubris, fidem susciperent. Cum audito verbo Dei, ipso cooperante. Cumque verum ac certissimũ sit quod vt ait Paulus, neq; qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus, mansuescunt & ferilem deponentes animum insignum susceptionis fidei arma pharetram, & arcum scilicet daponunt, & inter catholicos collocantur: quos religiosus alacri vultu hilarique animo excipit, atque cõfortat. Horum Indorum terra repleta est argento & auro, de quo ipsi parum aut nihil curant. Et repleta est etiam terra eorum Idolis: opus manuum suarum adorabant, quod fecerunt digiti eorum alii. Alii autem ad libitum, vt superius tactum est. Supersedebo hic recitare prodigia & miracula, quæ ediderunt ea suo loco referuantes. Sufficiet hoc in transitu dicere, quod confestim sua beni gnitate linguæ facultatem illis Deus participauit, tam copiose, vt præadmiratione Indi vicini hinc inde confluerent ad illos, precantes: vt suas regiones inuisere dignarentur, profitentes in simul fidei susceptionem. Certè, qui in hac meditatione animum aduertere velit, fateatur necesse est, in præsentia non posse maius prodigium edi, quàm tantillo temporis spatio, innumeras animas baptismo lustrari, eo loco, vbi, dæmon suam dominationem & truculentiam exercebat. Summa summarum, Apostolici illi viri vitæ exemplo Indis prodigiosi & miraculosi videbantur. Quamobrem eorum facta digna sunt, quæ victoriis & triumphis Alexandri, Cæsaris, Pompei, Camilli, & aliorum; quorum in mũdo tanta est celebritas præponantur, quorum neque singuli deiuncte, vel omnes coniunctim suis armis longo annorum interuallo tantum subiugarunt, quantũ Augusti illi triumphatores mundi vita & doctrina celerrimè fecerunt. Deniqúe, omnia officia illis tradiderunt, quæ illos exactissimè nosse etiam dum videre est, necnõ recte loquendi scribendi canendique artem illos edocuere.

Linguam Indorum quomodo percerunt fratres.

C D E F

De modo celebrandorum festorum apud Indos. Cap. XXV.

FActum est industria & vigilantia, quæ erudiendis Indis adhibita est quo bene legerent, scriberent, & cantarent, vt nusquàm terrarum sacrificiũ missæ aliaque diuina officia diebus feriatis solemnius peragantur: adeò, vt nulla cathedralium Hispaniæ Ecclesiarum illam æquet magnificentiam: velut viri fide digni, qui vtrobique fuerunt affirmant: vt ego ipse, postquam Europęorum vidi cæremonias cognoui. Incipit illa celebratio à primis vesperis vsque ad sequentis diei crepusculum quãdo salutationis Angelicæ signũ datur, conscendunt turres campanarias cum tympanis, tubis, tibiis, fistulis, vicissim nunc tibias inflantes, nunc campanas pulsantes, atque sic non iniucundam reddunt Symphoniam; mox iterum tympana tundunt, aut sonum campanarum cum sono tympanorum miscent continuantes istuc iubilũ vnam horã ante preces vespertinas, & salutationem Angelicam, & horam post, idque tantundem temporis sit in crepusculo matutino, quod spiritale gaudium & attentionem ad officia diuina in animis illorum parit: omnes musicæ tenores & accentus norunt. Sed alienum est à proposito comparare voces illorum cum Hispanorum, aut aliarum nationum vocibus, sufficit in præsenti, quod argutissimè cantant pariter, nam seorsum pauci bene canunt, sed ex illorum concentu iucundissima harmonia resultat. Habent instrumenta musica permulta in quibus æmulatione quadam se exercent vt sunt cornua, tubæ, tibiæ, fistulæ, lyræ fides, organa, & tympana. Non est exigua gloria Dei, ordinis Fraciscanorum aliorumque, videlicet Dominicanorum & Augustinianorum tanta reuerentia Dei sanctorumque ferias celebrari, iis locis, quibus diabolus tantam dominationẽ & tyrannidem exercuerat. Pectora infidelium apprime commouentur eiusmodi ritibus, animique recentium Christianorum valde confirmantur & capiuntur iis externis, cum adhuc sint paruuli & quibus lacte opus sit non solido cibo. Templa & foris & extra pulcherrimè exornant, vt multo plus admirationis esse in ornamẽtis vnius tẽpli Indici, quam in omnibus Basilicis totius Hispaniæ. Ex iisdem floribus cõtexunt amplissimos tapetes eosque cõglutinãt in mattis, aut storeis, atque ibi exprimunt quaslibet formas, figuras, & historias nõ aliter, quàm in belluatis Flandricis videre est, iisq; insternunt gradus & parietes sacrarũ ędiũ & ędicularum, quas exornant variis figuris ad viuum effectis ex florũ cõtextu, nec non operibus arcuatis & cõcameratis ex eorundẽ florũ atqú e ramusculorum coniunctione. Nec sunt certę personę adhoc delignatæ, sed omnes voluntate sua cõfluunt, pennasq; pretiosas cõferunt quas à dominis vtendas postulant. Sed volens prętermittã solemnẽ celebrationẽ festorũ, quæ patronis locorũ sunt peculiaria. Id enim seperata explicatione indiget, ideoq; in cõmodiorem locum differemus. Vbi etiã narrabimus quanta reuerentia quatuor ferias principales obseruant; quę sunt Feria quinta sancta, processio resurrectionis Christi, festũ Sanctissimi sacramenti, & Seraphici patris nostri Francisci. Et hæc de quarta operis parte dixisse pro nunc sit satis.

Quartæ partis finis, sit laus Deo.

Festorũ celebratio apud Indos.

Instrumenta musica apud Indos.

Templorum exornatio.

G H I K

Universidad de Deusto
Biblioteca

RHETHORICAE CHRISTIANAE QVINTA PARS,

CONTINENS PARTES INVENTIONIS,

Magnumque lumen accipit ab exemplorum Historiarum antiquarum adiunctione, quibus res elucescit.

L

De partibus orationis, quæ inuentionem perficiunt. Cap. I.



VPIENTIBVS nobis iuxta quod exigit opus assumptū, inuestigare, quot sint partes orationis, quæ inuentionem perficiunt: quæ cæteris aliis longe difficillima est: duximus operæpretium ipsas sub cōpendio ob oculos ponere. Diximus nanque inuentionem, in sex partes orationis consumi: quæ sunt.

M

- Exordium.
- Narratio.
- Eggressio.
- Partitio.
- Confirmatio, vel Confutatio.
- Et Conclusio.

N

Exordium quid & quomodo comparetur.

Nunc quoniam exordium princeps omnium esse debet, nos quoque primum in ratione exordiendi præcepta dabimus. Exordium, seu proœmium significantius à Græcis dictum, quàm à Latinis, ex eius etymologia, est oratio animum auditoris idoneè comparans ad reliquam dictionē cuius tria sint tempora: vnum, quando frons causæ parum honesta est. Secundum, quando dicendum est apud fatigatos. Tertium, cū aduersarii actio audientiū vel Iudicū animos occupauerit. Verū enimuero quoniā non est satis demōstrare discentibus, quæ sint in ratione proœmii, sed dicendum etiam quomodo perfici facillimè possint: hoc adiicio, vt dicturus intueatur, quid, apud quem, pro quo, contra quem, quo tempore, quo loco, quo rerum statu, qua vulgi fama dicendum sit: quid iudicem sentire credibile sit antequam incipiamus: tum quid aut desideremus, aut deprecemur: ipsa illum natura eò ducet, vt sciat quid primum dicendum sit, quod eueniet si tria faciamus, scilicet conciliando.

O

De ratione Exordii generalis præceptio.

T

- Beneuolentiam.
- Attentionem.

Et, Docilitatem.

Quin lib. 4. Instit. c. 1. Beneuolentia vnde ducatur.

Beneuolētia, quatuor ex locis cōparatur: à nostra, ab aduersariorum, ab auditorū persona, & ab ipsa re. A nostra, si de nostris factis & officiis sine arrogantia dicamus: si prece & obsecratione humili, ac simplici vtamur, Exempli loco sit: Christianissimus animus tuus & ingenita propensio ad sustinendā veritatem & iustitiā, maximè, in defendendis pauperibus induxerūt me ad cōueniendum te orandumque, vt mihi, licet, nihil tale merito, in præsenti causa adsis.

P

A persona aduersæ partis.

Ab aduersariorum persona beneuolentia captabitur, si eos, aut in odium, aut in inuidiam, aut in contemptum adducemus veluti dicendo. Cum id quod conatur facere aut fecit, adeò sit atrox crudele & intolerabile, vt omni fauore sit indignus: non contentus illi facultates adimere, sed vitam quoque & famam, via tam iniqua, vt facile arguant illum esse hominem abiectum.

Q

Ab auditorū persona.

Ab auditorum persona beneuolentia colligitur, si res ab his fortiter, sapiēter, mansuetè gestæ proferentur, & si de his, quàm honesta existimatio quātaque eorum iudicii, & auctoritatis expectatio sit, ostendatur. Non parui facio verba, quæ ille mihi dixit coram tantis viris, immo verò maximę inhonestatis loco habeo, quod præsentibus viris amplissimis & summę existimationis & auctoritatis mihi maledixit. Itē, memor officiorum quibus vobis deuinctus sum, & meritorum quibus me cumulastis communi sensu planè caream, si in iis negotiis, quę mihi demandatis non malim vestra nixus auctoritate, etiam cū errore vobis obsequi, quàm stando meo proprio iudicio rectè facere: tanto studio & cupiditate vestram voluntatem amplector.

R

Ab ipsis rebus.

Ab ipsis rebus, si nostram causam laudando extollamus, aduersariorumque causam per cōtemptionem deprimamus, hoc modo, Non tibi credo iniquum videri me patrimonium & legitimam partem, quæ mihi ex hæreditate paterna debetur expetere, sed approbare potius & hortari. vt persequar quemadmodum iura diuina & humana præcipiunt. Vt attente autem audiamur: si demonstrabimus ea quæ dicturi erimus magna, noua, incredibilia esse: neque diu nos moraturos, neque extra causam dicturos, promittendo: & in his etiam optando, abominando, rogando, solicitum agendo.

S

Attentio.

Item, si iis qui dicturus initio paulisper subticeat meditabundus quasi incertis, vnde principium ducere debeat. In gratiarum actionibus considerare necesse est status & conditiones tam dicentium, quàm audientium ipsiusque materiæ de qua est sermo circumstantiis loci tēporisque obseruatis.

T

Docilitas.

Dociles auditores faciemus, vt in attentione, neque diu nos moraturos, neque extra causam dicturos

Universidad de Deusto
Biblioteca

promittendo. Et si breuiter & apertè summam causæ exponemus; quod Homerus atqúe Virg. operè suorum principiis faciunt hoc est, in quo consistat controuersia, diluendo primum quæ causæ nostræ afficere videbantur, aut auditores ab ea alienare animis illorũ in ipso limine præoccupatis ex veritatis ignoratione. Istius rei modus est, vt propositioni similior sit, quàm expositioni: nec quomodo quicquam sit actum, sed de quibus dicturus sit orator ostendat. V
Si autem exordium, aut principium fuerit multiplex, præcipuè cõstituitur à personis, aut causis, vtendo locis quibusdam communibus, quibus tanquam basi oratio, aut sermo innitatur: obseruato, vultus decore vocisqúe moderatione. Quæ omnia quemadmodũ in vna oratione nonnunquam præstanda sint, ita in omnibus locũ non habere: cum sint quæ beneuolentiam, alia quę docilitatem, & attentionem desiderent. Quocirca genera causarum, pro quorum varietate aliud, atque aliud præstandum est, esse congnoscenda, quæ plurimi, quinque fecerunr: vt inferius patebit. X

De exordiorum bimembri diuisione. Cap. II.

Principii vsũ & officia.

NOn erit importunum notare, exordium in duas partes diuidi, in principium & insinuationem. Principium est, oratio perspicuè & protinus perficiens auditorem beneuolum, aut docilem, aut attentum. Insinuatio est, oratio quadam dissimulatione, & circuitione obscurè subiens auditoris animum; vtrumqúe autẽ certis temporibus conuenit. Quare, qui bene exordiri causam volet, eum necesse est, genus suæ causæ diligenter ante cognoscere. Y
Causarũ genera diuersa ac proinde exordiendi rationes per principium, vel insinuationem.

Genera verò causarum, vt ex superioribus notum est, sunt tria: Demonstratiuum, Deliberatiuum, Iudiciale: quorum singula in quinqúe noua genera subdiuidi possunt.

Honestum.	Humile.
Turpe.	Obscurum.
Anceps vel dubium.	

Honestũ genus est, cũ aut id defendimus, quod ab omnibus defendendum videtur, aut id oppugnamus quod ab omnibus videtur oppugnari debere, vt sunt laus castitatis, persuasio pacis, defensio parentum, cognatorum, accusatio furis. Si tale genus causæ est, licebit vel rectè, vel non rectè vti principio, etsi vti principio placebit beniuolentiæ partibus vtendum est, vt id quod est augeatur. Z

Turpe genus intelligitur, cum aut honesta res oppugnatur, aut defenditur turpis. Sin turpæ causæ genus erit, insinuatione vtemur, ingrediendo pedetentim in defensionem & dicemus, ea quæ indignantur aduersarii, nobis quoqúe indigna videri: sed in processu patefactũ iri multo aliter rem habere. Dubium genus est,

cum

cum habet in se causa, & honestatis & turpitudinis partem. Exempli gratia, fauere patri cognato, aut amico latroni, aut scelerato Honestũ enim est fauere patri, cognato, vel amico: turpe verò malefici studiosum esse; si genus causæ dubium habebimus à beneuolentia principium constituemus, ne quid illa turpitudinis pars nobis obesse possit. Humile est, quod negligitur ab auditore & non magnopere attendendum videtur. In hoc genere causæ contemptionis tollendæ causa, necesse erit, attentum efficere auditorem. A
Obscurũ in quo difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa nostra implicita est. Hic per principium dociles auditores efficere oportebit. Insinuationibus præterea vtendum est, si ab iis quem ante dixerunt iam quiddam auditori persuasum videtur, aut cum iam illi quos audire oportet defessi sunt audiendo, atqúe tunc nõ inutile est ab aliqua re noua, aut ridicula incipere, videlicet, apologo, vel fabula, quomodo animus defessus audiendo integrabitur, B & renouabitur. Nec refert, quod cum grauitate pugnare videatur: nemo enim tam grauis est, qui non sæpe hoc faciat. Quædã sunt causæ in quibus præteriri principiũ poterit ad comparationem beneuolentiã, attentionem, vel docilitatem: quemadmodum vsu venit in iis, quæ ex sacra scriptura à concionatoribus in medium afferuntur, quæ per se continent auctoritatem, gratiam, fidem, & cõmodum, quo circa purgatissimis auribus à quolibet Christiano excipiuntur. Hæc de exordio, quoties erit eius vsus. Non semper autem est. Nam & superuacuum aliquando est, vt si sint præparati si- C ne hoc auditores, aut si res præparatione nõ egeat. Et quia de exordio satis dictum est, deinceps ad narrationem transeamus.

Insinuationis præcepta

Exordii non semp locus.

De Narratione eiusqúe diuisione. Cap. III.

NAturalis ordo postulat, vt paratis auditorũ animis beneficio exordii, narratio consequatur, quæ est, rerum gestarum, aut vt gestarum expositio, idqúe voce clara, & diserta fieri oportet, quod scitu opus est declarando. Pleriqúe semper narrandum pu- D tauerunt: quod falsum esse pluribus coarguitur. Sunt enim ante omnia quædam tam breues causę, vt propositionem potius habeãt, quàm narrationem. Id accidit aliquando vtriqúe parti, cum vel nulla expositio est, vel de re constat. Ea duplex est, simplex, quãdo aliquid nudè sine ratione profertur. Altera quando rei gestæ narrationi rationes subiunguntur. Eam pleriqúe scriptores, maximè qui sunt ab Isocrate, volunt esse lucidam, breuem verisimilem. nec enim refert an pro lucida perspicuam, & verisimili probabilẽ credibilemúe dicamus. Eadem nobis placet diuisio. Ideo oportet

An semper narrandum.

Narrationũ speties duæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eas tres habere res, quæ idem significant, Vt efficatius quidquid cupimus consequamur, scilicet.

{ Claritatem. / Probabilitatem. } Et Suauitatem.

Narrandi ratio: cuique tria propria Claritas, Probabilitas, & Suauitas.

Quo diligentius distinguantur singula, vt quid quoque loco prosit, ostendã. Narratio est, aut tota pro nobis, aut tota pro aduersario, aut mixta ex vtrisque. Si erit tota pro nobis, contenti simus iis tribus partibus, per quas efficitur quò Iudex facilius intelligat, meminerit, credat. Qua res claritas breuitatem complectitur, vt, rem manifestè exponat verbis communibus & vsitatis, temporis ratione obseruata absque interruptione lacunis & haitu. Exempli causa. Hiero. & Canonizatur de pœn. dist. 1. c. Importuna. Importuna in Euangelio mulier tandem meruit audiri: & clauso cum seris Ostio: media licet nocte: ab amico: amicus panes tres accepit: Deus ipse qui nullius intra se superari viribus potest: publicani precibus vincitur vel superatur. Nimiue ciuitas, quæ peccato perit: fletibus stetit. Quorum, illa tam longo repetita principio. Vnde licet, vt paruum magnus aspicias: vt diues pastor morbidam ouem non contemnas. Christus in paradisum de Cruce etiam latronem tulit: & ne quis aliquando seram conuersionẽ putaret, facit homicidii pœnam martyrium. Christus, inquam, prodigum filium reuertentem lętus amplectitur: & nonaginta nouem pecudibus derelictis, vna ouicula quæ remansit humeris boni pastoris aduehitur: Vbi vero peccator intelligens vulnus suum tradet medico securandum: Vbi non est virga necessaria: sed spiritus lenitatis. Vide quam breuiter, & clare longanimitatem & bonitatẽ Dei erga nos exponit. Probabilis erit narratio, si in ea videbuntur inesse ea quæ solent apparere in veritate: si personarum dignitates seruabuntur, si tempus idoneum, si spatii satis, si locus opportunus ad eã rem qua de re narrabitur fuisse ostendetur. Probabilem satis narrationem adducit Greg. Hom. 25. dicens: Immensam clementiam conditoris nostri debemus aspicere: quæ nobis insignum pœnitentiæ exemplum posuit: eos quos per pœnitentiam post lapsum viue re facit. Perpendo enim Petrum. Considero latronem. Aspicio Zachęum. Intueor Mariam Magdalenam, & nihil in eis aliud inuenio nisi ante oculos nostros posita spei, & pœnitentię exempla, fortasse enim ex fide lapsus est aliquis. Aspiciat Petrum, qui amarè fleuit, quod timidus negauit. Alius supra proximũ suum Immania crudelitatis exarsit. Aspiciat latronem, quia in ipso mortis articulo ad vitæ præmia pœnitendo peruenit. Alius auaritiæ ęstibus alte aliena dirupit: Aspiciat Zachęum: qui quæ alicui abstulit:

Probabilis.

Exempla pœnitentium.

E F G H

qua-

quadruplum ei reddidit. Alius igne libidinis succensus carnis munditiam perdidit. Aspicia Mariam, quæ in se amorem carnis igne diuini amoris excoxit. Suauis erit, si recenseat res admirabiles, & experendas successus inopinatos, animorum dissimilitudinem, dolorem, spem, metum, suspicionem, desiderium, fortunæ cõmutationem, insperata incõmoda, iucundos exitus rerum ad viuum quoad fieri potest omnia oculis subiiciendo. Quę omnia, mirum dictu est, quam eleganter D. Hiero tractauerit, & Canonizatur de pœnit. dist. 1. c. Quia diuinitatis. vbi ait. Quia diuinitatis natura est clemens: & pia magisque ad indulgentiam: quàm ad vindicta prona: quia non vult mortẽ peccatoris: sed vt conuertatur & viuat: si quis post lapsum peccatorum ad veram pœnitentiam se conuertit: cito à misericorde Iudice veniam impetrabit. Item Hiero. 7. Ibidem, & Canonizatur dist. 3. c. Septies, Septies in die cadit Iustus: & resurgit: Si cadit, quomodo Iustus? Si Iustus quomodo cadit? Sed Iusti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiã semper resurgit: & non solum septies, sed etiam septuagies septies delinquenti: si conuertatur ad pœnitentiam peccata donantur: cui plus donatur, plus diligit. Dauid per pœnitentiam adulterii simul, & homicidii veniam impetrauit.

Suauis.

I

Nota.

K

De egressione, aut digressione. *Cap. IIII.*

EGressio est in qua tractatur de re aliqua à nostro proposito aliena, quæ tamen cum eo conueniat, & affinitatem aliquam habeat. Estque multifaria, omnibusque orationis partibus admisceri potest. Nam quidquid ad aliquam cæterarum partium propriè nõ pertinet egressionis, vel digressionis nomen sortitur. Exempli gratia, quando in ipso orationis filo ad descriptionem ciuitatis vel laudũ alicuius accedimus, quod vel ad exornationem sermonis, vel ad delectationem auditoris faciendum est, explicando vim & naturã cuiusquiã rei auditoribus fortasse incognitæ. In temperato dicendi genere, digressiones magnã copiam & venustatem afferunt orationi, vt videre est apud Nazianz. in oratione, quã habuit de amandis pauperibus: cùm dixisset, eos nos præcipuo quodam miserationis affectu, per mouere debere, quæ sacro morbo labefacti, atque infecti sunt, & ad carnes vsque ad ossa, & medullas exesi, consumptiq; atque ab hoc flagitioso, & in fido corpore proditi: ibi, corporis mẽtione facta, locum digrediendi nactus: cui (inquit) quomodo coniunctus sim, haud equidem scio: & quo pacto simul, & imago Dei sim. & cum cęno voluter: quod, & cum incolumi valetudine est, bello me insectatur: & cum bello pręmitur, excruciat, merores afficit, quod, & vt conferum amo, charumque habeo, & vt inimicũ,

L

Multis modis fit egressio.

M

infe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

infestumqúe detestor, quod, & vt vinculum fugio, & vt eiusdem hæreditatis particeps reuereor. Si macerare, & debilitare contendam, iam non habeo quo scio; & ad ministro, ad res præclarissimas obeundas vtar: nimirum haud ignorans: cuius rei causa procreatus sum, quodqúe mihi faciendum est, vt per actiones ad Deum ascendã, sin contra, vt cum adiutore, & ministro, mitius, indulgentiusqúe agere mediter, nulla iam ratio occurit, qua, rebellantis impetum fugiam, & omnino à Deo excidam necesse est, corporis compedibus degrauatus in terram detrahentibus: hostis est blandus, & facilis, insidiosus amicus: proh Deũ immortalem, quæ istheç coniunctio est, queç inimicitiarum, dessidiiqúe ratio? quod vereor amplector, quod amo perhorresco, antequàm bellum geri ceptum sit, in gratia cum eo redeo: antequam sit pax constituta, ab eo dissideo: qua præclarissima digressione absoluta, ita ad propositum reddit. Locus autem præcipuè est digressionibus in proœmio, vel in epilogo, nam si cõcinnè & eleganter inserentur commodabunt plurimum: sed in medio cursu orationis illis multum diuqúe insistendum non est, quia distrahunt animum, tàm audiẽtium, quàm dicentis, aut saltem materiæ de qua tractatur obsunt. Deniqúe semper debet haberi ratio argumenti ipsius, vt ad illud in tempore redeatur.

De partitione, seu diuisione. Cap. V.

PArtitio est, quæ ostendit quid cum aduersariis conueniat, & quid in controuersia relinquatur, præterea, de quibus erimus dicturi breuiter exponit. Hoc modo. Omnis creatura quum bona sit: & benè amari potest, & malè. Benè, scilicet, ordine constituto: Malè ordine perturbato. Diuisio est vtilis: nam partitione animũ legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriã artificiosè reformat: dat plenius capere: dat plenius atque videre, legentis animum, & mentem probat. Hæc nunquam prætermittenda est: nam ea certũ quiddam auditori designatur in quo animum debeat habere occupatum. Sanctus Greg. Nazianz. quem Demosthenẽ Christianum dixerimus ostendens Episcopalis muneris difficultatem: ita diuisione est vsus. Difficile est, eiusmodi orationem inuenire, quæ omnes conciliare, & scientię lumine collustrare possit: huius rei ea causa est, quòd cùm in tribus his rebus, periculum versetur, mente, sermone, atque auditu: vix aliter fieri potest, quin si minus ad omnia, ad horum vnum impingamus: aut enim mens, superno splendore minimè persuasa est: aut sermo languet, aut denique auris, quia nequaquàm purgata est, doctrinam excipere nequit: quorum si vnum acciderit non minus quàm si omnia concurrunt,

N

O

P

Episcopalis numeris difficultas.

Q

runt, veritas claudicet, necesse est. Præcepta partitionum certis regulis comprehendi nequeunt. Præcipuè tamen meminisse oportebit eam minus vel plus quam trium partiũ numero esse non oportere. Quod si quod in genus plures inciderint partes, id cum in prima partitione causę erit simpliciter expositũ distribuetur, eo tempore cõmodissimè cum ad ipsum ventũ erit explicandũ in causæ diũ. Nam qui rectè diuiserit, nunquam poterit in rerum ordine errare. Certa sunt enim non solùm indigerendis quæstionibus, sed etiã in exequendis, si modò rectè dicimus, prima ac secunda, & deinceps: coheretqúe omnis rerum copulatio, vt ei nihil neqúe subtrahi sine manifestu intellectu, neqúe inferi possit. Item illustria & perspicua verba, genera ipsa rerũ digitis enumerando, cũ decora manus, & brachii extensione. Quæ autẽ partitio rerũ distributam continet expositionem, hęc tria habere debet, vt fiat.

Partitionum præcepta, ne queunt certis regulis cõprehendi.

R

S

Summariè.
De Re principali. Nudè & simpliciter.

Summariè cum nisi necessarium nullum assumitur verbũ. Principaliter quando omnia quæ incidunt causam, genera, de quibus dicendum est amplectimur. Nude & simpliciter, cum neqúe verbis, neque extraneis ornamentis animus detinetur.

T

De confirmatione & confutatione. Cap. VI:

COnfirmatio est, per quam argumentando, nostræ causæ fidem, & auctoritatem, & firmamentum adiungit oratio. Hæc in ratiocinandi facultate maximè consistit, ad probationem causæ nostręq; per argumentationem, vndè, illi argumentationis quoqúe nomen à plerisqúe inditum est. Diuiditur in duo genera confirmationem, & reprehensionẽ vel confutationẽ. Sed quoniam rationes contrariæ dilui nequeunt nisi nostras ante adstruamus, & vicissim hæ asseuerari nequeunt, nisi illis confutatis, ideo propter naturalem coniunctionem, & doctrinæ compendiũ atqúe vtilitatem conglutinantur. Tota autem spes victorię, & persuasionis huic parti inmitis satis superqúe toti causę satisfactum est. Vtrumqúe ita facilè consequemur, si constitutionem & statum controuersiæ diligenter exploremus & inueniamus, & ad maiorem energiam eo dirigi debent historiæ, & testimonio ex sacra scriptura, & vetustis patribus, collecta necnon ex philosophis infidelibus, sed sobriè & opportunè, vt præmonuimus, adductis in principio rationibus bonis, in medio

Cõfirmationis diuisio.

V

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Confutatio quid sit.

dio tolerabilibus, in fine verò optimis. Firmius enim insidet memoriæ, quod initio dicitur. Confutatio penè vna est cũ cõfirmatione & ex isdem fontibus petitur. Est autem confutatio per quã argumentando aduersariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut eleuatur. Quocirca notandũ est, interdũ propositiones falsas esse, vtpotè quibus affirmatur quid factum esse, quod infectum sit aliquando rationes, vel falsas, vel dubias, vel ad rem non pertinentes videri.

X

De conclusione. Cap. VII.

EXtrema pars orationis est conclusio, quando breuissimè repetimus prædicta, & quasi per capita decurrimus vt afficiantur, recreentur, & recolligantur auditorum animi, in qua elaborãdum vt auditorem dicendi cupidum etiamdum relinquamus quod breuitate & suauitate orationis fiet. D. Basilius in Orat. ad diuites, Expositam rationẽ concludens: pulchrum adducit huius partis exemplum, dicens: Quid igitur tempus expectas, cùm ne mentis quidẽ tuæ compos es futurus? ita Christianus orator: Esto huius, & omnium meorũ sermonũ, concionũ, & hortationũ mearum conclusio: vt sitis vos populus Dei, hæreditas Christi, gaudiũ meũ, & corona mea, humana contemnentes, huius exilii obliti, ad cęlestẽ patriam aspiretis, quę dicendi forma, ruri maximè adhibei posse videtur, atqúe etiam crebro. Item Greg. Quot habuit in se oblecta menta, tot de se inuenit holocausta: conuertit ad numerum virtutũ crimina numerum: vt totum seruiret Deo in pœnitentia: quidquid ex se Deum contemperat in culpa. Debet hic oratio & insurgere cum voce aperta, distincta, & pleno spiritu elata, imponendo finẽ & restinguendo cum maximè efferbuerit. Diuisa est in tres partes Epilogum, amplificationem, & affectus. Epilogus etiã enumerationis nomine vocatur. Aliæ autem duæ hic præcipuè suam sedem habent. Nam hic, si vsquam, totos eloquentiæ fontes aperire licet, aptisqúe excitanda sententiis & figuris varianda oratio, nec non animi auditorũ languentes affectibus permouendi, qui sunt misericordia, atrocitas, amor, odium, lætitia, mœror; aliaqúe perturbationum genera, prout causa postulare videbitur.

Y

Hom. 33. super Euang.

Conclusio quibus partibus ornetur.

Z

A

De officio oratoris. Cap. VIII.

Quę præstare debeat orator.

POstquam industrius orator prędicta exactè perceperit, consideret necesse est, officii sui esse tria facere, quorum primum est docere; adferendo res nouas, & incognitas, & gratiosas, quas testimo-

niis, & dictis sapientũ approbet. Idqúe maximè locum habet in narratione, diuisione, confirmatione, & aliquando in conclusione. Nam si deficiat omnia ne quicquam sunt. Ignoti enim, vt ait poëta nulla cupido. Alterũ est mouere, adhibendo rebus quoddam pondus & efficaciam. Quæ contrahuntur amplificatione & affectibus, qui in omnibus orationis partibus sedem habent, nec refert,

B quod aliquando non commouentur animi auditorum, si modo ea fuerint ab oratore adhibita, quibus id præstari solet; quemadmodũ enim non est in medico semper curetur vt æger, nec in nauita optatum portũ contingere; sic motus animorum non semper est in manu prędicatoris, sed plurimũ ex instinctu diuino, pectorumqúe præparatione efficitur. Tertium est delectare, polliciendo animum verborũ illecebris, & exquisito sermonis genere, ad cõsensum quod sententiis appositè dictis & vrbanis. Sunt itaqúe oratoris officia.

C

Docere.		Necessitatis.
Mouere.	Est	Victoriæ.
Delectare.		Suauitatis.

Sed hæc ratio perceptionis ad exercitationẽ accõmodari debet nam ars sine assiduitate dicendi non multum iuuant. Eloquentia enim comparatur.

Arte.	
Exercitatione.	Et Imitatione.

Ars, est collectio prœceptorũ ex notatione naturę, atqúe animad-

D uersione. Exercitatio est, ipse vsus, & assiduitas dicendi. Imitatio est, quando ita dicere consuescimus, vt oratores, qui maximè excelluerunt. Considerandũ autẽ ante omnia, vt in omni sermone, & cõmunicatione perfequamur exornationes Rhetoricas, & selectas sententias, phrases & verba. Deindè, ne sit vacua testimoniis celebrium auctorum, euitata omni diligentia affectatione. Ille enim perfectus est orator, qui ita secundũ artem loquitur vt nõ appareat artificium. Proderit etiam plurimum subinde, sententias, vocem, verba, & ornamenta mutare propter diuersitatẽ personarũ, locorũ,

E temporum, & occasionum, atqúi talis mutatio reficit auditorũ animos, nouasqúe vires oratori suppeditat, ipsamqúe orationem quasi nouam facit. Non decet itaqúe religiosum, vel aliquem virũ grauem loqui, vt aliquis è plebe loqueretur, nec patritios vt vulgares, nec virum in auctoritate constitutum condecet vti sententiis friuolis. In materia hilari debemus euitare tristitia & lugubria, atqúe è diuerso in tristi loco sa. Orationem tenuẽ non debemus cũ vehementi copiosa & graui temere confundere. Sed gestus diuersas quoqúe formas postulant, aliter enim in rebus turpibus, aliter in

Orator perfectus quis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nota.

honestis & pulchris, aliter in laudatione, aliter in vituperatione, aliter in cōminatione, aliter in beneuolentiæ cōmonstratione voce gestuque vtendum est. Itaque materia diligenter ante animo versanda est, atque non solum toti orationi, sed singulis partibus conuenientia verba, & gestus adhiberi debent. Absurdū enim foret, virum doctum eodem genere loquendi vti, quo idiota aliquis: atque ineptum esset stylo vili, & sordido mysteria scientiarū omniū rerum pretiosissima tradi. Quapropter opus fuit non solum oratione recondita & secreta verum etiam inuolucris fabularum, apologorum, figurarum, troporum, allegoriarum, vnde fabulosarum narrationum & ratiocinationū varietas profluxit. Huc similiter pertinet animaduersio loci, temporis solacismorū syntaxis verborum, figurarum verborum, & sententiarū & vt semel dicā omnium eorum, quæ ad ornamenta & elegantiam pertinent. Cuius quidem ratio in sequentibus explicatur. F

De affectibus & eorum excitandi modo. Cap. IX. G

ETiam si quarta huius operis pars, quid in affectibus mouendis fieri oporteat exequatur: hoc capite, quo id modo consequi possimus demonstrare visum est. Primùm omnium affectuum commouendorum laudes simpliciter, & comparate prædicabimus: iisque eloquentiam verè regi, & suas vires omnes diffundere demonstrare conati sumus. Cum igitur, huius negotii difficultas à pronunciatione dependeat: quanquam certè sunt, semperque fuerint non parum nulli qui sese huic negotio opponant, nihilominus cum magna ex parte traditum sit: affectus partim magnitudine rerum, partim earundem præsentia oculis subiecta concitari. Nunc altius omnis rei repetenda est ratio. Nam & per totam prædicationem, & orationem locus est affectibus: & eorum non simplex natura, nec in transitu tractanda, quo nihil maius afferre vis orandi potest. Nam cætera forsitan tenuis quoque & angusta si modo, vel doctrina vel vsu generare, atque ad frugē aliquā perducere queat. H

Tota oratio affectibus spargenda.

Affectus igitur concitatos, atque compositos esse dicimus. Atqui quāuis rhetor per totius causæ corpus aspergi affectus, vbicunque rei magnitudo postulauerit, præcipiat: hoc tamen singulari ratione ad verbi Dei buccinatorem, & rhetorem Christianum pertinet: cuius præcipuum munus potius in mouendis, quàm docendis auditorem animis positum est. Cum homines magis pecent affectu corrupto, quàm ignorantia veri. I

Quid sit affectus.

Affectus itaque est animi perturbatio atque passio, quæ rerum qualitatem & naturam sequitur, vtpotè mœror, gaudium, misericordia, ira, amor, odium.

Affectus

Affectus naturaliter omnibus hominibus inditi sunt, nam si cum ratione excitentur sunt virtutes, si præter rationem vitia. Quinctilianus in arte commouendorum affectuum veluti spiritum, atque animum orationis inesse dicit. Quamuis autem Aristoteles affectus Iudiciis excludendos putabat, quia Iudicem à veritate depelli misericordia vel ira similibusque non oporteret, non tamen est ipsius opinio tam probata, vt idcirco mouendi animos vsus prætermissus fuerit. Quamuis enim in iudiciis sedem non habere concedamus, est tamen perneccssarius. Facilius enim est populum ad odium vel amorem cuiuspiam rei inducere, quam per euidentia argumēta ad quasi caput in Rhetorica propterea quæ altius eius ratio ab omnibus Rhetoribus repetitur. Requiritur autem præcipuè vt ea quæ proponit ea ratione, via, modoque tractet, eiusmodi verbis & gestibus peragat, prout materia exigit, si atrox crimen in controuersia sit, atrociter necesse est orare, aut cum commiseratione spectando circumstantiis. K L

Affectus naturaliter omnibus insunt.

Requisita in commouendis affectibus

{Quid. {Quomodo.
{Quis. {Quando.
{Contra quem. {Vbi.

Quemadmodum ex hac responsione ad alicuius rogationem patefiet. Percuperem equidem posse me petitioni tuæ satisfacere, sed crimen adeo atrox quale illi pro quibus deprecatorem agis cōmiserunt nullam commiserationem nullam clementiam patitur. Si fortuito, aut inopinato accidisset deprecationi tuæ annuere liceret verum cum præmeditato, & de industria tanta iniuria illata sit nullus est ignoscendi locus. Si in duello, aut monomachia quemadmodum cum nobilis alter alterum lacessit, nam eo casu parentes, & cognati eius qui perijt, non habent iustam causam accusandi superstitem, cum idem aduersario inferri potuerit veluti, si quis ducentos vel trecentos aureos in ludo aleæ commiserit, nam si fors valet possum aut perdere aut lucrari: sic in congressu duorum, qui se in mutuam pugnam prouocarunt: alterutro victo & cæso secundum leges sæculi, non cadit meo iudicio in victorem accusatio, qui eidem periculo subiacebat. Sed tantum scelus, atque contra fratrem meū perpetratum est conniuentiam, & dissimulationem non merentur: nam cum ille nihil minus cogitaret illi data opera tres quatuorue simul in eum irruerunt ad interficiendum eum. Quantum ad fratrē meum attinet nulla infamia illum notarunt, sed facto suo fortitudinem eius testificati sunt: qui aperto Marte non auderent illum adoriri: vndè ad illum plus redit honoris quàm ignominiæ. Sed quod tam impium facinus viri infimæ turpissimeque notæ contra tantum M N

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuuenem, quantus erat frater meus, qui de nemine vnquã male meritus est, ne de fele quidem sed erga omnes obsequiosus & amicus extitit, vt tam clarum est atque lux meridiana ausi sunt, nihil causę excogitari potest, quam scelerata maleficia, & improba illorum voluntas. Nec parum auget illorum impietatem, quod iuuenem in ipso flore ætatis, & iam primum excedentem ex ephæbis interimere veriti non sunt. Quodque grauissimum est in limine suarum ædium, & in matris præsentia, quæ licet pro affectu materno cupidissimè illi opem ferre conaretur, ab illis repulsa est, miserumque punctim petierunt & occiderunt. Hæc singula quæso tecum cogita, vt æquum & non dubito quin eiusmodi deprecationem sis prætermissurus. Has circunstantias omnes in illa cæde perdiligenter examinamus, quia maximè ad rem faciunt, præcipuè in explicatione Passionis Domini nostri IESV CHRISTI, & martyrum in qua diligenti prædicatori inuestigandum est. O

Summa eorum, quæ requirũtur ad commiseration em mouendum.

De re ipsa. Ad commiserationem.

- Si erat iuuenis vel senex.
- Si habebat munus aliquod nec ne.
- Si erat probus.
- Si dignus aliquo bono.

P

- Quid potuerit pati nec ne.
- Condemnatio aut Iustitia.
- Quibus conditionibus.
- Vbi finiendum.

Superiora ostenduntur oratione cuiusdam patris, qui filio suadet ducere vxorem, & egregia documenta connubialia complectitur. Cap. X.

AD superiorum cõfirmationem visum est adducere orationem quandam patris ad filium, ex antiqua historia depromptam, suadẽtis vt matrimonium contraheret, quam filii responsio subsequetur: vndè multa in vita communi vtilia ediscì & obseruari possunt. Fili mi postquã ego & mater tua connubio iuncti fuimus, diutissimè vna vximus antequam illa fœtum cõciperet. Vndè ingens tristitia nos consequuta est, quòd non gigneretur nobis familiæ nostræ successor & hæres. Deindè, recognoscẽtes eiusmodi beneficia à Deo Opt. Max. omniũ bonorũ datore & auctore, proficiscì animũ recepimus in eo omni spe & fiducia nostra locata, supplicantes; vt dignaretur nobis prolem cõcedere. Itaque illas supplicationes in orbitate nostra viginti septem annos cõtinuauimus interea temporis puellas orphanas, & viduas pauperes maritabamus, multosque eleemosynas erogabamus. Tandem Deus volens infinitę suę misericordiæ argumentũ ostendere, ætate nostra defecta, & spe prolis abiecta effecit, vt mater tua de te grauida fieret. Postquã autẽ pepetit te omnẽ solicitudinẽ & pietatẽ quantã parẽtes præstare possunt Q R

Optima prolis habendę medicina.

ad

ad nutricandũ te adhibuimus, donec ad eam ætatem peruenisses, in qua habere posses vitæ tuæ modum. Iam, vt poëtę verbis vtar, in te domus inclinata recumbit. Nos enim alterũ pedẽ modo in sepulchro habemus, iam annis obsiti sumus, vt nobis integrũ nõ sit regere, quod tu facillimè administraturus es: Incidisti enim in ætatẽ nostrã defectã & nobis quasi decedentibus ex hac vita tute in ipso ingressu versaris, ita finit Deus aliquando vnũ alterius causa superuiuere, & aliis ex hac vita in aliorũ cõmodum hinc egredi, quemadmodum iuxta naturalẽ rerũ humanarũ conuersionẽ, & nos tibi cõcedemus, & tu vicissim tuis hęredibus propter nostræ vitæ fragilitatem, atque tuę florẽ. Postquam itaque diuina & humana iura patrem ad nutricandi, filiũ verò ad obsecundi munus obstringunt, est quod tibi indicẽ quid ego parẽsq; tua in extremo vitę nostrę tuęq; initio te facere velimus. Ne vel tu in vita decipiaris, vel nos in morte deplorandi occasionem habeamus. nam in his negotiis mora irreparabile damnum parit, etsi adolescentulis certius detrimentum immineat quàm adolescentibus. Nam illę famæ & nominis dispendium, hi verò rei familiaris iacturam solum faciunt. Nec verò metuimus, etsi in hoc vitæ statu perseuerares deterius te facturũ absq; nobis. Sed fortuna interdũ cum minimũ suspiceris mala sua emittit & ductorẽ abijcit, & nauitã in scopulos detrudit vectoremq; perdit vti scis accidisse Priamo Regi Troiano, & magno illi Olopherni cui Iudith verticẽ pręcidit magnisq; regibus & principibus, quẽadmodũ historiæ produnt, qui fortuna maximè illis blandiente ab ea euersi sunt. Fortunæ enim peculiare est inuictos constringere vt superentur, & infirmis vires animumque dare vt superent, & parentibus incumbit in tempore filijs prouidere ad euitanda illorum pericula. Qua in re filiorum partes sunt parentibus morem gerere, & parentum filijs probe consulere. Ne nostra negligentia, & tua oscitantia magnum detrimentum tibi ingruat, quod nos perpetuò angat, & in paupertatem inexplicabilem te conjciat quemadmodum solet accidere iuuenibus, qui præter voluntatem patris vxorem ducunt, & iuuenculis quę cęco amore captæ viris nubunt. Qui si rectè saperent diu deliberarent antequam eo capistro se constringerent. Sed melle lite gladio falluntur non considerantes temerarios amores plus aloes quã mellis habere. Ad cauendum itaq; ne hoc malũ te opprimat & nos contristet, Volumus te vxori tradere: nè tu temerè tibi coniugem deligas nostrę familię & prosapiæ inequalem. Certiorem itaque te facio existere, tres præstantissimas adolescentulas, quæ nuptias tecum inire percupiunt forma, vultu, nobilitate, dote, opibus, fama, & cognationibus præstantissimas. Verum enimuerò, vna earum pulchriorem

S T V X

Mutua patris & filij obligatio.

for-

Universidad de Deusto
Biblioteca

formam habet quàm cæterę duæ, altera plus præstat nobilitate, tertia opibus. Concedimus itaque tibi optionem, vt, quam malis eligas, aut primam ob venustatem, secundam ob generositatem, aut tertiam propter opulentiam. Omnes sunt speciosę, præclaro genere orthæ, integræ famæ & diuitijs affluentes. Sed cum vna forte esse duces vitam magis voluptuosam & iucundiorem, in gaudio, iucunditate, & oblectatione vbi alioquin si aliquam inuitus duxeris in perpetuis ærumnis, & grauissimis doloribus viues. Quocirca deliberandum est diu, quod statuendum est semel. Ducere primam volupe est, secundam splendidum, tertiam commodum. Nam inter præcipuas dotes mulierum post pudicitiam & castitatem, quæ sunt caput omnium & ornamentum virtutum, primaria est pulchritudo, secundaria generositas, tertia opulentia. Postquã itaque omnes prędita sunt ijsdem naturæ & fortunæ donis, quorum tamen vt à me tibi enarratum est, alia in alijs maiora sunt poteris sine paruo discrimine vnam ex tribus eligere; nam etsi non contingat tibi omnium optima certum tamen est bonam te habiturã; cum omnibus bonitas insit, eademque ratio est formæ & census. Præterea, postquam ætas tua postulat, vt breui tibi suscipiendum sit, quod in presenti nos te monemus, fac rem ipsam etiam atque etiam cogites, vtpotè ex qua & nostra tranquillitas & salus tua dependeat. Considera matrimonii dignitatem, & quanti ab ipso Deo fiat præter necessitatem ipsam, quæ te impellere debet vt possis succedere in dominationem, quæ tibi post mortem nostram cedet. Nam metus est nisi moderęris eum adiumento coniugis malè tibi euenturum, at si uxorem habueris benè. Nam & tu ad comparandum celebritatem existimationis, & coniux ad accumulandas opes, ambo studebitis facultates vestras conseruare. Iterum igitur (mi fili) te rogo vt rupta omni mora, meæ parentisque tuæ auctoritati, & consilio quamprimum obsequaris, ea ratione præter vtilitatem tuam propriam, nobis magnam afferes voluptatem.

Pudicitia, & castitas maxima mulieris dos.

Celebrem filii responsionem complectitur. Cap. XI.

ABsoluta patris oratione, filius hunc in modum subiecit. Certè (mi domine & pater) recognosco equidem summam Dei erga me benignitatem, quod præter omnes huius ætatis homines tali patre, necnon matre dignacus est, quod quidem addit mihi calcar vt voluntati tuæ libentissimè semper ad quęscam, cui oppugnare, nõ modo iniquum, sed impium foret: postquam ingenita omnibus pietas erga parentes & obedientia istuc postulat: verũ in præsenti deliberatione non possum prætermittere, quin paucis animi mei sententiam

tentiam explicem, iussus, videlicet, ingenium naturamque ducem in proposito negotio sequi quemadmodum, rationi consentaneum est. Paucis ab hinc diebus, euolui historiam quandam Persicam, quæ ad me allata erat: vbi incidi, in quoddam caput, in quo Monarcha pater consilium dabat Petronio filio suo, ne quam vxorem duceret, nisi quę & generis splendore illum æquaret, eamque quantum maximum & quantum minimum venustam. Percunctatus est filius cur sibi quatuor eiusmodi consilia submministraret cum tria illorum à ratione videantur alienissima, nam quærere vxorem generosiorem non est valdè incommodum, verisimile enim est, illam nihil attentaturam, quod cum generositate sua pugnet. Videri præterea sibi absurdum, si obtingat benè dotata indotatam potius diligere. Absurdissimum autem, si offeratur puella vultu adeo venusto, vt nihil supra, deformem capere: cum nulla sit maius oblectamentum, quam fœminam pulchram sibi habere coniunctam. Adque pater replicauit. O fili, fili quantopere tuum ingenium excæcas, lumina obtenebras, mentem falsam habes, & adiungis animum ad res, quæ omnino à ratione & veritate longè abhorrent. Cum neque in voluptate, neque in diuitijs, neque in honoribus, neque denum in prosse fęlicitatem: sola sunt bona, quæ bonos homines efficiunt: bona corporis, valetudinẽ puta, pulchritudinẽ, & bona externa, diuitias honores, quæ omnia, eatenus esse bona, quatenus illis rectè scimus vti. Nam ad euitandum illa quatuor incommoda, de quibus verba feci, in syluas, nemora, eremos, & montes potius tibi aufugiendum esset, quàm vt coniugem sumeres, quę te in aliquo istorum supradictorum ex superet. Nam propter illas eminentias, vel etiam vnam illarum, mulier insolesci: linguam habet effrenaram, & viro suo insurgit: nam si fuerit nobilior efferet sese, si prædita est pulchritudine, affectibus & opinionibus erit obnoxia: si autem fortunis te vincat volet sibi tantum honorem à te & reuerentiam exhiberi, vt corentem tuam nactus sum, cum quibus magno studio pacificè viuere proposueram, sed continuę discordię mihi cum illis interceserunt. Prima appellabatur Alcibia, quę mea uerba flocci faciebat, quia patre Theodosio Rege nata erat omnibus meis actionibus aduersa erat. Testis est calumniarum quibus meũ nomen clam traducebat, & rumorum quos de me in vulgus spargebat. Defuncta itaque ea, memor prioris vxoris insolentiæ quoniam regio genere arta erat: secundò inui matrimonium cum Tribuna filia, Tribuni Hierosolymitani, quæ tam opimam dotem attulit, vt mauditum sit vnquam cum pa i dote adolescentulam aliquam in his regionibus alicuius ta

Historiæ narratio.

Bona sunt, quæ homines bonos constituunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lamo desponsam fuisse, cum qua sperans tranquille me victurum propter æqualitatem vtriusque perpetua Iurgia mihi cum illa fuerunt. Semper enim exprobabat mihi quod in spectaculis publicis, amoribus, & epulis pecunias profunderem, atque ea ratione mihi publicè pudorē injiciebat & privatim minabatur. Quapropter quantò mihi optatior erat quies atque tranquillitas, tantò magis affligi me odijs sentiebam. Supplicando itaque Dijs immortalibus, vt meæ contumelię vendicandæ causa in eam animaduerterēt factum est, vt ex ea filium procrearem, quo mortuo, ad me bona redierunt. Deindè, priores meas æruminas rememorans ex præcedentibus nuptijs, quod alteram nobiliorem, alteram ditiorem vxorem habui, in animum induxi tertiò, in matrimoniū accipere Lauicanam quandam Laurei consulis natam, quæ & generis splendore, & conditionibus, & opulentia me inferior erat, nisi quod esset forma præstantissima. Hanc ea de causa mihi sponsam delegi, vt quoniam paupercula, & ignobilis erat non tam imperiosam haberem atque præmortuas. Verum aliter multò euenire intellexi, nā si aliæ morosæ fuerant, hęc me omnino enecabat, elata enim sua forma, & vultu & me rugosum, canum, somnolentum, & edentulum, animaduertēs incredibilia dictu patri suo improperabat, quod se adeò formosam seni deformi nuptui dedisset, quod se non collocasset in matrimonium digniori alicui, & iuniori ad indulgendū oblectationibus quas fert adolescentia. Affirmo tibi pro certo, mi Patroni, quod simulans me altum stertere quodam mane his illam verbis in meam faciem debacchantem sensi. Imprecor diras meis parentibus, & infelices euentus in omnibus, quæ vnquam conabuntur postquam commiserunt, vt flore iuuentutis meæ & tempore monstruosis hic senex potiretur, qui me suis opibus capi existimat animumque ad suam blandiloquentiam adijciat, verum nescit, quam mihi surdo cauat fabulam, si enim conscius esset quàm illum parui faciam, ne parum diu communem vitam mecum ageret. Male sit puellis, quæ nubunt viro incognito, vndè in eas miserias incidant, quibus ego immersa sum. Vtinam nunquam finisset Deus me innubere in familiam huius capularis senis, qui Endymionis somnum dormit: nec expergiscitur aliquando, aut exsurgit, immo ne mihi quidem dormit, sed sibi soli, in malefaciendo expeditissimus, in benefaciendo nullus. Scilicet, persuasum erat patri optimè sese de me mereri, quod me illi desponderet. Maiori ductus est studio priuatæ vtilitatis, quàm misericordia meę infelicitatis. Nam si mei commodi rationem habuisset non me coniecisset in hos dolores. Credo quod me illi tradiderit, vt in posterum benè beateq; viuerem. Sed ego contra perij. Nam quisquis Endymionis somnū

G H I K

dormit

dormit & semper à labore feriatur, quid ab eo aliud expectari potest, quàm, vt me miseram sua socordia enecet, seque ipsum sua securitate feruet? Ille dormiendo & dormitando vitam transigit, interea ego curis conficior. Infortunatam me, quæ nō negaui in promissione futurarum nuptiarum cum temere aiebam vir enim viuus me interimet, nec est quod à mortuo vitam exspectē, etsi mihi persuasum habeam eodem exitio me perituram quo priores vxores, Faxit Deus, vt somnus hic illi sit perpetuus ne vnquā illum expergefactum oculis meis cernam. Vbi hæc maledicta in me euomeret excitatus sum ne peiora subiungeret. Illa verò, animaduertens me experrectum à me decessit animo exulcerato, magis quam pacato, in hæc verba iterum erumpens. Siccine tandem è lecto prodis, qui bonam temporis partem in aurem vtramuis veternosus dormis & meliorem aleis & cartis fallis? Deindè, cœpimus obiurgare inuicem verbis, tandemque in verbera res desijt, in ea excandescentia vitam finit, atque mors eius non minus mihi acerba fuit, quàm vita exstiterat. Cogitans itaque mecum, huius mulierculæ morositatem memorque intolerabilium morum dearum priorum consilium iniui sine muliere viuendi. Verum enimuerò, inuida fortuna necdum contenta immissis antea afflictionibus Cardonam genitricem tuam mihi coniunxit vxorem, quæ prædita erat forma stata, oriunda genere mediocri, fortunis tenuibus quàm lautis potius dotata, ne verò me existimes voluptate impulsum è desiderio vel amore priorum coniugum hanc in torum meum recepisse, Immo sobolis procreandæ causa & hæredis relinquendi illam accepi. Accedunt aliæ iustæ causæ, quæ me huc inclinabant. Præterea, certissimo confidebam caruturum me perturbationibus quas priores mihi pepererant, quia in omnibus suis actionibus præter cæteras quas sol conspicit modestè & honestè se gerebat & omnibus, quæ cæteras ferociores reddebant carebat. Sed est quod intelligas si prima insurgebat mihi propter generositatem, secunda propter opulentam, tertia propter venustatem, Cardona mater tua arrepta ansa probitatis suæ cœpit me exercere dicendo nec tu meo toro dignus eras, nec defunctæ consortes thalami tui mecum sunt cōferendæ etsi prima nobilitate, secunda opum abundantia, tertia verò pulchritudine me anteceserit: nam ego morū probitate & virtute illas ante eo. Prima te habuit in nullo honore, ego verò in summo, secunda exigebat rationis expensarum suarum facultatū, at ego susque deque fero tuas te dissipare. Tertia verbis indignis te excipiebat, mihi cura est omnia officiorum genera in te conferre. Sic mihi difficile fiebat comiter illam resalutare quæ tam immodestè me salutabat, videlicet, his me verbis obtundendo. Dignum patella operculum

L M N O

Universidad de Deusto
Biblioteca

istis moribus tuis eiusmodi vxores conueniebant quibus contumelijs ego exacerbatus aliquoties in illam animaduertebam, adeò, vt res tandem in tam graues inimicitias erumperet, vt mihi eius consuetudo intolerabilior videretur, quàm præcedentiũ. Adhæc postquam tui conceptionem ingraueſcebat in dies malum: nam partim propter ipsius vterum, partim propter nimiam existimationem bonitatis suæ, ne hiscere quidem audebam ne crabrones, quod aiunt irritarem: iamqúe conclamatum esset de me, nisi illa prior è viuis excesisset. Nulla enim dies, quod meminerim, præterijt, in qua me non perturbaret, neque vlla nox qua animum meum non raderet. Itaqúe semper frustratus sum adeò, vt viuus in terram defodi malim quã nouas inire nuptias, fortior enim est meo arbitratu, qui quatuor mulieres, quam qui quatuor millia virorum vincit. Hoc ubi pro certo affirmo Patroni difficilius esse viro bonæ fœminæ, quàm fœminæ mali viri mores perferre. Nullus enim vir tam malus est, qui non semel interdiu miteſcat & vxori ignoſcat, nulla mulier tam proba quæ remittat viri offensam. Nemo vnquam prudentius factitauit quidquam Vidalio Gario Hierosolymitano, qui molestatus à tribunis vt Palęstinam sibi matrimonio copularet maluit omnes suas facultates concremare, quàm animum ad eam adiicere. Cuius rei causam rogatus: Respondit quia sibi optatius esset cælibem viuere & pauperem, quàm diuitem & infęliciter nuptũ. Aliud fecit Lanteus ille infidelis græcus, qui ad euitandum vxoris morositatem excelsum cuiusdam montis verticem conscendit seqúe ipsum igni consumpsit. Sulphocatulus Asiaticus, qui à Parthis originem ducebat pertæsus inquietæ vitæ quam cum sua coniuge ducebat ascendit cum ea altissimam totius arcis suæ turrim vbi his verbis ipsam allocutus. Deosqúe Deasqúe deprecor ne vel tu alterius cuiusquam mariti vitam contristes, aut alia quæpiam vxor meam oblectet (quibus absolutis) illam de turri præcipitauit, nec verò ille resistit, sed vna se præcipitem dedit. Memini complura me ad hãc materiam exempla obseruasse, quæ tamen in præsenti de memoria exponere non est integrum, sufficit omnes cum prædictis conuenire. Quocirca iudico mihi adhuc abstinendum connubijs, quæ nunc mihi offeruntur: Idqúe multis de causis: Prima est lubricum ætatis, Secunda ignorantia, Tertia ne libertatem vendam, Quarta quia me ipsum noui, Quinta metus, Sextus ne me pessum eam, Septima ne serò pœnitendum sit, Octaua ne libertatem vendam. Quæ quidem causę non minus peculiares sunt iuuenibus, quam senibus exitiosæ, vt & hi sese mulieribus liberent & illi ijsdem abhorreant & refugiant. Si memoria recoluisset Monarcha primæ vxoris contumaciam abstinuisset à secunda. Si in animum reuocasset lites &

p

q

Infidelis nõ Christiani fuit.

r

s

iurgia secundæ, nunquam cogitasset de tertia. Similiter si remansisset illi mente fixa morositas tertiæ, non adiunxisset animũ ad quartam, atqúe sic est progressus in infinitum. Quater ille Hymenęos petijt, & plusquam centũes millies pęnjtuit. Non temere Vidalius Garius quidquid habebat bonorum igni, & Vulcano tradidit, non credibile est sine magna ratione Gentilium Lanteũ semetipsum in rogum proiecisse vt milieris iracundiam fugeret. Similiter Sulpho catulum animo valde perturbato fuisse necesse est cũ sibi quoqúe ipse mortem conscisceret ad interimendum vxorẽ. Itaqúe cum ille suas facultates concremauerit. Alii verò vitam pro nihilo habuerint: ita ne ego vxorem ducam, vt in eadem conditione sim qua illi fuerunt? pręcipuè ineunte ætate qua ęrumnas potissimum reformidamus. Certo certius est nullam actionẽ humanã æquè prudentiam desiderare viri quam nuptias, tunc enim homini est negotium cum muliere, quæ subtilitate ingenij omnia penetrat. Vęh misero homini ignoranti, qui callidæ mulieri fidem dat, & contra vęh pauperi cui nupta est fęmina diues, fędo qui pulchrã, & humili qui splẽdidam vxorẽ ducit: nam loco tranquillitatis, cauta indocto, opulenta inopi, pulchra turpi, & generosę humili perpetuas inimicitias habebit, quemadmodũ expertus est Monarcha in omnibus quas lecti socias habuit, & mihi persuasum habeo si crebrius cõnubia iterasset noua semper illi mala exoritura fuisse. Narras mihi à tribus puellis me sponsum expeti, quarũ singulæ peculiares dotes habeant quibus alias duplo superent, atqj ita primã venustate, secundã generis splendore, terriam opum vi ratione dupli præstare, & nihilominus vnamquamqúe seorsum formosam, nobilẽ, & probã esse omnesqj virtutibus ornatas. Miror equidẽ te verbis legatorũ fidem adhibere qui suę vtilitatis respectu, inuenustę venustę, vili generosę, pauperculęqj diuitis nomen dare solent, maximè, si fuerint legati longinqui, & alienigenę: nam fama, vt aiunt, vires adquirit eundo semper illi vitia supprimunt & occultãt: vndè post matrimoniũ vtrumqúe suę sortis pœnitet, Viri enim de suo infortunio conqueruntur, vxores verò in iudicandis suis. vtilitatibus cęcutiunt. Hinc discordię Monarchę, exitiũ Vidalij Garij, & Gentilici Lantei, & Sulphocatuli aliorumqj de quibus historię mentionẽ facıũt prodiere. Istuc equidẽ pro certo affirmo me ita alienatũ esse à proposito maritãdi euoluendi bonis libris: vt nolim mihi vxorẽ dari etiam si omnium quas sol videt formosissima, ditissima, aut clarissima mihi offerretur: ne cum formosissima corroderẽ & exederem, cum generosa curis ęstuarem, à diuite verò inuriosè & calumniosè exciperer maximè cum ætas mea non ferat, nec ignorantia permittat, neqúe cũ libertate conueniat, nec animus eo fertur, vt vxorem ducã, & ęrum

T

V

X

Y

Universidad de Deusto
Biblioteca

nosè viuam, aut me vinculis constringam ob splendorẽ. Recordor sententiam quandam Ventinoli Aegyptii, qui nuptus Danuciæ & impatiens muliebris imperii optabat licere sibi commutare decennale spatium vitę coniugatis cum vna hora vitæ liberæ & solutæ: nam eiusmodi vitã nemo vitiosa nuce emerit, cum libertas non bene pro toto auro vendatur. Legem quandam scriptam barbarorum alias adnotaui, quæ pro me militat, ea est, ne quis iuuenis minor triginta annis nuptias contraheret, aut mulier quinquagenaria maior se nuptui collocaret. Cuius quidẽ legis ratio hęc erat: quia masculus vsque ad decimum quintũ annum, est puer impubes, postquam excessit ex ephębis quoad fiat vicenarius sumit vires & incrementum agitque ętatem indomitam & impatientẽ: deinceps vsque ad annum trigesimum anteactorum malorum pænitentiã agit. Exactis autem triginta annis inter vitam pacificam quietamque & periculosam turbulentamq; discrimen animaduertit, capax est artis œconomicæ quomodo sibi dispensanda domus habenda mulier. Quas ob causas inconsultum mihi videtur hac ætate, quæ ad alia quæuis potius rapitur nuptias inire: nam est hęc ætas lasciua & intractabilis, ideoque si tam graue onus humeris meis imponatur, nec ego ferre possem & ita vxori fierem inuisus, vndè duorum alterutrum me tuendum esset, vt vel mea vel coniugis culpa, actiones meæ, nec non fama & existimatio in discrimen veniret. Supplico itaque tibi mi pater, & matri meę, vt meo me modo adhuc paulisper viuere sinatis, nec in præsentiarum tantam mihi molestiam contrahatis. Est enim coniugium potius cõmentatio quędam mortis, quàm vitę portus. Hoc exemplum mihi visum fuit adducere quia historiis & enthymematibus elegantissimis exornatum est, vt vnusquisque hinc intelligat viam, rationem & artem scribendi, quod in calce operis pluribus manifestabitur. Nolim autem hęc argumẽta ab adolescente in mediũ allata pro necessarijs & peremptorijs haberi, vt videantur matrimonij sacramentũ eleuare: Sunt enim æstimanda quasi cõtortè & ingeniosè dicta ad parentum importunitatem eludendam à iuuene ignaro vtilitatis: quę ex matrimonio secundum diuinam & sanctæ matris Ecclesiæ ordinationẽ inter veros Christianos contractum, animæ conciliatur. D. enim Paulus 1. Cor 7. præfert coniugio virginitatem, suoque exemplo hortatur alios ad amplectendũ celibatum. Et quam bonum esset homini, mulierem non tangere: si qui tamen sint, qui sesẽ continere nequeant, illis matrimonium non tantum licitum, sed commodum etiam esse atque consultum docet &c. Hactenus de quinta operis parte.

Nota ualde.

Sit laus Deo, Amen.

RHE-

RHETORICAE CHRISTIANAE

SEXTA PARS,

Exornationes Rhetorices quanta fieri potuit breuitate continens.

De coloribus vel schematibus & tropis. Cap. I.



VM proximis præcedentibus duabus partibus de generibus causarum, de officio oratoris, deque partibus inuentionis substantialibus pertractatũ sit: reliquũ est, vt de coloribus (ita enim apud Rhetores dicuntur ornamenta orationis, quæ à Græcis schemata vocantur & tropi) agamus, quibus oratio ipsa quodammodo pingitur, vt ait Cicero, & exornatur. Orthodoxi quoque patres præter varium scripturarum sensum, quem notauimus, sacram scripturam Tropis & figuris ornarunt, tum propter ornatum sermonis, cùm mysticum intellectum. Ornamus aliquem sermonem, sicut corpus annulo vel catenis, & id genus elenodijs, Sicut & Christus & Sancti vsi sunt similibus. Sic Ioan. Baptista Luc. 3. nominat Iudæos genimina viperarum, & Paulus pseudoprophetas canes Colost. 3. & Christus discipulos sal terræ Matth. 5. & se vitem Ioan. 15. Quæ omnia licet propter simplices notantur, qui mysteria nõ capiunt Tropi tamen sunt & schemata. Operæpretium autem est ante omnia earum affinitatem, & similitudinem, atque è diuerso discrimen & distinctionem explicare. In qua re tanta est obscuritas, vt multi ob affinitatem earum multam diuersas crebrò confuderint, & vnam in plures dispertierint. Sortiuntur autem varias appellationes, adeo, vt vna, eademque figura multifariam sæpe efferatur: prout visum fuit pristantiam significare. Sed laboris esset infiniti, fructus autem exigui, omnes earum significationes & nomina curiosè percensere. Quocirca, visum est, celebriores & selectiores tradere, nomenclaturis tam Græcis quam Latinis huc additis, exordio ab earum definitio-

ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne sumpto. Figura est quasi cultus & ornamentum orationis. Hinc schemata lexeos & stemata dioneas, hoc est figuræ verborũ & sententiarum. Estqúe conformatio quædam orationis remota à communi & primum se offerente ratione. Tropus est verbi vel sermonis à propria significatione ad aliam cum virtute mutatio, vel (vti grammatici plerique finiunt) dictio ab eo loco in quo propria est translata in eum in quo propria non est. Pleriqúe figuras tropos esse existimauerunt: quorũ sententiam nihil moror. Tropus enim trãsfert verbum, aut aliam orationis partem à suo loco in alienum: Horum autem nihil in figuras cadit: nam & proprijs verbis & ordine collocatis figura fieri potest, vt suo loco, vbi seorsum de tropis sermo instituetur videre erit. Figurarum autem vtilitas, cùm magna, tum multiplex in nullo non orationis opere vel clarissimè elucet. Nam etsi minime videtur pertinere ad probationem, qua figura quidqúe dicatur, facit tamen credibilia quæ dicimus, & in animos iudicum qua non obseruatur irrepit. Nam vt in armorum certamine aduersos ictus, & rectas ac simplices manus cùm videre, tũ etiam cauere ac propulsare facile est: aduersæ tectęqúe minus sunt obseruabiles: & aliud ostendisse quã putas, artis est: Sic oratio quę actu caret, pondere, mole, & impulsu præliatur: simulanti, variantiqúe conatus, in latera atqúe integra incurrere datur, & arma aduocare, & velut nutu fallere. Iam verò affectus nihil magis ducit. Nam si frons, oculi, manus, multum ad motum animorum valent, quantoplus orationis ipsius vultus ad id, quod intendimus efficere composítus? Plurimum tamen ad commendationem facit, siue in conciliandis agentis moribus, siue ad promerendum actioni fauorem, siue ad leuandum varietate fastidium, siue ad quædam vel decentius indicanda vel tutius Figurarum variatio? Quæ triplex est.

H

I

K

L

{Dictionis. / Sententiæ.} Et Orationis.

Figuræ dictionis, quibus hoc nomen propriè attribui possit enumerantur xij. quas definitionibus, seu descriptionibus atqúe subiectis declarare exemplis propositum est. Sunt autem hę.

Repetitio.	Traductio.	Hypallage.
Conuersio.	Articulus.	Agnominatio.
Complexio.	Similiter cadens.	Defectio.
Conduplicatio.	Similiter desinens.	Reticentia.

Petr. Raue. in ser. cle. 5. ser.

1. Repetitio quæ & Anaphora à Græcis dicitur est, cum in principio orationis idem repetimus verbum, velut Cicero describit, est eiusdem verbi crebra à primo repetitio; veluti nil durum, nil amarum, nil graue computat verus amor. Quod ferrum? Quæ vulnera?

ra? Quę pœna? Quæ mortes: amorem perualent separare perfectum? Amor impenetrabilis, est lorica: Respuit iacula: gladium excutit: periculis insultat: mortem irridet. Si igitur amor est, vincit omnia. Item, quod erat in Veteri testamento figura, est nunc in Ecclesia veritas. Quod illis erat solũ litera, nobis est spiritus, quod ipsi velut in somnis videbant, nos liquido videmus & experimur.

M Quod autem ipsi spectabant, nos habemus: Itaqúe in Veteris testamenti mysterijs non solum ad literam attendendum est, sed quod spiritus exposcit altè considerandum. Nam vt D. Paulus ait, litera occidit, spiritus autem viuificat. Item Prosper loquens de diuitijs, sic ait, Diuitijs flores, & maiorum nobilitate te iactas, & exultas de patria, & pulchritudine corporis, & honoribus, qui tibi ab hominibus deferuntur: respice te ipsum quia mortalis es, & quia terra es, & in terram ibis. Circumspice eos, qui ante te similibus splendoribus fulsere. Vbi sunt quos ambiebant ciuium potentatus? vbi in-

N superabiles imperatores? vbi qui conuentus disponebant, & festa? vbi equorum splendidi nutritores? exercituum duces? Satrapę? Tyranni? non omnia puluis? non omnia fauillę? non in paucis ossibus eorum vitæ memoria est? respice sepulcra, & vide quis seruus, quis dominus, quis pauper, quis diues. Discerne si potes vinctum à rege, fortem à debili pulcrum à deformi. Memor itaqúe naturæ, non extollaris aliquando: Memor autem eris, si te ipsum respexeris. Eiusdem figurę, hoc etiam est, exemplum: qua ratione redimi possunt peccata? Eleemosyna: qua ratione fœneramur Deo?

O Eleemosyna: quod est aurum igni tum, quo, locupletes fieri possumus? Eleemosyna: quare: Eleemosynis proprię nostræ saluti consulamus, & dominum inuitemus, vt misereatur nostri. Item, Christiani, membra Christi auersamur & fugimus; Christiani, aciem Christi deserimus; Christiani iterum, quantum in nobis est, Christum peccatis nostris crucifigimus. Vide Cic. ad Herenn. similiterqúe in Catil. Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo audiam, sed etiam videam planeqúe persentiam.

2. Conuersio quæ & à Græcis Anastrophe est, cum in idem verP bum conijcitur sępius oratio, vt, Christus vicit mundum, illuminauit mundum, redemit mundum, & viam cœli aperuit his, qui erant in mundo. Vel Deus fecit hominem, redemit hominem, Deo reconciliauit hominem, & propter ipsum factus est homo. Tale est etiam illud Apostoli Hebræi sunt? & ego. Israelitæ sunt? & ego. Semen Abrahæ sunt? & ego. Ministri Christi sunt? (vt minus sapiens dico) plus ego. Sic apud Cic. in Ant. Doletis tres exercitus P. R. interfectos? interfecit Antonius. Desideratis clarissimos ciues? eos quoqúe eripuit vobis Antonius. Auctoritas huius ordi-

Ad Heren. lib. 4.

nis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis afflicta est? afflixit Antonius.

3. Complexio quæ & Epanalepsis græce vocatur, est quæ vtram que complectitur exornationem, repetitionem & conuersionem: vt & repetatur idem primum verbum sæpius, & crebro ad idē postremum reuertamur, hoc modo. Qui sunt veri amici Dei? humiles. Qui sunt quibus se Deus communicat? humiles. Qui sunt qui ipso summo bono fruuntur? humiles. Qui sunt velut habitaculum in quo Deus quiescit? humiles. Item, Quid eras ante creationem? nihil. Quid eras ante redemptionem? nihil. Quid esses si Deus abstraxisset à te suam gratiam? nihil. Sic apud auct. ad Herenn. Qui sunt qui fœdera sæpe ruperunt? Kartaginēses. Qui sunt qui Italiam deformauerunt? Kartaginenses. Qui sunt qui sibi postulant ignosci? Kartaginenses. Videte ergo quam conueniat eos veniam impetrare. Q

4. Conduplicatio est, verborum geminatio, quæ habet interdū vim, leporem alias, quę à græcis Epizeusis dicitur. Geminantur autem verba modis pluribus: aut enim adiungitur idem iteratū Cic. in Catil. viuis & viuis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam: aut idem ad extremum refertur Cic. in Verr. Multi & graues dolores inuenti parentibus, & propinquis multi: aut continenter vnum verbum non in eadem sentētia ponitur. Cic. pro Lig. Principium dignitas erat pœna par, non par fortasse eorum, qui sequebantur: aut post aliquam interectionem repetuntur Cic. Bona, miserum me, consumptis enim lachrymis tamen infixus animi dolor) bona inquam, Cn. Pompeij acerbissimę voci subiecta preconis. Possunt quoque media respondere vel primis Virg. R

Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda.

Vel vltimis Cic. in Verr. Hæc nauis onusta præda Siciliensi cū ipsa quoque esset ex preda. Interim sententia tota repetitur. Cic. in eodem lib. Quid Cleomenes facere potuit? non enim possum quenquam insimulare falso. Quid inquam Cleomenes magnopere facere potuit? Ille verò apud Cic. locus est pulcherrimus in quo & primo verbo longo interuallo redditum est vltimū, & media primis, & medijs vltima congruunt. Vestrum iam hic factum reprehenditur P. C. non meum: ac pulcherrimum quidem factum, verum, vt dixi, non meum sed vestrum. S T

5. Traductio est, quæ facit, vt cū vnum verbum crebrius ponatur non modo nō offendat animum, sed etiā conciniorem orationē reddat, hoc modo. Prosper volens probare nullum naturæ vitium ab auctore esse ait. Dubium non est, contra naturam esse omne vitium etiam eius rei, cuius est vitium. Quapropter quoniam in quacunque re non vituperatur nisi vitium, ideo vitium est, quia contra

naturam

naturam est. Nullius rei rectè vituperatur vitium, nisi cuius natura laudatur. Non enim in vitio displicet nisi, quod corrumpit, quod in natura placet. Item, qui nihil habet in vita iucundius vita, is cū virtute vitam non potest colere. Item, Eum tu hominem appellas, qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter vitam hominis petiisset. At erat inimicus: ergo inimicum sic vlcisci voluit, vt ipse sibi V reperiretur inimicus? Item, Diuitias sine diuitum esse: tu verò virtutem præfer diuitijs. Nam si voles diuitias cum virtute comparare, uix satis idoneæ tibi videbuntur diuitiæ, quæ virtutis pedis æquè sint. Ex eodem genere exornationis est cum idem verbum, seu nomen, modo ponitur in hac modo in altera re: de verbo hoc pacto: Cur eam rem tam studiosè curas, quæ multas tibi dabit curas? Item amari iucundum est si curetur, ne quid misit amari. Item ueniam ad vos si mihi senatus det veniam. Repetitur nomen primium quidem in diuersis casibus, quale est illud imprecor arma armis: pugnent ipsique nepotes. Littora littoribus contraria, fluctibus vndas. Eleganter etiā Ioan. Picus Mirandul. cū Deo loquens sic ait. X

Nanque tua est nostris maior clementia culpis
Et dare non dignis res magè digna Deo est,
Quanquam sat digni, si quos dignatur amare
Qui quos non dignos inuenit, ipse facit.

Hoc autem Polyptoton Græci vocant. Huc etiam pertinet epanalepsis: hoc est à postremo ad primum uerbum regressio. Quale est illud. Y

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Item Proper. *Multum in amore fides: multum constantia prodest,*
Qui dare multa potest multa & amare potest. Lib. 2. Eleg. 27.

Finitima huic quoque est Anadiplosis, quæ idem verbum in fine præcedētis, & initio sequētis orationis repetit. Quale est illud:

Vrbs Etrusca solo sequitur pulcherrimus astur,
Astur equo fidens, & versicoloribus armis.

Sic etiam Cic. contra Catil. ò tempora, ò mores, Senatus hoc intelligit, consul videt, hic tamen viuit: Viuit, immo verò etiam in senatum venit &c. Et oratio etiam hoc modo iteratur, quale est illud Z Sedulij de prima fęmina loquens Heu noxia coniux.

Noxia tu coniux magis an draco perfidus ille?
Perfidus ille draco, sed tu quoque noxia coniux.

Simile etiam illud Ioannis Picci Miranduli.

Sed præmit heu miseros tantæ indulgentia sortis
Quos facit natos gratia, culpa reos.
Culpa reos facit, sed vincat gratia culpam
Et tuus in nostro crimine crescat honor.

Articulus.

6. Articulus dicitur, cum singula verba interuallis distinguuntur cæsa oratione. Vt est illud Hieron. in Epist. ad Demetriadem. fęlix conscientia illa in cuius corde præter amorem Christi, quæ est sapientia, castitas, pacientia, atque Iustitia: nullus alius versatur amor, nec ad recordationem hominis aliquando suspirat, nec videre desiderat: quod cum viderit nolit dimittere. Item toto corde, tota anima, tota virtute omnibus viribus diligere est: omne quod blanditur de carne propria, vel aliena Sacrosanctæ carnis Christi amore postponere. Et illud Plauti. Vbi amor aduenit in cor hominis: & is vsqúe in pectus permanauit, & cor permadescit, simul res, fides, fama, virtus, decusqúe deserunt; homo fit modo nequior. Item hoc modo: Acrimonia, voce, vultu, aduersarios perterruisti. Item inimicos inuidia, iniurijs, potentia, perfidia, sustulisti. Contrariũ est huic schema, quod coniunctionibus abundat vt; Crebra munuscula, & sudariola, & fasciola, & vestes ori applicatas, & oblata, ac degustatos cibos: blandas dulcesqúe literas sanctus amor non habet. A B

Item Tectumque laremque.
Armaque, Amycleumque canem, creßamque pharetram.

Item & inimico proderas, & amicum lędebas, & tibi ipsi non consulebas. Item nec Reip. consuluisti, nec amicis profuisti, nec inimicis restitisti.

Similiter cadens.

7. Similiter cadens exornatio est, cum eadem constructione verborum, duo aut plura sunt verba, quæ similiter ijsdem casibus efferuntur, hoc modo; Hominem laudas egentem virtutis, abundantę fęlicitatis. Item cuius omnis in pecunia spes est, cuius à sapientia animus est remotus. Diligentia comparat diuitias, negligentia corrumpit animum: & tamen cum ita viuit neminem præ se ducit hominem. C

Similiter desinens.

8. Similiter desinens est, similis duarum sententiarum, aut pluriũ finis, hoc est, cum orationis membra, vel articuli simili exitu terminantur. Vnde Cassiodorus super Psal. 41. Qui Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute diligit locum vitijs non relinquit. Non enim intrat Diabolus cum Deo totus occupatus est animus. Diabolus enim vacantem desiderat: vt nudatam perquirat. Sed vbi Deum reperit sub magna confusione recedit. Visibili cum aliquo liquore plena sunt; superuenientium augmenta nõ capiunt: Ita nos diuina charitas si totos repleat: non erit quo crimen introeat. Item, Ad Deum qui vbiqúe præsens est, vbiqúe totus est: non pedibus licet ire, sed moribus peruenire: mores autem nostri non ex eo, quod quisqúe nouit, sed ex eo, quod diligit dijudicari solent: nec faciunt bonos vel malos mores: nisi boni vel mali sint amores. Præterea, Qui vult veram dilectionem prægustare, D

Christum discat suauiter amare. Item thesaurus indeficiens est amor diuinus; quem qui habet diues est; quo quicunqúe caret pauper est. Cicero etiam vt eius semper voluntatibus non modo ciues assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint, sed etiã venti tempestatesqúe obsecundarint. Non modo ad salutem eius extinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam. Pulchrũ huius figuræ exemplum est apud D. Bernardum; Mundus clamat inficiam, Dęmon clamat decipiam, Christus clamat reficiam. Item Aug. lib de Doct. Christ. latet vltimus dies, vt obseruemur omnes dies. Timor de futura morte mentem necessario concutit: & quasi clauus carnis omnes motus superbię ligno crucis affigit. Non potest male mori, qui bene vixerit: & vix bene moritur, qui male vixit. Item Hiero. super Ioan. Non est nostrum mortem arripere: sed illatam ab alijs libenter accipere. Vndè, & in persecutionibus non licet propria manu perire. Differt hæc figura à superiori: est enim similiter cadẽs tantum casus similis, etiam si dissimilia sint quæ declinentur. At similiter desinens in eosdem exitus cadit, vt superiora exempla declarant. Atqúe eo fit, vt, similiter cadens verbis & nominibus tantum confici possit, cum similiter desinẽs illis etiam, quæ declinari non possunt conficiatur: vt eiusdem nõ est & facere fortiter, & viuere turpiter. Deniqúe similiter cadens, quouis, vt dictum est loco. Similiter desinens, non nisi in membris & articulis extremis. E F

Quomodo differant similiter cadens, & similiter desinẽs.

9. Hypallage est cum verba per aduersum intelliguntur, cum quod patimur agere dicimur, aut contra. Cic. Alio modo si propriã arcem dixisset, & horridam Africam horribili tremere tumultu cũ dicit: pro Afris immutat Africam. Hanc hypallagen Rhetores, quia quasi summittantur verba pro verbis. Metonymiam Grammatici vocant, quod nomina transferantur. G

Hypallage.

10. Agnominatio quæ & Paronomasia dicitur est, cum paululum immutata verba atqúe deflexa in oratione ponuntur. Basil. ille magnus in eo explicando: destruam horrea mea, paronomasia vsus est: habes (inquit) horrea, ventres pauperum. Chry. in Epist. ad Timoth. fac (inquit) tibi debitorem Deum, & quid vis pete: primùm fęnerare, deinde repete, vt cum vsuris recipias, tende manus tuas non solùm in cęlum, sed etiam in pauperum manus, si eò manus porrexeris, verticem cęli tanges: nam qui ibi sedet, eleemosynam accipit, si manus infructuosas sustuleris, nihil fructus capies. Item, B. Amb. de virginibus, de B. virgine Maria loquens, ita scripsit: neque enim comites fęminas desiderabat, quę bonas cogitationes habebat. Hac Paronomasia aptissimè vtetur Christianus orator ad consolandos pauperes: Quid creditis? multi pauperes H

Agnominatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Agnominatio quos modis fiat.

sunt diuites, diuites gratia, diuites humilitate, diuites pacientia: multi autem diuites sunt magis pauperes, quàm ii, qui sunt pauperes humilitate, misericordia, Christianis virtutibus. Sed ea multis & varijs rebus cõficitur. Primo, Adiectione hoc modo, vt docet Cypri. de habitu virg. Capilli tibi non sunt, quos Deus fecit, sed quos Diabolus infecit. Item Cic pro Cluentio. Si in hac calamitosa fama, quasi in aliqua pernicioſisima flamma, & Enni morte immortalitatem. Secundò detractione, sic contra eum qui se legationi immori:urum dixerat pater Quinctilianu. Non exigo vt immoriaris legationi immorare. Tertiò commutatione, hoc modo, Cic. in Cat. Hanc Reip. pestem paulisper reprimi non in perpetuum comprimi posse. Quartò translatione. Videte iudices vtrum homini nano an vano credere malitis Hæc figura leuis alioqui sententiarum pondere implenda est: Meritò igitur illa exempla vitandi potius, quam imitandi gratia ponit. Quinctil. Auium dulcedo ducit ad auium, & non Pisonum, sed pistorum. Pessimum verò ne patres conscripti circumscripti videantur.

Defectio.

11. Defectio est, figura qua in oratione aliquid reticemus, quod ad perfectionem eius sit necessarium: Græcè, Eclypsis dicitur, vt Ter. in And. verbum vnum caue de nuptijs, deest, dicas.

Reticentia.

12. Reticentia, quam Cic. præcisionem, alij Aposiopesin vocãt, & vt Quinct. existimauit, nonnulli interruptionem appellant cuius officium est ostendere affectus vel irę, vt Virg.

Quas ego sed motos præstat componere fluctus.

Vel solicitudinis & quasi religionis: An ille huius legis, cùm Clodius à se inuentam gloriatur, mentionem facere ausus esset viuo Milone, ne dicam consule? de nostro enim omnium non audeo totum dicere.

De figuris sententiarum. Cap. 11.

FIguræ sententiarum propriè sunt octo prout apud auctores obseruare potui quarum definitiones, subiectis exemplis, quanta fieri potest breuitate declarabimus. Est autem sententiarum exornatio, quæ non in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem. Atque ea de causa sententiarum ornamenta maiora sunt, eisque oratio non minus illuminatur, quam aurum encausto vti è diuerso ijs absentibus eneruis & elumbis humi repit. Quocirca diligenter memoria tenenda sunt earum nomina & numerus eo ordine quo sequuntur.

Interrogatio.		Communicatio.
Subiectio.		Permissio.
Exclamatio.		Licentia.
Apostrophe.		Auersio.
Dubitatio.		

Interrogatio modo simplex est, modo figurata omnesque recipit affectus, & apertè dissimilem à cõmuni pronunciandi requirit modum. Simplex, Vt sic rogare. Quis mortem temporalem metuat: cui æterna vita promittitur? Quis labores carnis timeat: cum se in perpetua requie nouerit collocandum? Item, Quid est mors? relictio corporis: depositio sarcinæ grauis: sed si alia sarcina non portetur, qua homo præcipitetur in gehennam. Tum sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris? Interrogatio figurata est quoties non sciscitandi gratia assumitur, sed instandi: vt Quousque demen tes erimus? non satis vobis videtur ad supplicium vobis comparandum, quòd nullum opus editis: nisi damnum præterea illud vobis contrahatis, quod de alijs detrahendo fit? Item illud etiam. quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? & patere tua cõsilia non sentis? Quanto enim magis ardet, quàm si diceretur. Diu abuteris patientia nostra, & patent tua consilia. Varijs de causis interrogatione, quæ sententiarum figura est utimur. Interrogamus enim, vel quod negari non possit: cuiusmodi exempla innumerabilia sunt apud sanctos patres: Ex quibus hoc vno erimus contenti, quod S. Amb. lib. de virginibus. de B. virgine, verba faciens, imitandam proponitur: quãdo (inquit) Ista vel vultu lęsit parentes? quãdo dissensit à propinquis? quando fastidiuit humilem? quando derisit debilem? quando vitauit inopem? eos solos cętus virorum inuisere, quos misericordia nõ erubescceret, neque preteriret verecundia nihil toruum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu in verecundum: non gestus fractum non incessus solutior, non vox petulantior, vt ipsa corporis species, simulachrum fuerit mentis, figura probitatis. Item ex humanis: Dixit ne tandem causam C. Fidiculanius Falcula? Aut vbi respondendi difficilis est ratio, vt vulgo vti solemus, Quomodo. Quid fieri potest? Aut inuidię gratia, vt, Medea apud Senecam. Quas peti terras iubes? Aut miserationis, vt Sinon apud Virg. Heu quæ me tellus, quæ me æquora possunt accipere? Aut instandi & auferendæ dissimulationis, vt Asinius, Audisne? furiosum, inquam, non inofficiosum testamentum reprehendimus. Totum hoc plenum est varietatis, nam & indignationi cõuenit, Et quisquam numen Iunonis adoret? & admirationi. Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames? Est interim acrius imperandi genus, Non arma expedient totaque ex vrbe sequentur?

Interrogatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ipsi nosmet interrogamus: quale est illud Terentianum, Quid igitur faciam? Hęc figura in quocunque dicendi genere, commodè adhiberi potest: sed in primis conuenit ad perspicuitatem orationis, & ad docendum. Et tunc sic ea vti licebit; cogitatis fratres, interdum vos esse homines ad imaginem, & similitudinem Dei factos? cogitatis, sanguine Domini nostri IESV CHRISTI vos esse redemptos? Cogitatis quid pro vobis in sanctissimo baptismatis sacramento, sponsores vestri polliciti sint? certè rerum omnium, quas commemoraui, vos oblitos esse, quispiam posset existimare, cum sic viuatis, vt nec dignitatem hominis, nec beneficia, quæ à Deo accepistis, recordari videmini. R

Subiectio. Subiecto est, cum interrogamus aduersarios, aut quęrimus ipsi ab illis, aut quid contra nos dici possit: deinde subijcimus id quod dici oportet, aut quod non oportet, aut nobis adiumento futurum sit, aut illis obfuturum è contrario, hoc modo: Quęro igitur vnde iste tam pecuniosus sit factus. Amplum patrimonium reliquũ est? At patris bona venierunt. Hęreditas aliqua obuenit? non potest dici, sed etiam à necessarijs omnibus exhæredatus est, Pręmium aliquod ex lite, aut iudicio cœpit? non modo id non fecit, sed etiam insuper ipse grandi sponsione victus est. Ergo si his rationibus locupletatus non est: aut isti domi nascitur aurum, aut, vnde licitum nõ est pecunias accepit. Item sed vt ad vos orationem conuertam Iudæi, quid vos tam diu istis erroribus irretitos retinet, an prophetę? sed pro nobis militant. An Moyses? verum ille omnia sua scripta & dicta in Christum contulit. An verò vmbrę & figuræ legis? sed eæ in Christo representantur. Subiectio hæc est apud S. Hierony. in epistola ad Heliodorum, Paupertatem times? Sed beatos Christus pauperes appellat. Labore terreris? at nemo athleta sine sudore coronatur. De cibo cogitas? Sed fides famem non timet. Super nudam metuis humum exesa ieiunijs membra collidere? Sed Dominus tecum iacet. Squallidi capitis horret inculta Cęsariés? Sed caput tuum Christus est, Infinita æterni vastitas te terret? Sed tu paradisum mente deambula. S

Exclamatio. Exclamatio est, quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius per hominis, aut rei cuiuspiam compellationem, hoc modo: Te nunc alloquor Africane, cuius mortui quoque nomen decori est ciuitati Cic. in Anton. O miserum me consumptis enim lachrymis, infixus tamen pectori hæret dolor. Idem cõtra Rullum, O perturbatam rationem, ò libidinem refrenandam, ò consilia dissoluta atque perdita. Et in Catil. O tempora, ò mores, Senatus hoc intelligit, consul videt, hic tamen viuit. Solet vt plurimum exclamatio postponi prolixę alicuius rei probationi ad impellendũ magis T V

gis audientium animos. Quemadmodum Apostolus enumeratis latè corporis huius vitijs subiungit. Infęlix ego quis me liberabit mole corporis huius, & in meditationem rerum cęlestium, & diuinarũ raptus exclamat. O altitudo diuitiarum sapientiæ & sciẽtiæ Dei. Exclamatione vsus est Nazianz. in Apologetico, cum dixit: Ad peccatum huiusqúe medicos, & depulsores, frontem apertè perfricamus, nudo capite (vt est in prouerbio) in flagitium omne prorumpentes (ò insignem stuporem, aut si quo alio nomine aptior huiusmodi affectus appellari potest) quosqúe vt pręclarè de nobis meritos, amore prosequi decebat, eos, vt hostes vlciscimur. Idem in laudibus Heronis. Tandem à vesano & impio magistratu correptus (ò nobilem calamitatem, ò sacra tua vulnera) virgis quidem, egregio tuo corpore laceratis, sed ita tamen, vt non tuo supplicio, sed alterius cuiusdam supplicijs interesse videreris. Exclamabit interdũ. Ecclesiasticus orator, ò tempora, ò mores, ò prauas consuetudines, ò peruersa hominum ingenia, ò miserum sæculum, ò calamitosam Remp. Christianam. Adhibebit tamen modum in exclamationibus, illasqúe post reprehensiones vitiorum pręsertim publicorum collocabit. Sed suo loco adhibeantur, nam importunæ exclamationes auctoritatem adimunt dicenti. X Y

Quotiescunqúe acclamatur narrationi vel confirmationi alicuius rei Epiphonematis nomen sibi vendicat: vt, si quis dinumeratis Christi passionibus addat, hoc: Tot tantisqúe cruciatibus peccata sunt expianda: aut sic. O fęlix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem. Et apud Virg. Z Greg.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Apostrophe figura est, cum sermonem à Iudice, vel auditore ad absentem aliquem conuertimus. Mirè nanqúe cum variat orationem, tum excitat. Hac & aduersariorum cogitationis velut secum loquentium protrahimus: quę tamen ita demum à fide non abhorrent, si ea locutos finxerimus, quæ cogitasse eos, non sit absurdum, & nostros cum alijs sermones, & aliorum inter se credibiliter introducimus: & suadendo, obiurgando, quærendo, laudando, miserando, personas Idoneas damus. Quin deducere Deum, & Sanctos in hoc genere dicendi, & inferos excitare, concessum est. Vrbes etiã populiqúe vocem accipit. Vnde cunctis affectibus seruit. Aliqui tamen ne in prooemio ea vtamur, non quia non licet, sed quia non putent vtile vetant. Ita si vincet vtilitas, propter eandem causam facere debebimus, propter quam vtamur. Et Demosthenes autem ad Aeschinem orationem in prooemio conuertit, & Marcus Tullius cum pro alijs quibusdam, ad quos & visum est, tum pro Ligario ad Tuberonem. Hac etiam vsus est Dauid: cũ ait Montes Gel- A Apostrophe

Universidad de Deusto
Biblioteca

boè, nec ros, nec pluuia veniant super vos, neque sint Agri primitiarum, quia ibi abiectus est clypeus fortium. Item Ber. Ecce coram tremendo Iudice peccatores assistimus: cuius manus terribilis: gladium iræ suæ vibrat, super nos. Et quis auertet eam. Nemo dominatam idoneus: vt gladio domini obijciat manum: vt tu Dei amantissima: per quam primum in terris susceptimus misericordiã de manu domini. Sic & illa, Apud Petrum Damianum. Hinc fratres: hinc ergo perpendite: quibus laudibus digna sit. Beata & gloriosa virgo Maria: quæ illum castissimis suis visceribus nobis genuit: quę nos de tam profundo gutture auidissimi draconis eripuit. Ad eius nanque digna efferendam prędonia non rhetoricorum diserta facundia: non dialecticorum subtilia argumenta: non acutissima philosophorum apta reperiuntur ingenia. Et quid mirum? si hęc ineffabilis virgo in suis laudibus modum humanæ vocis exuperat: quum ipsum humani generis naturam excellentium meritorum dignitate transcendat.

Super. Euãg. liber gene.

Epithonema.

Epiphonemate quoque prædicatoribus interdum vtendum est post rerum expositionem: vt Grego. ille Nazian. in laudibu Athanasij post exemplum Iob, & calamitates copiosius explicatas, & iudicium Dei hoc epiphonemate concludit. Hæc vulnerum medicina, hęc certaminis corona, hoc patientię premium.

Dubitatio.

Dubitatio est, cum simulamus quærere nos vnde incipiendum, vbi desinendum: quid potissimum dicendum, an omnino dicendum sit: quod schema incredibilem veritatis fidem affert. Pro Cluent. equidem quod ad me attinet, quo me vertam nescio: negem fuisse infamiam iudicij corrupti? negem illam rem agitatam in concionibus iactatam in iudicijs? commemoratam in senatu? euellam ex animis hominum tantam opinionem? tam penitus insitam? tam vetustam? & quid agam iudices? quo accusationis meę rationem conferam? quo me vertam? Dubitationem adhibuit Basil in temulentos. Quomodo in his rebus me geram? si & oratio inutilis est, & silentium difficultates multas & incommoda habet? diligentiam & curam omittemus? at periculum habet negligẽtia: an in ebrios aliquid loquar? at mortuis auribus insonamus. Item D. Greg de Magdal. Quid igitur miramur fratres? Mariam venientem, an dominum suscipientem? suscipientem dicam, an trahentẽ? Dicam melius trahentem, & suscipientem. Ita oratorio quodam modo adhiberi potest hęc figura, & valet ad docendum, atque ad delectandum.

Communicatio.

Communicatio est, cum aut ipsos aduersarios consulimus, vt Domitius Afer pro Cloantilla. At illa nescit trepida quid liceat fœminæ, quid coniugem deceat: forte vos in illa solicitudine obuios

casus

casus miseræ mulieri obtulit tu frater, vos paterni amici quod consilium datis? aut cũ iudicibus quasi deliberamus quod est frequentissimum & Quid suadetis? & vos interrogo quid tandẽ fieri oportuit? vt cato cedo vos, si in eo loco essetis quid aliud fecissetis? & alibi cõmunem rem agi putato te ac vos huius rei præpositos esse. Communicationis exemplum est in Act. Apost. vbi legimus, Sit ne magis hominibus obtemperandum quàm Deo ipsi iudicate. Grego. Nazianz. in orat. de moderatione seruanda in disputando. Vultis igitur, inquit, ipsi contentionis huiusce causam proferre, an mihi potius, medici muneri fungenti eam exponendam & emendandam relinquitis?

Permissio est, cum alicui rei vehementer confidimus & ostendimus nos eam tradere atque concedere alicuius voluntati: hoc modo: Quoniam omnibus rebus ereptis solum mihi supereſt animus, & corpus, hæc ipsa, quæ mihi de multis sola relicta est, vobis & vestræ condono potestati. Vos me, quo pacto vobis videbitur, me abutamini licebit impune: in me, quidquid libet statuite, edicite atq; obtemperabo. Hoc genus, tametsi alias quoque nonnunquam tractandum est, tamen ad misericordiam commouendam vehementissimè est accommodatum.

Licentia est, cum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen aliquid pro iure nostro dicimus quod eos minimè offendat, aut quos ij diligunt, cum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur: hoc modo. Miramini Quirites, quod ab omnibus vestræ rationes deserantur? quod causam vestram nemo suscipiat, quod se nemo vestri defensorem profiteatur? id tribuite vestræ culpæ atque desinite mirari. Quid enim est, quare non omnes istam rem fugere ac vitare debeant? Recordamini quos habueritis defensores, studia eorum vobis ante oculos proponite, deindè exitus omnium considerate tum vobis veniet in mẽtem, vt vere dicam, negligentia vestra siue ignauia potius, illos omnes ante oculos vestros trucidatos esse, inimicos eorum vestris suffragijs in amplissimum locum peruenisse. Licentiam adhibuit Gregor. Nazianz. in laudibus Cæsarii cum dixit, Meum munus est oratio, quam etiam fortasse posteritas exceptura est, nunquam inter morientem, nec eum, qui ex hac vita migrarit, prorsus abire sinentem, verum in auribus, animisque hominum quem ornandum susceperit, semper cõseruantem, eiusque, qui desideratur imaginem expressius quàm in tabula, proponentem. Adhunc modum liberam interdum vocem proferre poterit Ecclesiasticus orator, raro tamen admodum verbi causa: Quid potui facere fratres, & non feci? nunquam diu à vobis abfui, vobis sanctissima sacramenta ministraui, verbum Dei expli

Universidad de Deusto
Biblioteca

caui, pauperibus, quãtum potui, opem tuli, paterno vos omnes amore dilexi: pro quibus rebus quam gratiam mihi habetis fratres? nihil profuit mea diligentia, obfuit potius quibusdam, qui me monentem ferre non possunt, & veluti phrenetici, animarum suarum medicum auersantur. Sed adhibenda est maxima cautio, ne hac figura nimium delectari videatur ecclesiasticus orator.

Auersio est quando absque sententiæ immutatione ad alia quodammodo deflectimus vt si dicamus Decios, Marios, Camillos, & te Cæsar, persequebatur. Auersione etiam Nazianz. in funere Cęsarii fratris vsus est, cum ad eum ita orationem conuertit. Habes à me Cæsari, funebre munus, habes orationum mearum primitias, habes à me ornamentum omnium ornamentorum. Idem in prima orat. in Iulianum. Constantium Imperatorem vita iam functum, & aliquando infra ad Iulianum orationem conuertit S. Leo Papa. in serm. 4. in Epiphaniam Domini superfluo. Herodes timore turbaris, & frustra in suspectum tibi puerum sęuire moliris, non capit Christum regio tua, nec mundi Dominus potestatis tuæ sceptri est contentus angustijs. K L

De figuris orationis quibus oratio augetur & amplificatur.

CAP. III.

PERNECESSARIAE sunt huius generis figuræ quibus non modo pingitur, verum etiam dilatatur oratio per amplificationem, quæ quidẽ definitur: Ampla & copiosa alicuius rei exornatio: vbi argumenta ipsa cum verbis, tum rebus amplissimè dilatantur ad ipsos magis afficiendos auditores. Cuius tria commodissima exempla apud Ezechielem reperiuntur. Amplificaturus enim casum, & ruinam Tyri, primum eius gloriam, immensas opes, & emporij celebritatem longa & magnifica oratione amplificat. Simili ratione regni Assyriorum vastationem prænuntiaturus, primũ quidem gloriam extollit: similiqúe ordine Aegyptij euersionem amplificat. Eademqúe ratione, verbisqúe splendidissimis Israelitici populi ingratum animum & scelera exagerat, diuinis beneficijs primum longa oratione enumeratis. Sic enim populum suum dominus sub mulieris nomine alloquitur. Transiens per te, vidi te conculcari in sanguine tuo: & dixi tibi cum esses in sanguine tuo, viue. Multiplicatam quasi germen agri dedi te, & multiplicata es, & grandis effecta &c. Simili quoqúe Nathan propheta Dauidis adulterium accusauit, diuinis beneficiis quæ in illum Dominus contulerat primum expositis. Amplificationis contrarium est Tapinosis latine humiliatio dicitur. Est autem figura cum rei magnæ expositio humilis adijcitur, vt apud Virg. Dulichias vexasse rates: vexasse per Tapinosin dictum est, nam non vexauit sed euertit, vt no M N

Amplificationis definitio c. 27.

Cap. 3.

Cap. 16.

Amplificationis contrarium.

tat

tat Seruius. De his alij diffusè tractarunt, vt Quinctilianus, & Cicin part. & auctor ad Herennium nos eorum latè sparsequé dicta quantum ad rem facere videbitur contrahemus earum definitionibus & exẽplis ob oculos positis. Nomina autẽ earũ sunt hęc. Lib. 8. c. 4. Lib. 3.

O
- Interpretatio. Definitio. Demonstratio. Significatio. Prosopopœia.
- Effictio. Gradatio. Transitio. Correctio. Interpositio.
- Contentio. Circuitio. Expolitio. Sententia.

Interpretatio est quæ non iterans idem reintegrat verbum, sed id commutat quod positum est alio verbo quod idem valeat. Græci synonymiam vocant & definiunt eam esse cum verba idem significantia congregantur. Vt quæ cum ita sint Catilina, perge quo cœpisti, egredere aliquando ex vrbe, patent portæ proficiscere: & alio loco, Abijt, excessit, erupit, euasit, Item populatus est regionem,
P prouinciam vastauit nihil reliqui fecit. Non te pudet mentiri? non vereris contra solem loqui? non erubescis palam falsa proferre? nec verba modo, sed sensus quoqúe idem facientes aceruantur. Perturbatio ista mentis & quędam scelerum offusa caligo, & ardentes furiarum faces excitarunt.

Definitio est, rei propositæ propria & dilucida & breuiter comprehensa verbis enunciatio, quæ cõstat maximè genere, specie, differentibus, & proprijs vt patet in illa Vigerij in Institu. Eucharistia est cibus & potus spiritalis, veri corporis & sanguinis Domini
Q nostri IESV CHRISTI, sub speciebus panis & vini consecratis ad bonam, & optimam consequendam gratiam. Item virtus est vitium fugere, & sapientia prima stultitia caruisse. Item oratio est animi ad Deum eleuatio. Item patientia est suas, & suorum iniurias: ac cætera mala æquanimiter ferre. 23. q. 1. §. 1.

Demõstratio, quã descriptione Cic. appellat, est proposita forma quædã rerũ ita expressa verbis, vt cerni potius videatur quàm audiri, vel est rerũ quæ geruntur sub aspectũ pęne subiectio, vt Act. in Verr. 7. Ipse inflãmatus scelere ac furore in forũ venit ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat: Pertinet maxime ad genus demonstratiuum: valet interdũ ad docendũ, & ad cõmouendũ. Ea tamẽ vtatur, nõ vt sibi ea in re placere videatur, sed vt res potius ante
R oculos ponat Huius prędlarũ est exemplũ apud B. Basilũ, cum diuiti auaro terrorem extremi incutit iudicij. Nunquã ne (inquit) ista temulentia sobrius es futurus? non Christi iudiciũ ante oculos pones? quam defensionẽ afferes cum ij qui à te sint iniurijs, & contumelijs violati te circumsistent, & ad iustum iudicẽ, qui decipi nequeat, in errorem impelles? nullus ibi orator, nullum verborum lenocinium, Cic. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod veritatem iudici posit eripere : adulatores non sequuntur, nō pecuniæ, non dignitatis amplitudo, desertus ab amicis, ab auditoribus, à patronis, defensionis erepta facultate, probris & ignominia affectus arripieris, mœstus, tristis, demissus, destitutus, sine vlla vel musitandi libertate, quocunque enim oculos conuerteris, perspicuæ malorum imagines tibi obseruabuntur. Hinc orborum lachrymæ, hinc viduę gemitus, ex parte altera pauperes à te pugnis percussi, serui lacerati, irritati vicini, & ad iracundiam inflammati omnia in te irruent, triste agmen circumstabit facinorum tuorum, atque scelerum. D. Ambrosius de S. Tecla virgine sic etiam scribit, cernere erat lingentem pedes bestiam, cubitare humi, mutuo testificantem sono, quod sacrum virginis corpus violare non posset, ergo adorabat prędam suam bestia, & propriæ oblita naturæ, naturā induerat, quam homines amiserant. Videres quadam naturæ transfusione homines feritate duros, sęuitiam imperare bestię, bestiam exosculantem pedes virginis, docere quid homines facere deberēt. Tantum habet virginitas admirationis, vt eam etiam leones mirentur non impastos cibus flexit, non citatos impetus rapuit, non stimulatos ira exaspirauit, non vsus decepit assuetos, nō feros natura possedit. Docuerunt religionem dum adorant martyrem, docuerunt etiam castitatē dum virgini nihil aliud nisi plantas exosculantur, demersis in terrā oculis tanquam verecundantibus, ne mas aliquis vel bestia nudam virginē videret. Illustre verò in primis illud exēplum apud B. Basilium in orat. de Martyre Gordio, Tota vrbe tumultus erat summaque rerum perturbatio à viris sanctissimis, atque integerrimis prædæ abigebantur, pecuniæ diripiebantur, hominum Christi amantium corpora lacerabantur, per mediam vrbem matronę trahebantur, non pueritiæ misericordia erat, non verecundia senectutis, innoxij, & insontes homines supplicia facinorosorum sustinebant, ad recipiendos iustos carceres angusti, domus opulentæ & copiosæ deserebantur, profugorum & miserorum exulum plenę solitudines. Nec solum quæ facta sunt aut fiant, sed etiam quæ futura sint, aut quæ futura fuerint dicendo exprimimus. Mirè tractat hæc Cic. pro Milone quæ futura fuerit Clodius si præturam inuasisset. Hæc translatio temporum erit verecundior si proponamus talia credite vos intueri, vt Cic. Hæc quæ non vidistis oculis animis cernere potestis. Descriptiones autem multæ reperiuntur apud sanctos patres, vide Greg. Nazianz. In laudibus Athanasij, In Cæsarij funere, & Basil. In laudem 40. martyrum.

S

T

V

X

Significatio, quæ & Emphasis dicitur, est figura cum tacita verbis subest signficatio, quod Ioannes contemplator excelsus magnifice consequutus est cùm dixit verbum caro factum est. Huc pertinet

tinet illud quod in Isa. 46. dicitur. Audite me domus Iacob, qui gestamini ab vtero vsque ad senectam, ego ipse portabo : ego feci, ego terram. Item, Hoc scandalizat vos ? singula verba Emphasim quandam habent, hoc, inquit, hoc, vel quod maximè consolari debuerat: hoc, quod vel maximè amorem meum in vos ostendit: hoc vos scandalizat ? Deindè, idem est ac si diceret : vos quæ tanta vidistis, tanta audistis, quæ discipulos vos profitemini meos, vos ne in hoc scandalizamini ? Eius duo sunt genera : vnum quo plus significatur, quam dicitur : vt cantando tu illum, quasi dicat, indoctus peritissimum. vel cum maius dicitur sub quo etiam minus intelligere volumus. Alterum quo etiam illud significatur, quod non dicitur, vt est illud Virg. Georg 1.

Y

---- Cum iam glandes atque arbuta sacræ
Deficerent syluæ

Z

hoc est non solum aliæ, sed etiam sacræ : nam teste Seruio harum sterilitas aliarum denotat in fœcunditatem.

Prosopopęia ad verbum dicitur personę fictio. Figura est cum persona aliqua fingitur vt quando inanimatum loquitur ad animatum, ut apud Ouid. Eleg. 1. lib. 1. de tristibus vel è conuerso vt Horat. in Epodo.

Quid amplius vis ? ò mare, & terra, & ardeo.

De hac Quinctilianus. Illa audaciora & maiorum (vt Cicero exi- Lib.6.c.2.
stimat) laterum, fictiones personarum, quæ prosopopeiæ dicuntur: mire nanque tunc variant orationem, tum excitant. His etiam aduersariorum cogitationes velut secum loquentium protrahimus:

A

quę tamen ita demum à fide non abhorrent, si ea locutos finxerimus, quæ cogitasse eos non sit absurdum. Et nostros cum alijs sermones, & aliorum inter se credibiliter inducimus: & suadendo, obiurgando, quærendo, laudando, miserando, personas idoneas damus. Quin deducere Deus in hoc genere dicendi, & inferos excitare concessum est. Vrbes etiam populique voces accipiunt. Ac sunt quidem, qui has demum prosopopęias dicunt: in quibus & corpora & verba fingimus : sermones hominum assimulatos dicere dialogos malunt. Prosopopęiæ exemplum est Sancti Ephrem, vbi animi sui timorem explicat : oculos in cęlum sustulit, & stupore quodam affectus, tanquam extra me attonitus hęsi, magnaque formidine totus horrescens cordis oculis Dominum summa in gloria vidi & animam meam sic alloquentem : Cur ò anima cęlestem thalamum tuum, immensa lucis, & glorię pulchritudine illustrem contemnis ? cur sponsa mea, odio persequeris me purissimum sponsum tuum atque immortalem ? cur ea despicis bona, quæ ego tibi in lumine vitæ præparaui.

B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Effectio est cum exprimitur, & effingitur verbis corporis cuiuspiam forma quo ad satis sit ad intelligendum: hoc modo. Hunc dico iudices rubrum, breuem, incuruum, canum, subcrispum, cęsium, cui sanè magna est in mento cicatrix si quo modo potest uobis in memoriam redire. Habet hęc exornatio cum vtilitatem, si quem velis ostendere, tum uenustatem si breuiter & dilucide facta est.

Gradatio apud Rhetores dicitur cum ex prima sententia oritur secunda, & ex secunda tertia, atque ita deinceps. Auct. ad Herenn. lib. 4. Gradatio est in qua non ante ad consequens verbum descenditur, quam ad superius concensum est: hoc modo: Tribulatio, inquit, Apostolus patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit. Et iterum, Quos, inquit, pręsciuit & prędestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit illos & iustificauit &c. In eodem etiam capite per interrogationem & repetitionem elegantissime ait: Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt, quomodo verò credent ei quem non audierunt? Item non sensi hęc & non suasi, neque suasi & non ipse statim facere cœpi, neque facere cœpi & non perfeci, neque perfeci & non probaui. In hoc vltimo exemplo, non decus modo, sed vis etiam & acrimonia inest. Item Iacobus Christiano homini in aduersis gaudendum esse, fere tali probat gradatione. Nam tentatio operatur pacientiam, pacientia perfectionem, perfectio vitam æternam. Item Cic. Nam quæ reliqua spes libertatis manet, si illis, & quodlibet licet, & quod licet possunt, & quod possunt audent, & quod audent faciunt, & quod faciunt vobis molestum non est? Consimili modo Africanus aiebat: Ex innoscentia nascitur dignitas, ex dignitate honor, ex honore imperium, ex imperio libertas, ex libertate gaudium. Virg. in Alexi.

Torua leæna lupum sequitur: lupus ipse capellam.
Florentem cytisum sequitur lasciua puella.

& illud.

Mars videt hanc visamque cupit, potiturque cupita.

3. de Orat. Hanc figuram Cic. conuersionem quandam & verborum concinnam transgressionem vocat.

Transitio vocatur, quæ cum ostendit, breuiter quid dictum sit proponit, item breui quid consequatur, hoc modo: Consideratū est, quomodo Spiritus Sancti operatione virgo Maria genitrix pariter & casta extiterit, age nunc demonstremus id priuilegium, & singulari quodam modo ius ei soli proprium esse, nulliqúe prętер eam tribui posse. Sanctus Chrysost. cum orationem ostendisset expiandi peccata vim habere, sic ad aliud argumentum transijt: nec uerò peccata solum purgat oratio, sed pericula etiam grauissima depel-

lit,

lit, deinde exemplis id confirmat, & pluribus explicatis, sic ad orationem transfert. Quæ iam commemoraui, satis sint ad vim & potestatem sanctarum pręcum ostendendam: melius verò fortasse est, ad sacras literas accedentem, ex oraculis Christi intelligere, quas diuitias pręces ijs concilient, qui in ijs omnem ætatē ponunt. Agens orator Ecclesiasticus de curiositate otij filia, vbi ostenderit curiosos non solum tempus conterere, rem pretiosissimam, sed discordias serere subiunget, sibi etiam odio comparare solitos, & cum maximè soleant esse delatores, in varias plerumque calamitates incidere. Et ad Herenn. lib. 4. in patriam cuiusmodi fuerit habetis, nunc in parentes qualis exisserit considerate. Proficit hæc aliquantum exornatio ad duas res; nam & quid dixerit commonet, & ad reliquum comparat auditorem.

Correctio est, quæ tollit id quod dictū est, & pro eo id quod magis idoneum videtur reponit hoc modo. Quod si ille suos hospites rogasset immo inuenisset modo, hoc facile perfici posset. Item nam postquam isti vicerunt, atqúe adeo victi sunt, eam quomodo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis quàm boni dederit? Correctionis exemplum extat apud B. Basilium in orat. de ieiunio. Quid facilius, inquit, & leuius ventri est, tenuitate victus noctem traducere, an ciborum copia oppressum iacere? vel potius ne iacere quidem, sed crebro se versare, cum gemens disrumpitur? nisi forte dicas, gubernatores, oppressam onere nauem, quam leuiorem atqúe expeditam. Hac dicendi forma ad reprehendendum vti poterit Ecclesiasticus orator. Multi ita se diligunt, aut potius se non diligunt, vt adulatoribus delectentur, & monitores suos odio habeant. Commouetur hoc genere animus auditoris res enim cōmuni verbo elata tantūmodo dicta videtur ea post ipsius oratoris correctionem magis idonea fit pronunciatione. Orat. 1.

Parenthesis quam Quinctilianus interpretationem, uel interclusionem vocat est clausula orationis contextui interiecta, qua remota sensus manet integer vel est declinatio breuis à proposito, cum continuationi medius aliquis sensus interuenit Virg.

Vare tuum nomen (superet modo Mantua nobis
Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ)

Longior illa digressio, quæ multis pars causæ videtur inter figuras iudicio quorundam numeranda nō est: verum a Cic. numeratur his verbis. Et ab re non longa digressio, in qua cum fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus & concinnus esse debet. Exemplum est apud Cic. de situ & ornatu Syracusarum aliaqúe permulta.

Quatenus autem oratori Ecclesiastico liceat digredi, non facile est præscribere, videat quid proposuerit, meminerit illud, quod in

primis

Universidad de Deusto
Biblioteca

primis eo die docere sibi in animum induxit, ita digredietur, vt redeat semper vnde deflexit oratio. Quanquam S. Chrysost. in Homilijs de vitando iuramento, & alijs etiam in locis interdum ita digressus est, vt illud quod antea proposuerat, in aliud tempus reiecerit: quod Spiritu Sancto ita dictante, sanctissimum virum fecisse credendum est. Hi autem erunt loci ad digrediendum valde accommodati: contra peruersum morem spectaculorum, contra choreas sathanæ, contra libidinum magistras horum temporum insulsas comedias, commode autem digredietur ijs diebus quibus caro ita insultat vt plerique homines insanire videantur, vt belli tempore, in caritate annonę. Inprimis autem omni tempore, cum tot tamque grauia peccata à lingua proficiscantur, digrediatur sæpe contra blasphemos. Poterit etiam sæpe per digressionem commemorare maximum esse peccatum periurium. Necesse est etiam calamitosis his temporibus, quibus hi qui habentur boni viri à Detractionis vitio non sunt liberi, reprehendere maximè detractatores. Verum cum maledicorum plena sint omnia, ita vt nec subditi principibus, nec discipuli magistris, nec sacerdotes Episcopis, nec filij parentibus: parentes etiam (quod valde miserabile est) filijs desinant maledicere. Digrediatur sępe (etiam si locus postulare id minime videbitur) in huiusmodi digressionibus uersans Ecclesiasticus orator, populorū utilitati consulens pluribus verbis sæpe poterit tractare magis communes locos, Christianæ religioni valde accommodatos: ita tamen vt de his, quæ diximus & de alijs nunquam ita digrediantur, vt vn de digressi sint non reuertantur.

L

Contentio, vel vt quidam uocant, contrapositum, contrarium Antitheton græ is dicitur non vno fit modo, sed uel singula singulis opponuntur: Vt vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia; & bina binis, non nostri ingenij, uestri auxilij est. Nec semper contrapositum subiungitur, vt in hoc Cic. pro Mil. Etenim hęc iudices non scripta, sed nata lex. Verum sicut Cic. dicit, quod de singulis rebus propositis refertur ad singula, vt in eo quod sequitur. Quam non didicimus, accepimus, legimus, uerum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus. Virtutem præsentem odimus absentem quærimus inuidi. Sanctus Episcopus & martyr Cyprianus in libro de patientia de Christo loquens, pulchris Antithetis vsus est, his uerbis: vt insultantium sputa patienter exciperet, qui sputo suo cæci oculos ante formauerat: & cuius in nomine, nunc à seruis suis Zabulas cum Angelis suis flagellatur, flagella ipse pateretur, coronaretur spinis, qui martyres floribus coronat æternis, palmis in faciem ve beraretur, qui palmas veras vincentibus tribuit, spoliaretur veste terrena, qui indumento immortalitatis cæteros

M

N

O

uestit,

vestit, cibaretur felle, qui cibum cælestem dedit; acto potaretur qui poculum salutare propinauit. B. Ambrosius de virginibus scribens, eleganter hanc figuram adhibuit: Non est (inquit) Christus circumforaneus. Christus enim est pax, in foro lites; Christus charitas est, in foro obtrectatio. Antithesis vti poterit orator, docens spiritalis vitæ cōmoda, & sanctas oblectationes. Voluptates corporis debilitant corpus, gaudia spiritus vim animi augent: illa pœnitentiam, hæ lætitiam, illæ infamiam, hæ laudem coram Deo & hominibus pariunt. Hac figura oratores utentes maximè rem ante oculos ponunt.

P

Periphrasis, latinè circumlocutio uel circuitio figura est: teste Quinctilianus, quæ fit, cum quod uno, aut certè partibus uerbis dici poterat, pluribus explicatur, Estque apud Poëtas frequentissima vt

Lib. 8. c. 6.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono Diuum gratissima serpit.

Q

Et apud oratores non rara, semper tamen astrictior: quidquid enim significari brevius potest & ornatu latius ostenditur Periphrasis est. Periphrasin adhibuit S. Greg. Nazianz. in laudibus Heron. Enimuero quando te, vt par erat, ad nos recepisti, atque ille, qui eos à quibus glorificatur, glorificat: & eos à quibus irritatur, irritat: qui eorum à quibus timetur voluntatem explet, & mortuis rursus rursus vitam inspirat: qui vt Lazarum quatriduo postquam è vita migrauerat, sic te post qnadriennium ad vitam reuocauit, qui iuxta Ezechielis prophetarum omnium maximè admirandi excelsique visionem, ossa cum ossibus, & iuncturam cum iuncturis connectit: quando inquam ille cupientibus nobis cupientem te reddidit, fac in iisdem vitæ studiis, & sermonis libertate perseueres: ne alioquin in eam opinionem homines adducas, ut te afflictionibus fractum atque deiectum fuisse, Philosophiamque per ignauiam prodidisse arbitrentur. Hoc loco, pro nomine Dei periphrasi grauissima & splendidissima vsus est Ille idē in laudibus Athanasii, & periphrasi usus est & nomine: Lucernam illam luci prœuntem, vocem sermoni, mediatorem mediatori, mediatorem, inquam, noui & veteris testamenti Ioannem illum egregium. Verum, ut cum decorem habet periphrasis, ita cum in vitium incidit Perissologia dicitur: obstat enim quidquid non adiuuat.

R

S

Expolitio quomodo fiat.

Expolitio est cum circa rem aliquam diu hęremus eamque non tenuiter more Dialecticorum: sed copiosissime expolimus, cum rerum & verborum copia, necnon pronunciationis vicissitudine alios atque alios vultus sumendo, necnon voce aliter flexa ea ratione, ut quæ sparse & prolixe dicta fuerunt contrahamus & vno spiritu cō-

plectamur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

plectamur: quæ ſub noſtra perſona ſemel in medium allata fuerunt cum nouæ perſonæ productione leuiter immutare.

Duo autem ſunt artificioſæ expolitionis genera. Prius cum ſynonymia conuenit: quando vnam rem pluribus modis exprimimus. Poſterius eſt argumenti quædam explicatio. Si vna res eademque varie profertur, pronunciatio ipſis verbis accommodanda eſt conformatis geſtibus & motibus corporis. Exempli loco ſit. Nullum diſcrimen eſt viro forti ad patriam defendendam reformidandum quin magno animo ſeſe ei obiiciat. Contemnenda ſunt viro frugi omnia pericula, quæ ad propugnationem Reip. ſuſcipiuntur. Poſterius genus magis eſt varium & inſtructius, & magnam cum argumentatione affinitatem habet. Eius uero ſeptem partes aſſignari poſſunt.

T

Propoſitio.	Exemplum.	
Ratio	Comparatio.	Repugnans.
Duę ſententię.	Concluſio.	Simile.

V

De penitiori Expolitionis declaratione. Cap. IIII.

AD faciliorem naturæ expolitionis perceptionem viſum eſt eam per exempla ob aculos ponere. Omiſsis in præſens partium eius deſcriptionibus, quarum vis in ratiocinationis explicatione ſatis ſuperque patuit. Propoſitio itaque inſtituatur. Synceropioque religioſo non debet eſſe moleſtum quælibet aperta pericula ſubire, quæ ad habitus, profeſsionisque ſuæ tuitionem ſe offerunt. Ratio, Quoniam frequenter accidit, vt ex tali detractione & fuga periculorum & nobiſmet ipſis & uniuerſo ordini exitium ingruat quę res profecto lugubris eſt & extremæ ignorantię. Cum omnia noſtra bona ab ipſo nobis ordine obtigerint. Quocirca viciſſim nos eius cauſa nihil non perferre & pati æquum eſt. Hoc modo breuiter id, quod expoſitum eſt rationibus firmatum probabilius & apertius fit. Deinceps duę ſententiæ cum totidem, uel pluribus rationibus ſubnecti poterunt. Hoc pacto grauiſsimè peccant, qui aduerſitates ob ordinem perpetiendas refugiunt. Huic ſententiæ talis ratio accommodabitur. Quandoquidem nullam excuſationẽ legitimam adferre poſſunt quin ingratitudinem ſuam prodant, conſequens eſt altera ſententię pars. Illi pro veris religioſis exiſtimandi ſunt, & Dei miniſtris qui officij ſui memores nõ dubitant ſe præſentibus malis exponere. Ratio, Quia matrem ſuam debito honore & obedientia proſequuntur, & cõuenientius ducunt cum paucis perferre, quàm ad multorum aggregari. Comparatio. A ratione alienum eſt vitam à natura nobis indultam, & quam Religioni ac-

X

Y

ceptam

ceptam ferimus nolle impendere Religioni ineuitabili aliqua neceſsitate id ipſum poſtulante: haud ſecus, quam ſi is qui in communi rate uehitur euadendi periculi ſtudio ſinat nauim ſubmergio cuius naufragio ſibi quoque pereundum ſit. Ita vituperandus eſt, qui periclitante ſua religione propriis tantum commodis intentus eſt maximè cum ex naufragio contingat aliquem enatare, & ſibi ſalutem quærere, ſed in exitio religionis uel nullus uel ſaltem vnus & alter immunis eſt. Quadrat huc exemplum Deciorum, qui pro patria ſe deuouerant & ſuaptè ſponte ſe hoſtium telis obiecerunt, & prę uenientes naturę mortalia tela ſibi famam & decus perenne cõparauerunt. Eundem ad modum imitatores religioſos immortalitas manet, qui nec ſanguinem pro incolumitate ordinis uerentur fundere. Concluſio. Poſtquam abunde probatum eſt tam rationibus, quàm exemplis eum demum religioſi veri nomine dignum eſſe, qui vitam religioni impendit. Reliquum eſt ut omnibus perſuaſum ſit perfecti religioſi officium, qui nullum pro ſalute religionis diſcrimen moratur. Ad ſimilitudinem huius exempli complura excogitari poterunt, & extendi etiam pro arbitratu pro numero exemplorum & probationum.

Z

A

Sententia eſt clauſula aliqua breuiter collecta utile aliquod vitę præceptum continens cuiuſmodi eſt illa apud Terentium: Obſequium amicos veritas odium parit, Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima ſtultitia caruiſſe. Seruire Deo regnare eſt.

Commoratio eſt cum in loco firmiſsimo, quo tota cauſa continetur, manetur diutius, hoc modo. Dilexit nos Deus dulciter, ſapienter, fortiter. Dulciter nempe dixerim quod carnem induit, ſapienter quia culpam cauit, fortiter quia mortem ſuſtinuit. Diſce ergo Chriſtiane à Chriſto, quemadmodum diligas Chriſtum. Diſce amare dulciter ne illecti, prudenter ne decepti fortiter ne compreſsi deficiamus. Item magna res amor ſi ad ſuum recurrat principium: ſi ſuæ origini reddatur: ſi refuſus ſuo fonti ſemper ex eo ſumat, vnde iugiter fluat. Huius certum exemplum proferri nequit, dicente Cicerone, niſi in aliquo negotio graui & ſerio id quod caput eſt, & circa quod cardo vertitur, & quo totius orationis filum ſemper reſpicit, atque iterum iterumque inculcatur. Et hęc digna iudicaui, quę de orationis exornationibus adducerem, quæ quidem ad amplificandum ſeruiunt.

B

C

De Tropis generatim & ſpeciatim de tropis uerborum. Cap. V.

QVONIAM orationis tam ornatus quam perſpicuitas, aut in ſingulis verbis eſt, aut in coniunctis, primum quid ſingula ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ba, deinde quid coniuncta exigant, consideremus. Qua in re illud primo loco statuendum est, quoq; quemadmodum perspicuitas propriis verbis, sic ornatus translatis, uel quouis alio Tropo figuratis, præcipuè constat. Sed cum eandem rem frequenter plura verba significent, quod synonymia vocatur, commodiora semper & meliora eligenda sunt. Constat enim inter hęc ipsa verba alia aliis cõsonantiora, grãdiora, honestiora, sublimiora, nitidiora, iucundiora &c. Quare de Tropis iam dicere incipiamus, atqúe eò libentius quò in prophetarum libris frequentior eorum vsus est. Omnia enim prophetarum scripta (quoniam de rebus maximis differunt, siue cum hominũ scelera corripiunt, siue cum vltrices scelerum pœnas improbis denunciant, siue cum piis hominibus, & in officio manentibus ingentia diuinæ gratiæ beneficia pollicentur metaphoris & allegoriis plena sunt: quibus illi magnarum rerum similitudinibus, quę ipsi quoqúe maxima dicunt, amplificare, & ante oculos ponere solent, ut liquet in illo Isai. Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet &c. Virgæ enim nomine potentiam, floris autem, pulchritudinem Domini Saluatoris designauit. Deinde sequentia allegorijs plena sunt. Habitabit lupus cum agno. Infinita penè sunt loca scripturæ sacræ hoc attestantia. Ideo ad Tropi definitionem accedamus: Tropus est uerbi vel sermonis à propria significatione in aliam cum virtute mutatio, vt cum dicimus lętas segetes, verbum lętus à propria significatione qua lętos homines dicimus, ad segetes cum virtute transfertur. Tropus est duplex uerborum alter, alter orationis.

Isai. 11.a.1.

Tropi definitio.

Verborũ vt { Metaphora. Metonymia. Antonomasia. } { Epitheton. Onomatopęia. Catachresis. } { Metalepsis. Synechdoche. }

Metaphora, Translatio à Cic. dicitur fitqúe cum nomen aut verbum ex proprio loco in eum transfertur in quo aut proprũ deest, aut translatum proprio melius est, ut classiqúe immittit habenas. Hæc magnum vsum habet in literis, tam sacris quàm profanis. Eaqúe non minus oratio decoratur, quàm cœlum stellis illustratur, vt ait Cic. Illud autem admirandum videtur, quid sit, quòd omnes translatis & alienis magis delectantur uerbis, quàm propriis & suis. Quadruplex autem est omnis metaphoræ vis: Cum in rebus animalibus aliud pro alio ponitur: ut, Liuius Scipionem à Catone allatrari solitum refert. In anima pro aliis generis eiusdem sumuntur: vt, concentu virtutum nihil est suauius. Aut pro rebus animalibus inanima, vt duo fulmina belli, scipiadas aut cõtra, sedet inscius alto. Accipiens sonitum saxi de vertice pastor. In translatione primum fugienda est dissimilitudo, qualis est in illo Ennij cœli ingentes

Verg. Aenei. lib. 6.

Metaphoræ vis.

tes fornices. Deindè, videndum est ne longe simile sit ductum. Syrtim patrimonii scopulum libentius dixerim, charibdim bonorũ voraginem potius. Sunt quædam & humiles translationes, vt saxea est verruca: quædam maiores quàm res postulat, vt, Tempestas comessationis: quædam minores vt comessatio tempestatis. Metaphora vsus est S. Cyprianus in sermone de zelo, & liuore his verbis Porrò autem Dominus prudentes esse nos iusfit, & cauta solicitudine vigilare præcepit, ne aduersarius vigilans semper, & semper insidians, quando in pectus obrepat, de scintillis conflet incendia, de paruis maxima exaggeret, & dum remissis & incautis leniore aura, & flatu molliore blanditur, procellis, & turbinibus excitatis, ruinas fidei, & salutis ac vitæ: naufragia moliatur. Basil. de laude Ieiunii pulchram adhibet metaphoram: Ieiunii reuerere canitiem, æquale est humanæ naturæ.

Metonymia, latinè transnominatio dicitur, quæ fit, cum inuento rem pro re inuenta ponimus, vt est illud. Sine cerere & Baccho friget venus. Vel cum continens pro eo quod continetur vsurpamus: Sic Ecclesiastici oratores cœlum pro cęlicolis & terram pro terrestribus dicunt. Cuius est insigne exemplum prophetæ: Terra, Terra, Terra, audi verbum Domini. Et Virg. nunc pateras libate Ioui, idest vinum contentum in pateris, aut contra contentum pro continente, vt est apud Virg. Crateras magnas statuunt & vina coronant; non vina sed crateras in quibus vinum continetur, vel cum Dominus rei, pro re ipsa ponitur; vt, hunc tibi comedendum propino, idest, eius bona deuoranda trado: uel cum ex effectu efficiẽs accipimus. Męstumqúe timorem mittite, idest, timorem qui męstũ facit, vel cum ducem pro ijs, qui subsunt: vt, Ab Annibale cęsa sunt apud Cannas sexaginta millia: vel cum auctor pro opere sumitur, hoc modo, Platonem, Aristotelem, Demosthenem pro eorum scripturis ponimus. Quod verò corpus Domini post consecrationem vocat scriptura panem, id fit etiam per metonymiam, qua plerunque materia pro materiato ponitur; vt, inter cætera illud Ecclesiastici. Quid superbis terra & cinis. Sic corpus Domini nostri IESV CHRISTI panis dicitur, quòd ex pane fit, & panis qualitates retinet.

Teren. in Eunuch.

Iere. 22. g. 30

Lib. 1. & 7. Aenei.

Verg. 1. Aen.

Eccl. 10. b.

Antonomasia vocabulum, vt ait Diomedes, quod sine nomine positum loco eius fungitur: vt est, Arma virumqúe cano: vbi intelligitur Aeneas. Fit autem tribus modis, ab animo, vt magnanimus Anchisiades, idest, Aeneas: à corpore, vt, ipse arduus, idest, Polyphemus. Extrinsecus, vt infęlix puer atqúe impar congressus Achilli, hoc est, Troilus.

Antonomasia quot. modis fiat.

Epitheton à Quinctiliano dicitur appositum, ab aliis adiectiuum,

ab eo quòd subitantiuo apponatur. vt si de Paulo dicamus Doctor gentium, vel vas illud electionis. De Ioanne, discipulus ille quem diligebat IESVS. Item qualia sunt quorundam patrum encomia, vt Origenes loquens de Dionysio ait, Magnus Dionysius Areopagita. Aug. de Cypriano. Cyprianus doctor suauissimus & martyr beatissimus. Item Damas. Athanasius ille vita & sermone circumspectus Ecclesiæque Dei fundamentum &c. Epitheta tribus de causis nominibus adduntur. Discretionis: vt. Phrygiæ molimur montibus Idę. Est enim & Ida Cretæ mons: Proprietatis, vt, Terribili implexum setaque & dentibus atris: Ornatus, vt alma virgo Differunt autē Epitheton & Antonomasia, quòd illud nunquā solum ponitur, sed nomini proprio adiicitur: Antonomasia autē per se proprii nominis vice ponitur, Veruntamen talis est ratio huius virtutis, vt sine appositis nuda sit, & velut incompta oratio, ne oneretur tamen multis nam fit longa & impedita.

Epitheta quo modo addantur.

Epitheton & Antonomasia qualiter differant.

Onomatopeia, idest, fictio nominis vt. Taratantara vox tubæ ab Ennio facta, ille enim ad exprimendum tubæ sonum ait, Taratantara. At nunc raro & cum magno iudicio hoc genere vtendum est, ne noui verbi assiduitas odium pariat: sed si commode quis eo utatur, & rarò, non modo non offendet nouitate, sed etiam exornabit orationem: Græcis verò olim inter magnas habita virtutes.

Catachresis, Latinè abusio est, quæ uerbo simili & propinquo, pro certo & proprio abutitur hoc modo, vires hominis breues sunt, aut parua statura, aut longum in homine consilium, aut vti pauco sermone: aut cum grandem orationem pro magna, minutum animū pro paruo dicimus: sic quoniam in piscinis natare etiam solebant, inualuit consuetudo, vt omnes in hunc vsum collectæ aquæ siue frigidæ, siue calidæ, piscinæ dicantur, videnturque à piscibus dici, quamuis in his nihil piscium sit, & parricida matris quoque, aut sororis interfector dicitur.

Metalepsis figura est, quam transumptionem latini vocant cum ab eo quod præcedit id quod sequitur paulatim insinuatur.

Verg. 1. Aen. --- *speluncis abdidit atris.*

Nā ex atris intelligimus tenebrosas, ac p hoc in preceps profundas.

Synechdoche figura locutionis qua à parte totum intelligitur vt puppis pro naui, Annus pro hyeme. Virg.

Quam multæ glomerantur aues, ubi frigidus annus
Trans pontum fugat

frigida hyems. Contra verò & ex toto pars declaratur, vt fontem q; ignemq; ferebant. Christi nuntius, ac diuinæ voluntatis interpres vtetur etiā interdū synecdoche: ea præsertim, qua ex iis, quæ rebus accidunt, res significantur, vt illud Isaiæ. Et conflabunt gladios suos

in

in vomeres & lanceas suas in falces: hoc enim paci consequens est. Supersunt Tropi orationis de quibus eodem doctrinæ compendio agamus.

De Tropis orationis. Cap. VI.

DIXIMVS ea, qua potuimus breuitate de verborum Tropis; nunc verò ad eos quos orationis vocamus admouenda est manus. Sciant autē literati modis omnibus locutionis, quos grammatici græco nomine Tropos vocāt, auctores nostros vsos fuisse & multiplicius atque copiosius, quàm possunt existimare vel credere, qui nesciunt eos & in alijs ista didicerunt. Quos quidem tropos qui nō nouerunt, agnoscunt eos in literis sanctis, eorumque scientia ad eas intelligendas aliquantum adiuuantur. Ideo & nos illos ponere curauimus tanquam aspernandos minime.

Aug lib. 3. de doct. Chris. cap. 29.

- Allegoria. — Ironia. — Icon.
- Aenigma. — Astismus. — Icon.
- Paræmia. — Hyperbole. — Parabola uel paradigma.

Allegoria à Quinct. inuersio dicitur, cum aliud uerbis, aliud sensu ostenditur. Nascitur autem hæc figura ex continuata perpetuaq; metaphora. Eiusmodi est illa apud Virg.

Claudite iam riuos pueri sat prata biberunt.

desinite iam plura canere, quia satis audiuimus. Habet vsum Allegorię frequēter scriptura sacra, ut, nolite dare sanctum canibus, uel spargere margaritas ante porcos. B. Basil in quadam oratione præclarissima allegoria, ita vsus est: vnusquisq; nostrū priusquā in vltimū discrimen, & perniciē adducatur, oneris partē quamplurimam deponat, priusquā scapha fluctibus obruatur, merciū iacturā faciat, quas nullo iure collegerit, & imitandi nautas: illi enim si quid rerū necessariarū in naui vehant, ac tēpestas grauior, & periculosior excitetur, quæ nauim pōdere oppressam, se minitetur obruturā, quàm celerrimè possunt, magnā eijciunt partem, ac nihil parcendo, merces in mare exhauriunt, quò nouis subleuetur, & integris, saluisq; corporibus, periculū euadant: hoc nos multò magis quàm illos, & cōsulere oportet, & facere. Vide si placet allegorias multiplicare: syluam Allegoriarum. Admodum rarò tamen ad populū putarem oratori Christiano, cōficiendā allegoriā, ne obscura reddatur oratio.

Aenigma est, obscura allegoria, vel quæstio obscura, quæ difficile intelligitur nisi aperiatur. Eiusmodi est problema illud. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Hoc & poētæ vtuntur Virg. Iudicū. 14. c. 14.

Tres pateat cæli spatium non amplius vlnas.

Et oratores nonnunquam, vt in Triclinio coa in cubiculo nata.

Paræmia est, accommodatum rebus temporibusque prouerbiū

omnium

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnium in ore versans. Et modo est simplex, vt obsequium amicos veritas odium parit. Modo obscura & aliud significans quam uerba exprimere videantur vt equus Seianus. Vide Chiliadas. Pauli Manutij.

Ironia figura est in pronunciatione vim omnem habens, quam nos vel dissimulationem, uel irrisionem dicere possumus, cum scilicet pronunciatione ipsa nos diuersum significamus ostendere ab eo quod verba ipsa videntur sonare. Eiusmodi est illud lamentationũ. Q

Iere.4. d.21. Vbi loquens ad nationes vicinas & Idumęos dicit: Gaude & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus: ad te quoqúe peruenit calix, inebriaberis atqúe nudaberis. Et illud Iunonis apud Virg.

Aenei.10. *Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter.*

Nisi enim amaritudo pronunciationis adiuuerit confiteri videtur quod negare contendit. Cic. in Clodium Integritas tua te purgauit, mihi crede, pudor eripuit, vita ante acta seruauit.

Lib.6.c.3. Astiſmus latinè vrbanitas (inquit Quinct.) illa est in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum, neqúe R

Lib.4.c.1. sensu, neque verbis, neqúe gestu, oreuè posset deprehendi. Quinct. Vrbanitas opportunè reficit animos.

Hyperbole dici potest. Eminentia vel vt ait Cic. superlatio à Quinct. superiectio interpretatur à quibusdam verò excessus. Hac vsus est D. Aug. inauaros inuehens: terra suis limitibus terminatur, aqua suis finibus limitatur, aer suo fine concluditur, cęlum suis terminis arctatur, sola auaritiæ terminũ nescit: ò auare si terra tibi cuncta datur, mare quęris: sed si terra, & mare, aerem petis: sed si terram, mare, & aerem possideres, adhuc cęlum ambis, & ipsum penetrare affectas: & si cœium penetraueris, adhuc non quieueris, donec te Deo æquaueris, vel fueris superior altissimo. Et ut res sit apertior, vnum & alterum exemplum proferam ex sacris literis, in quibus hęc hyperbole reperitur. In Actis Apostolorum describẽs illa historia aduentum Spiritus Sancti, & volens innuere multitudinem gentium, & nationum quæ tunc erat Hierosolymæ, ait: Erant

Acto 7. a.5. autem in Hierusalem habitantes Iudæi viri religiosi ex omni natione, quæ sub cœlo est. Quòd nisi hic admittatur hyperbole, erit necessarium fateri tunc fuisse Hierosolymæ Hispanos, Gallos, Anglos, Scotos, Aethiopes, Siculos, Balearicos, Sauromatas, aliasqúe innumeras nationes, quas vix Niniue, quæ ciuitas erat magna itinere dierum trium, capere potuisset, nedum Hierosolyma, quæ paruũ at mediocre oppidum erat. Similiter Christus volens nobis suadere, vt quam secretè & absque omni iactantia fieri posset, eleemosyna daretur, dixit: Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra

Matt.6.a.3. tua, quid faciat dextera tua. At cùm eadem in utraque manu sit

anima,

anima, fieri non potest, vt sinistra nesciat quod dextera facit. Sed est ibi quædam hyperbole, siue quidam excessus ad rem magis cõmendandam. Ita etiam Christus vt nobis frequentiam orationis cõmendaret, dixit: Oportet semper orare, hyperbole quadam vsus, semper, pro frequenter accipiens. Eadem hyperbole vsus est Paulus dicens: Sine intermissione orate. Aliàs enim fieri non posset

V vt semper & sine intermissione oraremus, quibus necesse est comedere, & bibere, & dormire, curam rei familiaris habere, aliaq; multa facere sine quibus in hac misera vita esse non possumus, quorum aliqua orationis attentionem minuunt, alia in vniuersum tollunt. Est verò figura cum sententia aliqua fidem excedit augendæ rei gratia vt niue candidior. Fulminis ocyor alis. Item vix ossibus hærent Virgil. 12. Aeneid. Qui candore niues anteirent cursibus auras? Hyperboles ad commouendum, & detestandum adhiberi solent, sed rarò (vt diximus) adhibeãtur, ne ineptus iudicetur orator

X Icon (teste Auct. ad Herenn.) est figura cum scilicet formæ ad formam cum quadam similitudine fit collatio, aut laudis aut vituperationis causa. Exemplum esse potęst illud apud Virg. 4. Aeneid.

Omnia Mercurio similis vocemque coloremque
Et flauos crines & membra decora inuentæ

Parabola (quam Cic. collationem vocat) estqúe oratio rem cũ re conferens, aut vt ait Cyrillus est sententia reconditam prudentiam continens, quæ quo magis exterius apparet, eo res cõtenta est sublimior. Est hęc frequentissima in vtriusqúe testamenti libris ex

Y quo genere sunt parabole Salomonis, & Euangelicæ Christi per multę, vt est parabola illa de rege volente rationem ponere cum seruis suis. Parabola de seminanti zizania in medio tritici. Vnde D. Thom. dicit Parabola est sermo similitudinarius: qui aliud dicit, & aliud significat. Vel est sententia obscuram habens similitudinem secundum ipsum. Ideo hęreseomastix illa Alphon. de Castro: sic de parabolis uerba faciens ait. Cęterum de sensu paraboMatth.18. Super Isa.14 Tho. 1.p.q. 1.ar.10.

larum, qui eum intra literalem circumsepire voluerit, non ab re faciet. Si autem nollet non obsto. Verum circa parabolas ipsas quarum frequens est vsus in Euangeliis, hoc admonendum cẽsui, quòd

Y (vt Aug. dicit) sic accipiendæ sunt, non vt essent, sed vt esse possent? vt cùm gratia exempli) dicitur: Simile est regnum cœlorum patrifamiliàs, qui exijt primo maue conducere operarios. Quod si fortè nusquam id contigit, vt per illas easdem temporum vicissitudines iret atqúe rediret paterfamiliàs, ociososqúe quos semper inueniebat, in vineã suam mitterer, id tamen fieri potuisset nihil prohibet: quod satis est parabolę. formatio tamen Euæ minimè parabolicè est intelligenda, vt Caetanus arbitratur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Reg. 12. Paradigma exemplum vel exemplar: quod ad exhortationem, vel dehortationem proponi solet. Vt in reprehensione Dauidis, per Nathan prophetam, adhibetur comparatio diuitis & pauperis ad commmouendum vehementius. Huius figuræ exempla sunt apud Isaiam: quasi parturiens dolebunt, & apud Hiere. Quia inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes, & pedicas, ad capiendos viros. Ita Christianus orator, ruri inquietos rusticos, appellabit crabrones, vsurarios sanguisugas: uteturque frequentibus imaginibus ad rem imprimendam. Hoc multum ad probandam & ornandam causam facit. A

De schematibus & eorum distinctione à figuris Rhetoricis.

CAP. VII.

SCHEMATA quædam figuræ sunt & modi loquendi rhetoricè; Ea si illuminandis sententijs adhibentur sunt ornamenta Rhetorica: si verò ad probandum instituuntur in argumentationũ vel ratiocinationum nomen transeunt. Adeò vt schemata & argumentationes ratione tantum differant sunt autem. B

- Ratiocinatio.
  - Collectio.
  - Inductio.
  - Enumeratio.
  - Subiectio.
- Complexio.
  - Oppositio.
  - Violatio.
  - Conclusio.
- Vera.
- Falsa.
- Simplex.

Ratiocinatio est argumenti genus perfectissimum & diligentissimum ad faciendum fidem. Cuius partes sunt quinque. C

- Propositio.
- Propositionis probatio.
  - Assumptionis probatio.
  - Coucluſio uel complexio.
- Assumptio.

Propositio est per quam breuiter locus is exponitur, ex quo omnis vis oportet emanet ratiocinationis. Propositionis vero probatio est perquam breuiter id quod expositum est rationibus firmatum probabilius & apertius fit. Assumptio per quam, id quod ex propositione ad ostendendum pertinet assumitur. Assumptionis probatio per quam id quod breuiter sumptum est rationibus firmatur. Conclusio vel complexio per quam id quod conficitur ex omni argumenratione breuiter exponitur, vt si probandum sumpserimus situm Mexicanæ ciuitatis esse loco incommodo, & insalubri ideoque alio transferendum hunc in modum procedemus. Operæpretium est ciuitatem Mexicanam alio trãsferri. Ratio est, quia ædificata est loco humido & pestilenti (quod re vera ita habet) & passim ibi homines aduersa valetudine diuexantur ob aëris & cęli D

inclementiam, vnde singulis annis contingit illam epidemicis morbis infici & homines male sani existunt. Consulto quidē illā fundauit hoc loco Motectzuma, eo quod vir bellicosus esset & à multis potentissimis aduersarijs peteretur, atque ideo ipsi erat commodissima sedes & propugnantibus nequeuntibus propter stagna, lacus, & paludes hostibus illum adoriri, nec illis officiebat id ipsum, nam vt fertur prouerbio assueti pestilentibus durant. Sed Hispanis, vtpotè salubriori cœlo educatis exhalationes & euaporationes humidæ & fętidæ, quæ tam mane, quam vesperi oriuntur grauissime offendunt. Quamobrem, cephalaglis, catharris & rheumatibus nunquam non infestantur, neque verò istuc naturali imbecillitati, & male constitutioni Hispanorum tribui debet, quod ex ipsius soli & cęli intemperie procedit ob aquarum spissitudinem & aëris infectionem Constat præterea neminem quamuis robusto corpore ibi durare posse, aut si vnum fortasse eximas, quid hoc ad tantos? Publicum enim multorum bonum vnius vel alterius bono longe præponendum est. Si itaque vectores tantopere curant equum cuius ope malum aliquod euadere possint: quanto maior habenda ratio Hispanorum, qui totam illam regionem conseruant, & quorum præsidia necessaria sunt ad tuendum nouam illam Ecclesiam ex qua confertim Deo quotidie lucro fiunt, & diaboli faucibus eripiuntur? Præterea si quis gemmam aliquam tanti ęstimat, vt eam cum vniuerso orbe commutare nolit, profecto maioris facienda est sanitas corporis, quod est instrumentum ad ministeria Dei obeunda cuiusque medio ad cęlum via paratur animę. Nec est quod speremus vnquam Hispanorum naturam conformatum iri cęlo, vt inoffensè ibi vitam transire possint eo, quod Indos videmus firma valetudine vti, nam si ferrum quoque ob humorem æruginem contrahit & consumitur, quanto magis corpori humano metuendum est. In summa peropus est nouam Mexicam extrui in loco ficciori, magis peruio aëri & aprico vbi incolæ corpus exercere obambulando & expatiando possint immo hortos & viridaria conserere, & posteri fęlicius educari. E F G H

De collectione. Cap. VIII.

INTER cæteras argumentandi formas, proximè accedit ad ratiocinationis perfectionem collectio, ad fidem faciendum. Constatq; quinque partibus.

- Propositione.
- Ratione.
- Confirmatione rationis.
  - Expolitione.
  - Conclusione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propositio dicitur, per quam ostendimus summatim quid sit quod probare volumus. Ratio est rei dubiæ faciens fidem. Confirmatio est rationis ratio. Expolitio est, quæ appendicis vel exornationis loco adducitur. Conclusio est extrema pars, vt ex præcedentibus liquidum est. Exempli gratia. Viro sapienti pluris æstimanda est fama quam diuitiæ, uel etiam vita. Tolerabilius enim est rei vitæq; iacturam facere, quam famę. Nam damnum acceptum vel res familiaris exinanita expleri & redintegrari potest. Fama autem semel amissa nunquam recuperatur. Vita autē quantumcunque fuerit longa finem tamen & exitum sortitur. Fama verò perennis & funeri supersest. Itaque is, qui nos vita priuat, nihil aliud adimit, quam quod fero, cito natura ab omnibus reposcit. Vnde Aug. lib. de doct. Christ. Sic doctor bonam eligat vitam: vt etiam bonam non negligat famam. Opera enim salutis (teste Hiero. super illud Matth. 4. abiit opinio eius) sine fama boni ocioris non satis relucent auditoribus: nec fama sine opere perficit: sine quibus forma veri sacerdotis non commendatur. laborem quippe non refugit: qui virtutis gloriam concupiscit. Inclyti animi signum famæ diligere commodum: & lucra causarum. Nam qui affectat famæ commodum pecuniæ negligit augmenta. Regnantis facultas tunc fit ditior: quū remittit & acquirit thesauros famæ: neglecta vtilitate pecuniæ. Nam cui fama periit, de eo actum est fere, vt communiter dicitur. Quibus enim honoribus non abundat is, qui illęsam habet famam? & contra Quibus rebus non indiget infamis? Id perspectum habebant bellequę cognitum Prisci, qui ad nominis gloriam conseruandum non facultates modo, uerumetiam liberos & vitam in periculum adducebant. De multis proditum est, qui instar infidelium & impiorum de fama periclitantes ipsi sibi mortem consciscebant, prius ducentes mortem honorabilem sibi accersere, quàm turpem vitam agere. Quinetiam, si pro rebus momentaneis vsque adeo sudamus, communi sensu plane caret, qui famam omnibus aliis rebus non habet chariorem, quæ nunquam restaurari potest. Interdū hæc argumentatio absoluitur quatuor partibus omissa expolitione vel exornatione. Interdum etiam tribus omissa videlicet præterea confirmatione. Sępenumerò propositioni ratio præmittitur, vt si dicamus. Cum incerti sumus de crastino minime procrastinanda est emendatio vitæ, quod idem valet, atque si quis dicat, Non est procrastinanda emendatio vitæ cum incerti simus de crastino. Differt approbatio propositionis in ratiocinatione, & in collectione siquidem in ratiocinatione, ponimus in assumptione id quod probandum nobis est, & deinde ex vtraque præmissarum infertur conclusio hoc pacto. Quisquis adimplet præcepta diuina est Sanctus D. Hiero-

Fama semel amissa difficulter restituitur.

I

K

L

M

D. Hieronymus adimpleuit. Ergo est Sanctus, postquam obseruauit, quod Deus mandauerat. In collectione, in propositione ponimus quid sit, quod probare volumus, & postea rationes producimus in conclusione, ut Sanctus Hieronymus fuit Sanctus, quia perfecit mandata Diuina, Itaque si obseruatores mandatorum diuinorum sunt Sancti, certè D. Hieronymus eo numero habendus est.

N Vna propositio multis probationibus adstrui potest, & rationes aliis rationibus stabiliri, variisque modis sententiarum, prouerbiorum, exemplorum, & comparationum multitudine illuminari, nec non variæ species argumentationum inter se complicari ita vt vnū exemplū in immensum extendatur. Sed nobis euagari non libuit vt breuioribus exemplis manifestius præcepta cōprehenderentur.

Vnde hauriendæ sint propositiones & alia eo pertinentia. Cap. IX.

O INquirendum præterea est vndenā propositiones depromere necesse sit pariterque ipsas rationes, cōfirmationes, & expolitiones; Propositiones, ex ipso statu, & vt ita dicam, ex ipsius causæ cardine eliciendæ sunt. Ea res nullo artificio tradi potest, ut auctor est Quinct. sed ingenii acumen & perspicacitatem ante omnia desiderat intendendo animum in præcipuos articulos controuersiæ, vel quæstionis & quid potissimū probatione indigeat cuius persuasio nobis uictoriam comparet. Rationes inueniuntur consideratis circumstantiis personarum, temporum, locorum, & aliarum rerū quas infinitum esset percensere. Ex ijsdem circumstantijs etiā confirmationes desumendę sunt adhibitis etiam sententiis, exemplis, & comparationibus. Quæ ante in Expolitione Amplificationis specie pertractata sunt. Idem est modus inueniendarum exornationū, quæ nihil aliud sunt quam coaceruatio quædā rationū & comparationū maiori cum prolixitate, quam in confirmatione factum est.

P

De Inductione. Cap. X.

Q INductio est oratio, quæ rebus non dubiis captat assensionem auditorum, quibus assensionibus facit, vt illis dubiæ quędā res propter similitudinē earū rerū, quibus assenserint probetur. Exemplū, Quod pomū generosissimū? puto quod optimum, & equus qui velocissimus & plura in eundē modū. Deinde cuius rei causa illa proposita sunt. Ita hominū nō qui claritate nascēdi, sed qui virtute maximè excellit erit generosissimus. Itē si velles alicui liberos tradere erudiēdos cui cōmitteres an cognatione proximo, an ditissimo, an fortissimo, an verò doctissimo & moribus probatissimo? procul-

dubio

Universidad de Deusto
Biblioteca

dubio respondebis quod doctissimo, accumulatis in hunc modum aliis quibusdam similitudinem habentibus tandem adfers id cuius gratia illa proposita sunt. Toto igitur cælo errant, qui principem creaturi, aut moderetorem magis respiciunt fœdus amicitiæ, aut sanguinis uel facultates, quam scientiam & virtutem. In hac argumentatione propemodum æqualem vim habent argumenta supposita atqúe vera. Suppositа vocamus, quod non est neqúe fuit, sed fieri potest. Nonne si quis nauim perforauerit, qua submersa naufragio communi cum aliis sibi pereundum esset, summæ dementia fuerit? Item siquis domum dirueret cuius ruina ipsius obtereretur eodem loco insaniæ habendus? Deindè aliud, quid ad eorum similitudinẽ inferre licet. Possumus autem pro animi sententia vna vel pluribus comparationibus vti. Notandũ deniqúe eandem vim inesse exemplis, nihil enim adeò impellit animos in quasuis partes velut comparationes & exempla. Idcirco eorum suppellectile nos instructos esse conuenit, ut suo loco ea in promptu habeamus.

R

S

De Enumeratione. Cap. XI.

ENVMERATIO est, cum pluribus rebus expositis, & cæteris infirmatis una reliqua necessario confirmatur, hoc pacto. Necesse est, aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum, aut metus, aut spei, aut amici alicuius gratia, aut si horum nihil est, ab hoc non esse occisum.

Subiectio est, cum orator interrogat uel seipsum, et respondet sibi. Quid huic deerat? quem misericordia custodiebat, veritas docebat, iustitia rogabat, pax fouebat. Item uel cum alium rogauerit: non exspectat responsum, hoc modo Quæro igitur, unde iste tã pecuniosus sit factus, Amplum patrimonium relictum est? At patris bona venierunt? Hæreditas aliqua obuenit? non potest dici, sed etiam à necessariis omnibus exhęredatus est. Prẽmium aliquod ex lite aut iudicio cœpit? non modo id non fecit, sed etiam insuper ipse grandi sponsione victus est. ergo si his rationibus locupletatus non est, aut isti domi nascitur aurum, aut unde licitum non est ipse pecunias accepit.

T

V

Ioan. 18. d.23.

Complexio græcè Dilemma est, in quo vtrum concesseris reprehenditur, vt est illud Mansuetissimi IESV: si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: Si autem bene, quid me cędis? Item si bonus tibi sum magister, quare insectaris quem coluisse decebat? sin malus, quare imitaris? Item, si præscibas euentum quin præmonuisti? si nescisti? cur eos arguis qui rem ante non tetigerunt?

Oppositio est, cum postquam disputauimus in contrariam partem

tem propositionis, tandem ad ipsam propositionem redimus: vt nõ grauia tantum, sed leuia etiam peccata vitanda sunt. Quoniam nisi æmuli & inuidi existerent ferri possent leuiora peccata, sed cum in honore (cuius indiuulsa pedisequa est inuidia) non esses positus, conniueri posset ad leuiora peccata. Sequitur itaqúe, non grauia tantum, sed leuia etiam peccata vitanda esse.

X Violatio est, cum argumentum aduersarij in ipsius caput retorquemus & ostendimus ex eo nostram potius quàm suam opinionẽ roborari: vt, cum vita mortalibus breuis data sit, non est curandũ vt res arduas tentemus. Ita inuertitur. Immo cum vita sit nobis momentanea, incumbendum est, vt aliquid magnum geramus, quo nos vixisse testemur. Item ais, non omne mulieri ducendam vxorẽ propter magnitudinem luctus ex eius interitu: at contra ea coniungendæ vxoris præcipua causa, vt dolores nostros liberorum solatio leniamus.

Y Conclusio simplex est, cum ad vnius positionem vel destructionem, alterum quoqúe ponere vel destruere necesse est: vt, spirat? ergo viuit: Peperit? ergo desijt virgo esse. Quod tamen, in cœlorum Regina Dei mater, & omnium Domina, Virgine, scilicet Maria, locum non habet: cuius ea est eminẽtia, vt ante partum, in partu, & post partum virgo permanserit. Quia non tetigit eam Abimelech, & fuit porta clausa per quam præter Christum nullus egressus est Spiritus Sancti opere. Alia schemmatum, & troporum genera quàm plurima, ab oratoribus vsurpari consueuerunt, quibus splendescit, & illuminatur oratio: de his omittimus dicere, quoniã ad grammaticorum peritiam pertinent: neque etiam latinè cùm scribamus, facilè esset communi, qua omnes vtimur lingua, figuras & ornamenta in medium ponere. Moneo huius libri lectorem, ut grammaticam artem valde vtilem, ac etiam oratori necessariã non contemnat: præcepta, quæ à pueritia didicit, ad vsum reuocet: Grammatica vtatur tanquam famula, ad animi sensa exprimenda: bonos grammaticos legat: imitatione, & exercitatione, stylum, qui est optimus dicendi effector, & magister, alat. De numeris etiam, longum, & superuacaneum arbitror agere: Christianus orator in minimis non est occupandus: præterquàm quod in hoc satis bonũ, & magnificiendum est aurium iudicium: quibus est consulendum, ne eodem semper sono feriantur: & ne nimium numerosa oratione vtentes oratores: canere potius cantilenas, quàm ad populum dicere videantur: in quos: illa uerba accommodari possunt: si loqueris, cantas: si cantas, malè cantas.

Z

A

Grammatica non contemnenda.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De argumentis & eorum definitione. Cap. XII.

NEQVE argumenta nostra exponere, neque contraria commodè soluere possumus nisi causæ constitutionem cognouerimus. Itaqúe eius tractatio, prout feret instituta breuitas, pertractanda est. Status est quæstio, quæ ex prima causarum cõflictione nascitur. Status autem appellatio, dicitur ducta, ex eo, quod ibi sit primus causæ congressus, vel quod in eo causa consistat. vt sit intentio accusatoris. Occidit. N. depulsio verò defensoris. Non occidi. Ex hac prima conflictione, nascitur illa quæstio. An occiderit necne? status autem à diuersis diuersa nomina sortitur. Alii quæstionem, alii summam, alii constitutionem vel argumentum appellant. A Iuris peritis causæ contestatio dicitur: Et quoniam in omni disceptatione quęritur an sit, quid sit, & quale sit, tres inde oriuntur statuum differentię: quę diligenter obseruandæ sunt, ne incerta fluctuet oratio, sed in propositum scopum mentem & orationẽ dirigamus. Quandoquidem rem prorsus inutilem faciunt, & ut in prouerbio est scopas videntur dissoluere, qui obliti finis multa hinc inde coaceruant nihil ad rem pertinentia, Status igitur triplex est.

Status quid sit.

Status uariis sortitur nominibus.

B

C

- Coniecturalis.
- Finitiuus.

} Qualitatis.

De Statu coniecturali. Cap. XIII.

CONIECTVRALIS est, cum de facto controuersia est: hoc modo. Aiax in sylua postquam resciuit, quæ fecisset per insaniam gladio incubuit, Vlysses interuenit, occisum conspicatur, è corpore telum cruentum educit. Teucer interuenit, cum fratrem occisum, & inimicum fratris cum gladio cruento videt, capitis arcessit. Ex prima intentione, & infitiatione iudicatio oritur, hoc modo. Intentio est; occidisti Aiacem, infitiatio, non occidi, Iudicatio, occiderit ne? Ratio omnis vtriusqúe orationis vt ante dictum est ad hanc iudicationem conferenda est. Et quoniam coniectura hic verum quæritur de facto erit controuersia, & ex eo constitutio causæ coniecturalis nominatur. Huc potisime deseruiunt circumstantiæ ipsius personæ, necnon temporum, atqúe locorum accommodando orationi nostrę cum quodam delectu ea, quæ maximè quadrare videntur: interpositis quibusdam verbis quæ suspicionum aculeos in iudicum animis relinquant dicendo, nihil casu euenisse, & omnia de industria esse facta, vt exempli gratia. Teucer hoc modo

D

E

Circunstantiæ personæ.

Exemplum.

F

G

H

do accusationem cõtra Vlyssem institutam exponere potest. Cum Vlysses capitali odio ab Aiace discideret (quod omnibus palam est) dolo suo malo istuc egit, vt eum semper obseruaret donec eum in loco aliquo remoto & disito opprimeret, vbi scelus suum iam ante præmeditatum perpetraret. Quod postquam euenit, ex insidijs eum adortus est, & quod aperto Marte præ sua pusillanimitate ne cogitare quidem ausus fuisset, eũ gladio transuerberauit. Defensor contra rem gestam nude enarrare debet & dissoluet suspicionem iniectam: vt si præsentem narrationem iisdem verbis referat quibus suprapositа, aut etiam simplicioribus. Animaduertendum autem est patrono rei in primis vt circumstantias, quæ ei aduersabuntur diluat & reprehendat. Quæ verò iuuabant ijs diutius immoretur, easqúe curiosè ob oculos ponat. Multa præterea sunt argumenta quibus causæ nostrę fidem contrahere possumus, aut saltem veri similitudinem. Verisimilitudinem expensis tribus temporum differentiis. In tempore præterito considerandum erit vbi visus fuerit reus, cum quo, quę fuerint eius pręparamenta, quales sermones, an vnquam minatus sit, quibus amicis, quibusqúe instrumentis ad perficiendum propositum vsus fuerit. In tempore præsenti inspiciendum, si ipse apparuit alicubi dum res gereretur qui strepitus, quæ vociferationes et tumultus et in summa numquid visu, odoratu, gustu, tactu, vel auditu perceptum fuerit quod ad intentionis nostræ confirmationem valeat. Quod ad tempus præteritum, videnda sunt, quæ consecuta fuerunt, utpote, an existant inditia quibus probetur quo instrumento mors violenta sit illata, vestes cruentæ, locus sanguine fœdatus, An reus mutauerit colorem facta cædis mentione, an titubauerit, an iuramentis leuiter vel serio factum negauerit. Ad quæ accusatori dicere licebit, eum vsqúe insueuisse sceleribus & esse tam perdita fronte, vt nulla re moueatur. Accusatus autem respondere potest, siquidem expalluit, hoc non culpa factum sed metu periculi, & suppliciorum ob falsa testimonia. Si verò non mutauit colorem, id ex animo bono sibi conscio processisse. Sunt præterea communes loci cùm accusatoris, tum defensoris. Primus à testibus, Hic dicemus secundum auctoritatem & vitam testium, & constantiam testimoniorum. Contra testes vitę turpitudinem testimoniorum inconstantiam. Secundus, à quæstionibus. Tertius, ab argumentis & signis hoc modo, cum multa concurrant argumenta & signa, quæ inter se consentiant, rem perspicuam, non suspiciosam videri oportere. Hæc enim eo modo exponi, quomodo re vera sunt gesta, testes corrumpi posse uel pretio, uel gratia, uel metu, uel simultate. Quartus, à rumoribus si negabimus temerè famam nasci solere.

Téporis cõsidera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De constitutione finitiua. *Cap. XIIII.*

LEgitima constitutio est cum ex scripto, aut ex scriptis aliquid controuersiæ nascitur. Ea diuiditur in partes sex. Prima ex scripto & sententia cum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire. Sic Tullius nititur probare in Philippicis Seruio Sulpicio statuam esse ponendam, quia legatus contra Antonium in itinere vitam finiuit: lex autem illis hunc honorem concedebat, qui in legatione pugnando occubuissent. Tullius verò contendit etiã Seruio Sulpicio deberi, eò quòd incommodis & aduersitatibus susceptæ expeditionis mortuus est; nec obstare debere, quod in armis non ceciderit. Secunda ex contrariis legibus, cum alia lex iubet aut permittit, alia uetat quippiam fieri, ita vt ambo, accusans videlicet, & accusatus, legem pro se habeant. Sic lex iubet eum, qui occidit alium capite mulctari. Altera lex vetat sacerdotem ultimo supplicio affici. Sacerdos alium interfecit, & capitis arcessi. Sacerdos uerò capitis pœnam à se depellere studet. Constitutio hæc legitima est ex contrariis legibus. Tertia, Ex ambiguo controuersia nascitur, cum scriptum duas aut plures res significat, hoc modo, Patersfamilias cum filium heredem faceret testamento vasa argentea vxori legauit, hoc modo, Tullius hęres meus, Terentiæ vxori meæ x x x. pondo vasorum argenteorum dato. Post mortẽ eius vasa pretiosa, & cælata magnificè illa petit. Tullius se quæ velit ipse x x x. pondo ei debere dicit. Constitutio est legitima ex ambiguo. Quarta ex definitione constat causa cum in controuersia est quo nomine factum appelletur, ea est huiusmodi. Abstulit aliquis rem sacram ex loco profano; in dubio est an sacrilegus sit vocandus necne? potissimè si is qui sustulit sacram esse ignorauit. Quapropter sacrilegii ex futuri definitione veritas inquirenda est. Quinta ex translatione controuersia nascitur cum aut tempus differendum, aut accusatorem mutandum, aut iudices mutandos reus dicit. In hac parte nos iuris ciuilis scientia maxime adiuuabit. Sexta ex ratiocinatione controuersia constat cum res sine propria lege venit in iudicium, quæ tamen ab aliis legibus similitudinem quandam aucupatur. Idipsum quinque modis vsu venit. Primum, an id quod semel in iure probatum est in cõsequentiam trahi debeat: ut latro adiudicatus suspendio, antequã suffocaretur fracto laqueo in terram decidit atque euasit. Quæritur vtrum secundo ad patibulum rapi debet. Secundo, an id quod in vno statutum est in aliis quoque locum habeat. Leges Romanæ prosequebantur eos singulari quodam iure, qui tres liberos excitassent, ambigitur, quid iuris

K

L

M

N

O

P

in eo qui numerum hunc duplicauit, uel triplicauit. Tertio, non quod semel obtinuit alias quoque obtinere debet: Vt, Ius est, qui defloruerit mulierem eam vxorem ducat, aut eam data dote elocet, fugit auctor stupri, interim illa viro nubit: controuersia oritur, an ea suum ius tunc exigere possit. Quarto, an idem sit ius in parte, quod in toto. Sic, veritum aratrum pignori accipere, sed quidam burim sumpsit sine qua nullus est usus aratri. Quinto, num totius eadem sit ratio quę partis, vtpote cautum est ne lanæ regno euehantur, in fraudem autem legis oues lanigeras aliquis educit. Cum voluntas scriptoris, cum scripto disfidere uidebitur his locis utemur secundum narrationem. Primum, scriptoris collaudatione, deindè, scripti recitatione dicendo: scriptorem si aliud voluisset facilè id expressurum fuisse, ad euitandum obscuritatem quemadmodum omnia diligenter perscribere solitus sit mox à nobis sententia reperietur, & causa proferetur quare id scriptor senserit quod perscripsit, & demonstrabitur scriptum illud esse dilucide, breuiter, cõmodè, perfectè certa cum ratione. Post quod exempla proferentur, quę res cum aduersariis sententia redderetur, & voluntas afferretur à scripto potius iudicatę sint. Postremò, ostendetur quam periculosum sit à scripto recedere. A sententia, sic dicemus. Primum laudabimus scriptoris commoditatem, atque breuitatem, quod tantum scripserit quod necesse fuerit, illud quod sine scripto intelligi potuerit, non necessario scribendum putarit. De partibus legitimæ constitutionis satis dictum est: nunc ad iudicialem reuertamur.

Q

De statu qualitatis vel iudiciali. *Cap. XV.*

R

IVdicialis constitutio est cum factum conuenit: sed iure an iniuria factum sit, quæritur. Eius constitutionis partes sunt duæ, quarum vna absoluta altera assumptiua nominatur. Absoluta est, cum id ipsum quod factum est, ut aliud nihil foris assumatur, recte factum esse dicemus. Ea est huiusmodi, Occidisti matrem? occidi: Sed iure: illa enim patrem meum occiderat. Assumptiua pars est, cum per se defensio infirma est, sed assumpta extranea re comprobatur. Assumptiuę partes sunt quatuor: concessio, remotio criminis, translatio criminis, comparatio. Concessio est cum reus postulat sibi ignosci. Ea diuiditur in purgationem, & deprecationem. Purgatio est, cum consultò se negat reus fecisse. Ea diuiditur in fortunam vt Cępio ad Tribunos plebis de amissione exercitus. Imprudentiam, vt si quis aliquem occiderit, alium existimans esse, aut eum quem iure sibi occidere licuisset. Necessitatem vt prohibitũ est naues armatas in portum deducere, sed maris intemperies com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulit. Deprecatio est cùm & peccasse se, & consultò fecisse confitetur, & tamen postulat vt sui misereantur. Hoc in iudicium nobis venit: at in senatum, aut ante Imperatorem & in consilium talis causa potest venire quãdo pro eo dicimus, cuius multa rectè facta esse constat. Si plura, aut maiora officia, quam maleficia videbuntur cõstare, & ex aliis locis communibus quibus ignoscendum esse probatur. His locis omnibus ex contrario utetur is, qui contradicet, cum amplificatione & enumeratione omnium peccatorum. Ex translatione criminis causa constat cum fecisse nos non negamus: sed aliorum peccatis coactos fecisse dicimus. vt Orestes cum se defendit in matrem confert crimen. Ex remotione criminis causa constat, cum à nobis non crimen, sed culpam ipsam amouemus, vt si quis se iussu eius fecisse defendat cui non potuerit non parere. Eadem est ratio si omittamus aliquid nobis impositum, quod ad exequendum impares simus. Defunctus seruum testamento liberum esse iussit, vt statuam eius inter cæteras Romanæ ciuitatis statuas collocaret. Voluit parere seruus: sed legibus contrariis inhibetur. Manumitti postulat heredes detrectant. Ex comparatione criminis causa cõstat, cum dicimus necesse fuisse alterutrum facere, & id quod fecerimus satius fuisse facere. Sed his abunde expositis (postquam omnis scientia in Theoricam diuiditur, quæ rationem rei tradit & Practicam, quæ vsum edocet) visum est vsum eius paucis demõstrare.

Theorica & Practica scientia.

S

T

De quæstionibus, & eorum singulis exemplis. Cap. XVI.

EXpositis Argumentis, consequens videtur, vt ambiguitatum siue quæstionum genera ostendamus. Est autem quæstio sententia cum nota quærendi, ideſt, dubitandi proposita: quę veterum consensu Philosophorum, aut soli Deo, vel naturæ cęlesti sunt cognita, aut omnibus obuia, aut solis peritis hominibus explorata. Quę soli naturæ cęlesti cognita, nefas indagarè: quæ omnibus certa, delirum est disputãdo exquirere. Sola restant igitur peritis dumtaxat explorata, ratione & intelligentia patefacere. Vnde contemplatio ipsa quatuor quęstionibus continetur, quas schemata simplicia, vel Theses nocant. De quibus inferius, explicanturque certis argumentis, quorum ratio est omnino quadripartita. Quæritur siquidem.

V

X

{An sit. / Quid sit.} {Quale sit. / Cur sit.}

An sit.

An sit, coniectura explicatur hoc modo. vt cum quæritur, natura ne sit Ius inter homines, an opinionibus: aut cum quæritur, quæ

fuerit

fuerit origo cuiusque rei, vt, quæ origo Grammaticæ aut Rhetoricæ, disciplinarumue reliquarum: aut de interitu: vt non sit in homine virtus interitura. Quid sit, definitione explicatur: vt cum quęritur, quid sit Iustitia, quid sit sacrilegus, quid sit æther, proprium ne sit rectè loqui Grammatici: & ornate dicere sit ne propriũ oratoris, quot sint virtutum genera, aut si qnæritur, quæ sit natura auari, seditiosi, glorioſi, Insulti. Quale: sit ne appetenda gloria, an expetenda pecunia, laus ne an opes magis expetendę. Num fugienda paupertas. æquum ne sit vlcisci iniurias. honestum ne sit glorię causa mortem obire. Cur sit, finem spectat & coniectura explicatur. Ideſt, quadam ingemj sagacitate, qua adiuuatur doctrina locorum quorum tractatio est duplex.

Quid sit.

Quale sit.

Cur sit.

Y

{Communis & / Argumentorum.}

Communis, depromuntur ex generibus virtutum & vitiorum, quæ in vsu & vita communi maximè versantur. Argumentorum verò amplificantur à toto à definitione &c. Vt infernus patebit. Quibus facillimè retineri & publicum ad vsum accommodari possunt ea, quæ ex legibus, Historiis & sacra quisque perceperit lectione. Sed quoniam est animus prędicatorem instruere & formare. Ideo primum locos ex sacra scriptura colligat communes, quæ tanquam elementa, & communia sint principia Theologicę: quibus diligenter ascribat, quidquid vsquam vel legerit, vel audiuerit memoria dignum vt cum vsus poscat, ex iis veluti promptuario quodã vberrimo iterum possit repetere. Sunt autem loci huiusmodi. Sacra scriptura. Deus, Trinitas, Creatura Angelus bonus, Angelus malus, Homo, Ecclesia, lapsus hominis, Peccatum originale, liberum Arbitrium, Voluntas hominis, lex. peccatum, Mors, damnatio eterna, Euangelium, Christi incarnatio, Passio, Mors, Resurrectio, Pœnitentia, Fides, Spes, Charitas, Iustificatio, bona opera, species, Sacramenta Sacrificia, Circuncisio, Agnus Paschalis, Baptismus, Eucharistia, Cęremoniæ, Traditiones diuinæ, leges Ecclesiæ, functiones Ecclesiæ, Magistratus, Resurrectio vniuersalis, Iudicium extremum, vita æterna; & alii eius generis loci complures, sine quibus ægrè quis ad altiora progredi, immo sine quorum aliquali cognitione, nihil vnquam certi de quęstionibus in Theologia propositis cõstituere poterit. Deinde vtilissima illa amplectatur scholasticæ disciplinæ exercitia, siue pro gymnasmata: quorũ alia publica ut sunt.

Z

A

{Disputationes. / Declamationes.}

B

Priuata,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Priuata in quibus se etiam intra parietes, quis potest exercere: inter quæ præcipua ferè hęc sunt. Epistolæ. Tractatio Thematum per causas & quæstiones, An sit, Quid sit, Quale sit, vt paulò superiùs dictum est. Inuestigatio Artificij, In bonis auctoribus.

{Dialectici. {Paraphrasis. {Dialogus.
{Rhetorici. {Epitome. {Cõmentario & sermo extẽporalis.

De quibus omnibus, vide lib. 3. de rectè formando Theologiæ studio, restituturn per D. Laurentium à Villauicentio. Quod enim sagittariis, quorum studium est scopum ferire, directo contentoque arcu: hoc est veri inquisitio fortuita ingeniis sagacium hominum. Et vt sagittarius non semper ferit scopum, ita non semper verum in causis dubiis disputationis contentione apprehenditur. Quamobrẽ inuestigatio hæc ingeniosa, quæ per singulos locos, & velut mentis tela in causæ scopum dirigit, coniectura dicitur. Translatio est sumpta ab iisdem sagittariis, qui cum multa tela inijciant, simulq; emittant, non tamen semper omnes feriunt. Sunt autem particulæ quibus quærimus: an, vtrum, quid, cur, quomodo, quale, quod genus, quæsitiua nominant Grammatici. Sic quæstiones sunt: An Deus sit, qualis sit vita Dei, cur mundus sit creatus, an vtiles literæ, an reipub. noxij mercatores, an ducenda vxor studioso.

Interrogandi particulę.

De sedibus argumentorum, pariterq; argumentis. Cap. XVII.

POsteaquam quęstionum genera Cognita sunt, vt omnis soluatur ambiguitas, opus est argumentis: quæ ut arte deprehensa teneantur, quibus de locis eruantur inspiciendum est. Et quoniam Christianorum rhetorum cognitionem habere cupimus, demonstratiuorum & sophisticorum locos missos faciemus non tanquam malos, & minus necessarios, ut hęreticę garriunt, sed quoniam eos cuilibet in Dialecticorum licebit opere expetendorum, ac fugiendorum intueri: nunc demum probabilibus erimus contenti. Sunt ergo loci, vndè probabilia educuntur argumenta, argumentorum ipsorum sedes: quorum alios extra dicendi rationem ad id quod in controuersia, positum est, comprobandum accipimus, alii, quos ex causa trahimus: illos artis expertes, hos artificiales solemus appellare. Ex illo priore genere sunt, præiudicia, rumores, tormenta, tabulę, iusiurandum, teste: Ex altero sunt, ex toto à definitione, vt inferius patebit.

Argumentorum diuisio.

De in artificiali probatione.

Præiudicium itaque dicitur res, quæ cum statuta fuerit, affert Iudicaturis exemplum quod sequantur: vt à senatu aduersus Milonem. Confirmantur præcipue duobus, auctoritate eorum, qui pronunciauerunt, & similitudine rerum de quibus quæritur. Erit ergo à præiudicio argumentum huiusmodi: senatusconsulti de hac re præiudicium latum est: non est ergo, quod de ea plura dicamus. Nam aduersus consulta senatus, de cretaúe principum vel magistratuum, remedium nullum est.

a Pręiuditio.

Rumor ac fama publicum testimonium est, quod qui vult infringere sermonem vocat sine vllo certo auctore dispersum: cui malignitas dederit initium, incrementum credulitas: quod fraude inimicorum alicui possit accidere innocentissimo. A tormentis probamus, cum dicimus inuentam eiusmodi quæstionem, ob uera fatendi necessitatem. Contra tormenta, dicit ipsa esse plerumqúe causam falsa dicendi: quod alijs patientia facilè, mendacium faciat aliis infirmitas necessarium. A tabulis, aut pro tabulis, aut contra tabulas: quas scimus refelli ac recusari, id notius est argumentandi genus, quàm vt pluribus hoc tempore videatur explicandum. A testimonijs argumentamur, circa quę patronis causarum sudor. Pro testimonijs & contra testimonia quo pacto argumẽtandum, res ipsa nos admonebit. A iureiurando argumentabimur, magnum momentum videri, à viri auctoritate inductum, aut à viri improbitate refellemus.

Rumor.

a Tormẽtis.

a Tabulis.

De probatione Artificiali. Cap. XIX.

PEruulgata satis hæc sunt argumentorum genera, quę artis dicuntur expertia: & ex ea quæ agitur causa facilè nobis suggerentur, quare ad artificialia transeamus, sic.

A {Toto. {Contrario.
{Definitione. {Adiunctis. {Materiali.
{Etymologia. {Antecedentibus. {Efficienti.
{Coniugatis. {Causis. Scilicet. {Formali.
{Genere. {Consequentibus. {Et Finali.
{Forma. {Repugnantibus.
{Similibus. {Comparatione. Scilicet. {Maiori.
{Differentia. {Effectis. {Minori.
{Pari.

Et in primis à toto Initium sumentes, sicuti omnes fecere, ducitur argumentum, cum quod in quęstione positum est definiendo cõprobamus. Definitio propriè per genus & differentiam fit: vt homo est animal rationale. Rhetorica est benedicendi scientia. Sed aliquando loco definitionis vtimur descriptione: Vt homo est animal bipes, cuius caput in cęlum attollitur, & binæ ab humeris dependent manus, & eo modo reliqua. Si ergo quęstio de toto aliquo, ea definiendo diluitur. Est autem definitio, vt Plato inquit

Breuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Breuis oratio, subiectæ rei naturam ostendens. Vt autem Aristoteles: Definitio est oratio, quæ id quod definitur, explicat quid sit. Hæc igitur propriè per genus & differentiam, vt diximus, id facit. Sed aliquando etiã diuidendo, vt genus in species: aliquando partiendo, vt totum in partes. Vt si fuerit quæstio de animali, quid sit, de toto animali quæritur. Per genus ergo & differentiam definiendo diluo quæstionem: cum dico, animal est quod partim in terris, partim in aquis, partim in aëre vitam ducit. Partiendo hoc modo: animal est, quod anima constat sensibili & corpore. Aliquando definimus à contrarij remotione, vt Horatianum illud: L

Virtus est vitium fugere, & sapientia prima
Stultitia caruisse.

Si fuerit ergo quæstio, an concha maris sit animal, à toto, nempe ab animali traho argumentum per definitionem dicendo: animal est substantia animata sensibilis: concha maris est substantia sensibilis, ergo concha maris est animal. Ex partium enumeratione trahitur argumentum: vt si quæratur, an montis crypta sit domus, diluitur quæstio hoc modo: domus constat solo, fundamento, ac parietibus consurgit: & tecto supernæ contegitur: crypta non est huiusmodi: non ergo domus. M

Ab etymologia. A nota verbi, seu etymologia, locus ducitur argumenti, cum quod in quæstione positum est; etymologia dissoluitur: vt Christianorum est pupillis necessitatẽ patientibus succurrere, cum Christianus dicitur à Christo: Et is dicitur Christi, quę fidem Christi habet, qui spiritu Christi virtuosè operatur, & ad eius imitationem miseris subuenit. Item, Nulla omnino mouetur iniuria, qui alienum dolorem tanquam proprium sensit. Cum ille verus Christianus sit, quæ omnibus misericordiam facit, quia Christianus est unctus. Huius argumentandi generis exemplo, & subsequentiũ inuenies quam plurima in Rhetorica Ecclesiastica D. Aug. Valerii. Item si quæratur de quopiam, an sit locuples, ab Etymologia argumentabor hoc modo: locuples est qui locis abundat: abundat autem locis ille, est ergo locuples. Potest & per negationem comprobari: vt quod ex humo non est, id non est homo: non est autem ex humo anima, non ergo anima est homo. N

Aconiugatis. A coniugatis. Coniugata dicuntur quæ sunt ex verbis generis eiusdem: vt prudens, prudenter: vt si quæratur de quopiam, sit ne prudens, arguetur esse hoc modo: Prudenter agit, ergo prudens est. Ita iustè agit, ergo iustus est, ager est compascuus, ergo licet compascere. O

A genere. A genere sicut à toto diximus partes comprobari partiendo, ita à genere species diuidendo comprobamus. Nam cum Rhetorica in partes diuidatur, inuentionem, dispositionem; elocutionem, memoriam & pronunciationem: si quid fuerit harum partium, ostendemus esse inter partes

Rhetoricę collocandum. At cum eiusdem artis sint species, demonstratiua, deliberatiua, iudicialis, in quas, Rhetorica, genus diuiditur: ostendemus si qua oratio structa in harum aliqua fuerit specie, totam eò confluere Rhetoricam, & partes ipsius ibidem inueniri. Et si quis moriens legauit argentum vxori omne suum, quæratur, num etiam numerata domi pecunia legata sit, è genere eruetur argumẽtum hoc modo: Omne argentum vxori legauit maritus, atqui numerata domi pecunia argentum est, ergo & numerata domi pecunia legata est. P

A forma. A forma siue specie est, cum sicut à partium enumeratione totum comprobari diximus: ita à specie genus demonstratur, quæ hoc modo distinguuntur. Si totũ velimus ostendere, omnes nobis partes sunt ostendendę: nàm si orationis partes non octo, sed pauciores attingamus, non poterimus omnem orationem illis cõclude e, velut si Rhetoricam tanquam totum quoddam velis per inuentionem & dispositionem comprehendere, non possis. Contra vero ipsam tanquam genus ostenderis, una dumtaxat expressa specie, uel iudiciali, vel deliberatiua, vel demonstratiua: vt Rhetorica deprehenditur, vbi iudicialis fuerit oratio. Q

A similibus. Vt quoniam respublica veterum ferè consensu tres habet species, quæ populi, quæ paucorum, quæ vnius potestate regatur, ad genus quod est respublica, constituendum vna harum satis erat. A similibus argumentum est: vt si continentia virtus est, & abstinentia. Si fidem debet tutor, & procurator. Ac sicut in inductione, de qua post, vbi de argumentatione interrogando: vt, prudentia ne est virtus; & iustitia non est. Item si feræ partus suos diligunt, qua nam in liberos nostros indulgentia esse debemus? R

A Differentia. A differentia. Non si lætitia bonum, & voluptas. Non quod mulieri, idem & pupillo. Si barbarorum est in diem viuere, nostra consilia sempiternum tempus spectare debent. Ac in vtroque genere, & similitudinis & dissimilitudinis exemplo ponunt oratores ex aliorum factis, aut dictis, aut euentis, fictæque narrationes plerunque ponuntur.

A contrario. A contrario. Si Gracchus nefariè: præclarè Opimus. Si frugalitas bonum, cur non malum luxuria. Si malorum causa bellum est, erit ementatio pax. Si veniam meretur quod imprudens nocuit, non meretur præmium qui imprudens profuit? per interrogationem, vt Horatianũ illud. S

Descriptas seruare vices plerumque colores.
Cur ego si nequeo ignoroque poeta salutor?

Et rursus, Cur nescire pudens prauè, quàm discere malo?

Ab adiunctis. Ab adiunctis. Si pietati summa tribuenda laus, debetis moueri cum Pium IESVM super Hierusalem, & super filias Hierusalem, tam pie lugere videatis. Si bonum Iustitia est, rectè iudicandum. Si malum perfidia, nõ est fallendum. Quod quis non habuit, quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ab antecedentibus.

A causis.

A consequentibus.

Ex repugnantibus.

Ex effectis.

modo perdit? quem quis amat, sciens non lædit. Quem quis heredem suum esse voluit, Charum habuit. Ab antecedentibus. Si veri culpa factum diuortium, & si mulier nũciu.n remisit, tum pro liberis manere nihil oportet. Si natum est, mouetur. Si multis cumulabat officiis: diligebat, colebat. Ex causis, vt auaritiam si tollere vultis, mater eius tollenda luxuries. Si sapientia bonum virũ facit, bonus vir est vtique sapiens: ideoque boni est honestè facere, mali turpiter. Et, qui honesta faciunt, boni: qui turpia, mali re- T
ctè iudicantur. Hoc genus ad exhortandum plurimùm valet: virtus laudem facit, sequenda igitur. Scientia gloriam parit, discendum igitur, Imperitia rerum contemptum gignit, vitanda igitur. A consequentibus. Si ferro ille interfectus, & tu inimicus, & cùm gladio cruento comprehensus in illo ipso loco, & nemo præter te visus est, & causa nemini fuit occidendi, & tu semper audax, quid est quod de facinore possimus dubitare? Item vt pro Opio Cicero: Quos educere inuitos in prouinciam non potuit, eos inuitos retinere qui potuit? Consequens enim est eos qui inuiti duci non potuerunt, inuitos non potuisse retineri. Rursus. Si portorium Rhodiis locare honestum est, & Hermocreonti conducere, & quod dicere honestum est, & docere. Idem efficit Domitii Aphri sententia: Ego accusaui, vos damnastis. Consequensque, Natus est, ergo morietur. Ex repugnantibus: Qui sapiens est, stultus non est vt Crassi illud: Non si Opimium defendisti Carbo, idcirco te bonum ciuem putabant: simulasse te, & aliud quidem quæsisse perspicuum est: quod Gracchi mortem sæpe in concionibus deploraſti: quod P. Aphricani necis socius fuisti: quod eam legem in Tribunatu tulisti: quod semper à bonis dissensisti. Et per interrogationem, vnde per acuta efferuntur enthymemata: de quibus mox, hoc modo: Pauces ciues metuis occidere: ne respublica intereat nihil allaboras? Hunc quem non accusas, damnas: & quem de te bene merĭtum autumas esse, male mereri acclamitas? Item id quod scis, prodest: & id quod nescis, non obest. Ex effectis non difficile fuerit habere argumentum: nam vt causa quid sit futurum indicat, ita quod effectum fuerit causa demonstrat. Dies est, ergo sol lucet super terram. Peperit ergo eum viro concubuit. Hic locus oratoribus & poëtis, & quandoque philosophis, ac eis omnino, qui ornatè & copiosè loqui possunt, suppeditat mirabilem copiam dicendi, cũ denunciant quid ex quaque re sit futurum. Causarum nanque cognitio, cognitionem facit euentorum. suas tamen effectorum causas oportet adducere: nam sicut corpus in lumine vmbram necessario facit, & vbicumque est vmbra, ibi esse corpus ostenditur: Ita necessarium non est, vt qui coloratus, à sole sit. Iter quoque puluerulentum

lentum facit, sed non omne iter puluerem mouet, neque quisquis puluerulentus, ex itinere est. Ex comparatione maiorum: vt illud B. Hieronymi ad Heliodorum. filius hominis non habet, vbi caput reclinet, & tu amplas porticus, & ingentia tectorum spatia metuis? A minori ad maius, vt illud Saluatoris nostri ad Nicodemum. Si terrena quæ dixi vobis, non creditis, quo modo si dixero cælestia credetis? A pari, vt quemadmodum pastores cõsulunt saluti sui gregis, reges suorum populorum, medici morbo affectis corporibus: ita pastores animarum prodesse debent iis, quibus præsunt. Item. A maiori aliud exemplum. Si bona existimatio diuitus præstat, & pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis expetenda est? Item: si quis sacrilegium facit, faciet & furtum. Si adulterum occidere licet, & loris cędere. Ex minore. Hic paruę consuetudinis causa, mortem huius tam fert familiariter. Quid si ipse amasset? Quid hic mihi faciet patri? Rursus. Qui facilè ac palàm mentitur, peierabit. Iterum; Si furem nocturnum occidere licet, quid latronem? Ex pari, vt: Est eiusdem & eripere contra rempublicam, & largiri pecunias. Qui ob rem iudicandam pecuniam accepit, & ob id dicendum falsum testimonium accipiet. Rursus: Quę pœna aduersus patris interfectorem iusta est, ęadem aduersus matricidam iuste infligitur. Ex comparatione.

De locis sententiarum, siue argumentorum, quæ ex sacris colliguntur scripturis. Cap. XIX.

ARGVMENTORVM, quæ ex sacris colliguntur scripturis sunt alia.

Necessaria. / Probabilia. Et falsa.

Necessaria: qualia sunt, quæ sumuntur ex Biblia, Conciliis Oecumenicis, constitutiones Pontificum, per Ecclesiam approbatis. De quorum veritate, cùm à Spiritu Sancto sint dicta, nõ licet dubitare.

Probabilia, quæ ex Sanctorum patrum ducuntur opusculis, de quibus Aug. duas tradit regulas prima. Ego, inquit, solis eis scripturis & libris, quæ Canonici appellantur, didici tunc timorem honoremque referre, vt nullum eorum scribendo errasse audeam credere, aut si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud existimem, quàm mendosum esse codicem, vel non esse assecutum interpretem, quod scriptum est, vel minimè intellexisse, non ambigam. Secunda Regula Alios autem ita lego, vt quantalibet Sanctitate, quanta doctrina polleant, non ideò verum

Universidad de Deusto
Biblioteca

putem, quia ipsi ita senserunt. Sed quia mihi per alios auctores, aut Canonicas scripturas, vel probabiles rationes, quòd à vero non abhorreant, persuadere poterunt. Falsa, quæ hæreticorum, aut dictis continentur, aut scriptis: de quibus agitur. in C. quidam autē hæretici 24. q. 3. C. Sancta Romana Ecclesia. 15. D. C. Damnamus extr. de summa Trin. & fide Catho. c. vnico. eod. tit. in 6. In Clemen. 1. etiam eodem tit. Item in Clemen. ad nostrā de hære. in qua damnantur errores Begardorum. Et in aliis locis & conc. generalibus. Tales doctrinas publicè vel priuatim asserere non licet, nec etiam legere aut tenere libros, eas continentes, propter periculum quod qui amat, peribit in illo. D

Ecclesiastici.

Qui loci quibus congruant quæstionibus. Cap. XX.

MEmorati hactenus omnes loci ad quęstiones pleraſque, sed alii ad alias aptiores. Ad coniecturam igitur maximè apta, quę ex causis, quæ ex effectis, quæ ex coniunctis sumi possunt. Ad diffinitionem autem pertinet ratio, & scientia definiendi, atque huic generi finitimum est illud quod à Cicerone appellatur de eodem, & de altero: quod genus forma quædam est definitionis. Nàm si quęratur, sit ne idem pertinacia & perseuerantia; Rex & tyrannus, tutor & curator, definitionibus iudicandum est: loci autem conuenięt in definitione consequentes, antecedentes, repugnantes, & adiuncti: & præterea qui ex causis & effectis: vt si hanc rem illa sequitur, hanc non sequitur, aut si huic rei res illa antecedit, huic non antecedit: aut si huic repugnat, illi non repugnat: aut si huic rei hæc, illius alia causa est: aut si ex alio hoc, ex alio illud effectum est, ex quouis horum id de quo quæritur, idem ne an aliud sit inueniri potest. Ad tertium genus quæstionis, in quo quale sit quæritur, cadūt quæ in comparatione sunt memorata, quæ expetenda, quæque fugienda, animi, corporis, & externa commoda vel incommoda. Cum de æquo & iniquo quæritur, æquitatis loci colliguntur, qui sunt & natura & instituto: natura: vt quilibet sua tueatur, instituto, aut lege, aut pacto, aut moris vetustate confirmata. Omnia suggerunt nobis argumenta. Itidem pietas, sanctitas, iustitia, aut æquitas, amentatas nobis ad ineundum certamen hastas abunde suppetunt. Quarto generi, cur sit, conueniunt omnes qui coniecturæ loci sunt à nobis dicti. Denique cum sint quæstionū genera duo præcipua: Vnū infinitum quod thesin Græci, nostri propositum: Alterum finitū, quod illi hypothesin, nostri causam vocant: ac de primo satis multa hoc tempore dictum sit: paucis secundum quoque cōcludamus, quod solum temporis personæ, locique complexu continetur. E F G

De

De quæstione causæ. Cap. XXI.

REbus itaque in omnibus argumentamur, aut ex eo quod personis, aut ex eo quod negotiis attributum est. Personis quidē attribuuntur, nomen, natura, victus, fortuna, habitus, affectio, studia, consilia, facta, casus, orationes. Nomen, quo singuli nominātur proprio ac certo vocabulo. Ab eo sępe etiam non solum poëtę, & rhetores verum etiam Christiani oratores, ac verbi Dei pro clamatores aliquod sibi assumunt ad probandum improbandumue, argumentum. Vt Christianus cum sis, & nomineris à Christo, talia audes committere? Pacificus nominaris, secundum nominis claturā oportet, quod pacificè viuas. Clara re clara nomine. Item Plautinum illud in Bacchidibus. H Nomen.

Adeon me fuisse fungum, vt qui illi crederem,
Cum mihi ipsum nomen eius Archidemidis
Clamaret, adepturum esse si quid crederem?

I Loci quoque nomen præbet argumentum: vt idem poëta in fabula quæ Menæchimi inscribitur:

Propterea huic vrbi nomen Epidamno inditum est,
Quia nemo ferme huc sine damno diuortitur.

Natura aut diuina, aut humana: de prima, quis enarrabit? De humana vero vna virilis, altera muliebris. Natio quoque, vt Græca, Latinaque, aut barbara. Patria vt Hispania, Italia, India. Cognatio, vt qui maiores, qui consanguinei. Aetas, Puer an adolescens, vel natu grandior, præbent argumentum. Commoda quoque & incommoda in natura considerantur, anima corporeue insignita: vt valetudo, imbecillitas, longitudo, breuitas, forma deformitas, velocitas, tarditas, acumen, hebetudo, memoria, obliuio, comitas, officium, prudentia, pacientia, & contraria: & deniquę talia omnia quę à natura inuehuntur. Nàm similes parentibus ac maioribus suis sæpe filij creduntur, vt inde honestè turpiterque viuēdi causæ fluant. Suis quoque nationibus & gentibus sunt mores. Patria, quoniam ciuitatum leges sunt, & instituta, & opiniones. Sexus, vt latrocinium facilius in viro, veneficium in fœmina credatur. Aetas, quia aliud aliis animis magis conuenit. Educatio & disciplina, quoniam refert plurimum, à quibus, & quo quisque sit institutus. Ducitur quoque in argumentum, species libidinis, robur petulantiæ. Atque inuicta habuerit artium liberalium magistros, quos viuendi præceptores, quibus amicis vtatur, quo in negotio, quęstu, artificio sit occupatus, quomodo rem familiarem administret, qua consuetudine domestica sit. In fortuna seruus an liber: locuples an pauper: priuatus an K L Natura.

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum potestate: & ea iure ne an iniuria: felix & clarus, an contra. Quales liberos habeat: & si de morte quæritur, qualiter morte decesserit. de quibus omnibus superius vbi de causarum Generibus egimus lacius exempla adduximus. Ideo nunc breuiter transcurro. In habitu, vt trahi argumenta inde possint, consideratur animi aut corporis constans & absoluta aliqua in re perfectio: corporis quoque aliqua commoditas, nõ natura data, sed studio & industria parta. In affectione animi aut corporis, ex tempore aliqua de causa commutatio: vt lætitia cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, & id genus alia. In studio, quod est assidua & vehemens voluntatis in re aliqua occupatio: vt Grammatica, Rhetorica, Geometria &c. In consilio, quod adhibuisse videri potuerit ex eis quæ tentauit aut peregit. In factis, in casu, in oratione, quid fecerit, quid acciderit, aut quid deerit. Hæc ac talia personis deputantur: vndè vis argumentorum non parua erui potest. M

In negotiis quid antecesserit, quid in re ostendatur, quid consecutum sit spectatur, causa quoque omnium consideratur. Capitur argumentum à loco, à tempore, à modo, ab occasione, à facultate. Ex opportunitate in quam loci, ex magnitudine, ex interuallo, longinquitate, propinquitate, & solitudine, celebritate: & natura loci cõmoda vel incommoda ad perpetrandum, de quo est quæstio. In tempore interdiu an noctes: præsens, præscriptum, futurum suggerit argumenta. Nam iam diu facta, in fabularum videntur numerũ peruenisse. Consideratur etiam quid ocyus & quid ocysime, aut contra: vti magnitudo negotij, multitudoúe melius colligatur. Occasio est tempus habens in se alicuius rei idoneam faciendi, aut nõ faciendi opportunitatem, ac sicut in tempore spatium, ita in occasione spectatur opportunitas: hæc aut publica, aut communis, aut singularis: Publica, vt ludi, dies festi, nundinæ, bellum. Commune quod stato fit tempore: vt messis, vindemia, æstus, frigus. Priuatim, vt nuptiæ, funus, conuiuium, somnus. In modo: quemadmodum & quo animo factum sit, auguramur. Cuius partes, prudentia & imprudentia, insciti a, casus, necessitas: In facultatibus, quomodo facilius confici uel non confici, de quo quæritur, potuerit. Hi ferè, & consimiles sunt loci, vnde educi ferè ad omnem diluendã quæstionem possunt argumenta. Sunt tamen qui quæstionum ac locorum vsum trifariè parciantur scilicet. N O P

In { Iuuenilem. / Dialecticum. } Et Rhetoricum.

Iuuenilis cum studiosus iuuenis sub certis quibusdam capitibus exempla & sententias ex variis & diuersis auctoribus colligit quæ

eandem

eandem materiam concernunt. Dialecticus, si res pro[illegible]

discuntur. Res autem dicuntur, quæ non ad significandum aliquid adhibentur: signa verò, quorum vsus est in significando. Eorum autem aliqua sunt, quorum omnis

Quid signũ. Signorũ genus multiplex.

vsus

VNIVERSALIS DE DEO, DEQVE EIVS ADMIRANDIS EFFECTIBVS, Consideratio Theologica, in quatuor libros per Magistrum sententiarum distributa.

PRIMI SENTENTIARVM LIBRI LOCATIO; in quo 48. distinctionibus contemplatur Deum, in æternitatis abyssо, se, & alia, intelligentem, & volentem.

Propriè solo Deo.	Secundum auctо. Vtriusque legis.	Vt patet p rõnem Vestigiũ & imagin.	De Deo	Quæ nec generat Nec generatur.
Fruimur . 1 .	*Vno Deo* . 2 .	*Trino* . 3 .	*Genito* . 4 .	*In Essentia* . 5 .
Volẽs Pater genuit Filium	Quæ passiuè est in Filio, actiuè in patre.	Est Deus sine omni Compositione .	Est Filius Patri.	Est Spiritus Sanctus. Patris & Filij
Voluit . 6.	*Potentiam* . 7 .	*Simplex* . 8 .	*Coæternus* . 9 .	*Amor* . 10 .
Procedit Spiritus S.	Non prius tempore, aut perfectione.	Spũs S. nõ quo natus sed quo datus.	Temporaliter enim mittitur Spũs S.	Dicitur Spũs Sanctus similiter & filius.
Ab utroque 11.	*Simul* 12.	*Procedit* 13.	*Tempore* 14.	*A se missus* 15.
Missio Spiritus Sancti, pluries facta est.	Est Deꝰ qua nos diligit & nos ipsum.	Dicitur Spũs Sanctus	Aequales sũt diuinæ psonę etẽrte magn.	Filius quod pater.
Inuisibilis 16.	*Charitas* 17.	*Donum* 18.	*Coæquale* 19.	*Potest* 20.
Dictio exclusiua in diuinis syncategorematicè nõ categore.	Plura dicuntur de Deo.	Non tantũ dicitur singulariter sed ẽt pluraliter.	Nomina numeralia, Vnum duo tres, admittũtur in diuinis.	Quare dicuntur 3. psonę : cũ Ly. psona dicat substantiã.
Excludit 21.	*Nomina* 22.	*Persona* 23.	*Cum tribus* 24.	*Personis* 25.
Personali patris, q̃ est gnare, filij gnari Spũs S. procedere.	Appellatione nominantur proprietates	Notio personalis in est patri, quę est innascibilitas.	Semper ad aliquid dicitur.	Relatiuè refert Deus ad creaturas.
Proprietate 26.	*Varia* 27.	*Notio* 28.	*Principium* 29.	*Refert* 30.
Appropriatur patri	*Est pr̃ scientia ingenita non genita.*	*Est proprietas cur person[illegible]*	*Et rei naturæ, est [illegible]*	Futurum à Deo.
Vnitas 31.	*Sapiens* 32.	*Eadem* 33.	*Naturæ* 34.	*Præscitur* 35.
Eius scientia oia sũt, ☐ õ tñ in eꝰ essẽtia.	Oibus é Deꝰ pñalr. potẽtialr & essẽtialr.	Omniũ rerũ est Dei scientia.	Res cita nostrã scientiam, non Dei.	Ponit aliquos esse ab æterno .
In Deo 36.	*In rebus* 37.	*Causa* 38.	*Adauget* 39.	*Destinatos* 40.
Peccatorobduratio nem, sed non iustus prædestinationem.	Dicitur Deus.	Est ens in ua potentia .	Potest Deus facere quàm fecit quo ad additionem.	Diuina difert ab essẽtia ratione non re.
Meruit 41.	*Omnipotens* 42.	*Illuminaus* 43.	*Meliora* 44.	*Voluntas* 45.
Dei uoluntas in omnibus impletur.	Voluntas bñplacita nobis, aut de nobis.	Tenemur conformare uoluntatẽ nostrã diuinę in rõne uolendi ex charitate.		
Placens 46.	*Impletur* 47.	*Conformitate* 48.	FINIS PRIMI LIBRI.	

TERTII LIBRI SENTENTIARVM LOCAtio, in quo 40. distinctionibus contemplatur Deum in tempore plenitudinis incarnatum, mundum sufficienter redimentem .

Filius tpe plenitudinis humanã naturã nõ pr̃, non Spũs. S.	Humanitatẽ assumpsit carnem & animã, scilicet Deus.	Purgata in sua conceptione.	Christus de Spiritu Sancto.	Humanam assumpsit Deus, non personam.
Assumpsit 1.	*Totam* 2.	*In matre* 3.	*Conceptus* 4.	*Naturam* 5 .
Deus est homo qđ per hominem intelligitur.	Secũdã triplicẽ opinionẽ, illa ꝓpositio, Deꝰ factꝰ est homo.	Christũ de patre, & matre , secundum duas naturas.	Adoranda est caro Christi non nuda.	Reduplicatio verificat propositiones alias.
Factus 6 .	*Exponitur* 7.	*Bis natum* 8.	*Latria* 9 .	*Plicat* 10 .
Non dicitur Christus simpliciter.	Non potuit peccare Christus.	Gratia & sapientia, ut caput.	Scilicet omnium habitualis fuit in Christo.	Defectus pœnales animæ & corporis accepit Christus prout cõueniens fuit.
Creatus 11 .	*Nec peccat* 12.	*Plenus* 13 .	*Scientia* 14.	*Pœnali* 15.
Fuit Christus, & passibilis in corpore & anima.	Non pro se, sed pro sua sensualitate.	Scilicet sibi ipsi & nobis, aliter & aliter.	Alligauit Christus vinculis passionis suæ.	Nos liberando non potentia, sed iustitia.
Mortalis 16 .	*Orauit* . 17 .	*Merendo* 18.	*Sathanam* 19.	*Vicit* 20 .
Xp̃m fuisse per separationẽ animę à carne cõfitemur, nõ p separationem Deitatis ab anima.	Hominem in sepulchro tenet Magister.	Homo fide formata & quid sit.	Ex auditu , de non visis oculo exterio. ri.	Eadem est fides & nostra.
Morituram 21.	*Christum* 22.	*Credidit* 23.	*Fides* . 24 .	*Antiquorum* 25.
Est de bonis æternis futuris non visis.	Dilectio Dei & proximi, quę est eadẽ.	Scilicet, homines sicut seipsum.	Scilicet, ut primo diligatur Deus.	Diligere & amicos simul est maioris meriti, q̃ amicos tantum.
Spes 26.	*Amat* 27 .	*Proximos* 28.	*Ordineque* 29.	*Inimicos* 30 .
Dilectio perfecta in viatore, sed incipiẽs potest amitti.	Est Dei ad omnes creaturas.	Virtutes quatuor fuerũt in Xpo, & manent in patria.	Sunt septem Spiritus Sancti.	Sunt dona sapientia & scientia & intellectus.
Manet 31 .	*Dilectio* 32 .	*Cardinales* 33.	*Dona* 34.	*Distincta* 45.
Oẽs gratuitas connexas habet simul qui vnam habet.	Deus decem mãdata.	Vtitur triplici mendatio.	Fit tripliciter.	Malus contra duo vltima præcepta.
Virtutes . 36.	*Præcipit* 37.	*Mendax* 38.	*Periurium* 39.	*Cupit* 40 .

TERTII LIBRI FINIS.

SECVNDI LIBRI SENTENTIARVM LOCAtio, in quo 44. distinctionibus contemplatur Deum, mundum æterno præuiso, in tempore producentem.

Deus ĩ principio cælũ & terrã ex nihilo.	Simul creauit cũ cęlo empyreo & mã.	Sunt Angeli, & pso nlr distinct ĩ essẽtia.	Creauit Angelos. nõ miseros nõ btõs.	Gratia data est bonis Angelis cooperans.
Creauit 1.	*Angelos* 2.	*Diformes* 3.	*Perfectos* 4.	*Reformans* 5.
Inter oẽs Angelos cecidit. s. Lucifer.	Diabolus uoluntate obstinata.	Proprio nõ sunt ve stiti Angeli.	Sunt Chori Angelorum.	Omnes Angeli Deo & hominibus.
Maior 6.	*Malefecit* 7.	*Corpore* 8.	*Nouem* 9.	*Ministrant* 10.
Angeli boni homines.	Materiam in formẽ fecit Deus in princ.	Facta est prima die.	Fecit Deus in medio aquarũ secũda die.	Factus est sexta die post omnia.
Custodiunt 11.	*Terram* 12.	*Lux* 13.	*Firmamentum* 14.	*Et homo* 15.
Et similitudinẽ suam posuit Deus in homine & Angelo.	Deus Adam in Paradisum terrestrem.	Formatio facta est de costa Adæ dormientis in paradiso.	Fuit factus primus homo quodãmodo & immortalis.	Fuisset natus in statu innocentiæ sine corruptione & pruritu.
Imaginem 16.	*Locat* 17.	*Euæ* 18.	*Mortalis* 19.	*Puer* 20.
Diabolus primũ homine in specie serpẽtis ex supbia & inui.	Dicit Euã principali peccato inobedientię.	Adam plenũ triplici cognitione.	Habens arbitrium.	Gaudet non solũ homo, sed & Deus & Angelus.
Tentat 21.	*Peccantem* 22.	*Scientem* 23.	*Liberum* 24.	*Libertate* 25.
Duplex est, operans & cooperans.	Numerat inter magna bona & quid sit.	Pelagij opinio hęretica de uirtute liberi arbitrii.	Fuerunt nostri parentes gratia & uirtutibus.	Peccatum primi hominis in oẽs homes pęnaliter & culpabilr.
Gratiaq; 26.	*Virtus* 27.	*Monachi* 28.	*Spoliati* 29.	*Transit* 30.
Tenet fides animã à Deo non e traduce.	Baptismus animã à peccato originali.	Est status puerorum decedẽtiũ in origin.	Mali & bonum, id est bona natura.	Diffinitio est multiplex .
Infusam 31.	*Purgat* 32.	*Pœnalis* 33.	*Origo* 34.	*Peccati* 35.
Deus unum peccatũ per aliud.	Omniũ bonorũ est Deus.	Ex fine est uoluntas bona uel mala.	Voluntas inordinatã malum, non aliarum potentiarum.	Malo iudicat omnis actus exterior malus, non sic de bono.
Iustè punit 36.	*Auctor* 37.	*Finalem* 38.	*Actum* 39.	*Ex fine* 40.
Non in omni actu peccant.	Homines uolũtate & operatione tanquam uno peccato.	Blasphemia est celerissimũ genus peccati.	Et potentia peccãdi utitur homo quã hẽt à se uel à diabolo.	
In fideles 41.	*Peccant* 42.	*Spiritus* 43.	*Potestate* 44.	

SECVNDI LIBRI FINIS.


QVARTI LIBRI SENTENTIARVM LOCAtio, in quo 50. distinctionibus contemplatur Deum, sub signis & sacramentis, meritum Christi incarnati, & passi distribuentem, ac demum iis adiutos efficaciter beatificantem .

Dicitur multipliciter, & quid sit.	Sacramentorum nouę legis est baptismus.	Fit ex uerbo & elemento.	Est baptismus.	Baptismus à bono & malo.
Sacramentum 1.	*Primum* 2.	*Baptismus* 3.	*Triplex* 4.	*Aeque datur* 5.
A solis sacerdotibꝰ, sed in necessitate à laicis.	Confirmati accipiũt sacramentum à solis Episcopis.	Christi nos reficit.	Homines duobus modis.	Corpus Christi est sub specie panis.
Baptizati 6.	*Firmi.* 7.	*Corpus* 8.	*Manducant* 9.	*Verum* 10.
Sacerdos trãs substãtiatur panis in corpus, & uinum in sanguinem Christi.	Sacerdos non corpus Christi uerũ, sed ficut bonus .	Sacerdos conficit	Appropinquat Deo per secundam tabulam.	Omnibus ut potest agi uera pœnitentia.
Conficiens 11.	*Frangit* 12.	*Malus* 13.	*Pœnitens* 14.	*De peccatis* 15.
Oportet primo pœnitentiam esse iuxta qualitatẽ criminis.	Est hominẽ esse necessariũ in corde. i. ꝓposito confitẽdi.	Sacerdos per claues spirituales.	Quilibet accipit utranque clauem in consecratione.	Potest quis agere pœnitentiam veram.
Contritum 16.	*Confessum* 17.	*Soluit* 18.	*Sacerdos* 19.	*In fine* 20.
Legimus aliquibus fuisse peccata post hanc vitã in Purg.	Peccata iterũ quo ad magnitudinem.	Oleo infirmorum.	Ordinatis ab Episcopo septem ordines conferente.	An possint conferre ordines sunt opiniones.
Dimissa 21.	*Redeunt* 22.	*Vnctis* 23.	*Clericis* 24.	*A præcisis* 25.
Matrimoniũ fuit in Paradiso ante peccatum institutum in officium.	Tanquã causam efficiẽté requirit matrimonium .	Dico fieri consensũ per traditionem parentum & benedictionem sacerdo.	Aliquis aliquam ad contrahendum vario metu.	Fortunæ vel qualitatis non impedit, sed personę.
Coniugium 26.	*Consensum* 27.	*Solemnem* 28.	*Cogit* 29.	*Error* 30.
Est bonũ matrimonii, fides proles & sacramentum.	Sibi inuicem in matrimonio debitum.	Vxores poterãt habere antiqui patres.	Fuerunt personæ alię ante legem, aliæ sub lege, alię nunc.	Aequalis est vir & mulier ad celebrandũ diuortium causa fornicationis .
Tripertitum 31.	*Redeunt* 32.	*Per plures* 33.	*Legitimæ* 34.	*Iuris* 35.
Cum ancilla aut libera cõtrahere põt: sed non liber cum ancilla.	In minoribus potest contrahere non in maioribus.	Votum priuatũ tñ impedit, sed solẽne etiam dirimit.	Cultu existentes nõ possunt cõtrahere .	Aliquo cõsanguinitatis existentes quomodo cõtrahere possunt.
Seruus 36.	*Ordinatus* 37.	*Vouet* 38.	*Dispari* 39.	*Gradu* 40.
Quis efficitur tã in coitu matrimoniali quàm fornicationis.	Quis efficitur tenẽs puerũ ad baptismũ uel cõfirmationem.	Omnes mortui & morituri.	Scilicet resurgent homines.	Scilicet diuersa habẽt habitacula .
Affinis 41.	*Et compater* 42.	*Resurgent* 43.	*Totique* 44.	*Defuncti* 45.
Pœnam dat Deus damnatis.	Vltimã dabit Christus Deus.	Apparebit in forma serui.	Post resurrectionẽ Deus bonis & malis variat mansiones.	Habebunt mali in inferno.
Iustum 46.	*Sententiam* 47.	*Iudex* 48.	*Tribuetque* 49.	*Pœnam* 50.

QVARTI LIBRI FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum potestate: & ea iure ne an iniuria: felix & clarus, an contra. Quales liberos habeat: & si de morte quæritur, qualiter morte de-



Iuuenilis cum studiosus iuuenis sub certis quibusdam capitibus exempla & sententias ex variis & diuersis auctoribus colligit quæ

eandem

eandem materiam concernunt. Dialecticus, si res proposita ordine & ratione iuxta superius dictas quæstiones euoluitur. Rhetoricus paululum cum dialectico dissidet quoad inuentionem vel modum tractandi, sed elocutionis & pronunciationis forma distinguitur. Hæc sunt quæ mihi dicenda de Christianæ Rhetorices arte videbantur. Nunc verò ad promissa transeundum est. Scilicet ad Magistri sententiarum collocationem. Quamobrem prius tabulam Generalem tibi ob oculos pono: deinde, eius qualemcumque explicationem: vt collocandi modum comprehendas non enim tibi imagines & signa depingimus, quoniam hæc seligenda ab vnoquoque sunt notiora & placidiora sibi. Nec mireris tibi in Theologia modum ponimus ex eo enim poteris, & tu in aliis & in vtriusque iuris scientia collocandi modum parare.

Q

EXPLICATIO BREVIS
Et compendiosa Totius Magistri Sententiarum locationis.

R

Et in primis de primo libro, quæ 48. Distinctionibus contemplatur Deum, in æternitatis abysso, se, & alia, intelligentem, & volentem.

S

DISTINCTIONIS *Primæ Summa. In qua Magister tractat de Obiecto Theologiæ. Et Primùm, quod Theologia sit aut de Rebus, aut de Signis. 2. Frui & Vti quomodo differant. 3. Homine non est simpliciter fruendum 4.* DEVS *non fruitur nobis, nec propriè vtitur. 5. Virtutibus non est fruendū. Circa quam D. Tho. 1. 2 q. 11. ar. 3. Bonæ q. 2. ar. 3. & sequentibus Scotus verò quærit 9. quæstiones quarum duæ sunt de obiecto fruibili: duæ de ipso frui in se & quinque de ipso fruente. Vide Fran. May. Ant. And. Ioan. Bacc. q. 1. & sequentibus. Ric. q. 3. Dur. q. 2.*

T



OTIVS sacræ paginæ continentia circa res, aut signa, quasdam res importantia, qualia sunt veteris, & noui testamenti sacramenta, præcipuè uersatur. Sic tamen, quod & ipsa signa res quædam sint, non autem econtra. Sed res etiam per signa discuntur. Res autem dicuntur, quæ non ad significandum aliquid adhibentur: signa verò, quorum vsus est in significando. Eorum autem aliqua sunt, quorum omnis

Quid Res, Quid signū. Signorū genus multiplex.

vsus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Frui, & uti differunt.

Quid frui, quid uti.

Aug. lib. 1. c. 3. de doct. Christ.

usus est in significando, non in iustificando, quibus non utimur nisi aliud significandi gratia: ut sacramenta legalia: alia quæ non solum significant, sed conferunt, ut Euangelica Sacramenta. Res autem (de quibus & primo dicendum erit) aliquæ sunt, quibus fruendum, est, quæ nos beatos efficiunt, ut personarum Trinitas communis ommbus fruentibus. Aliæ quibus utendum, quæ nobis adiumento sunt ad vitam beatam consequendam, ut mundus: & item aliæ quædam quę fruuntur, & utuntur, ut homo, & angelus. Et Sanctus, quasi inter utrasque constituti. Infruibilibus enim voluntas conquiescit. Utimur eis, quæ in aliud referimus. Frui ergo est amori inhærere rei, propter se ipsam. Uti verò amori inhærere rei, quæ in rem ordinatur, fruibilem. Undè, nec homine fruendum est, nisi in Deo. Nec Deus nos diligendo nobis fruitur, sed utitur, aliter tamē, quàm nos rebus utimur. Ipse enim omnia propter sui ipsius diligit bonitatem. Virtutibus quoque non fruendum est: nisi instrumentaliter, scilicet ad quærendum summum, & incommutabile bonum. Primo ergo agendum erit de rebus fruibilibus, scilicet de Sancta & indiuidua Trinitate. X

Rex & signa, libri prodijt distinctio prima,
Quibus uti liceat ritè, quibusue frui.

Dist. 2 Summa. In qua Mag. agit de Essentia Dei, & eius vnitate & personarū pluralitate Et Primò, in personarum Trinitate vna essentia deitatis. 2. In diuinæ essentiæ vnitate pluralitas est personarum. 3. Personarum Trinitas est sine diuersitate & singularitate. 4. Personæ nobis innotescunt attributis suis. Vide D. Thom. 1. p. q. 27. 11 27. 39. ar. 1. 3. 2. 5. & alijs in locis Sco. per 7 quæstiones. Bona. Alexan. Alen. 1. p q. 6 mem. 1. q. 14. mem. 25. Fran. May. q. 1. 7. Dur. d. 3 q. 3. Ric. d. 3. q. 2. ar. 1. & in alijs qnam plurimis omnes de his quæstionibus. Nyssam Tract. 1. p. 1. q 4. Y

VEra ac pia fide tenendum est quòd Trinitas vnus est, & solus verus Deus. Ita quod Pater, scilicet & Filius, & Spiritus Sanctus vnius eiusdemque substantiæ, vel Essentiæ dicuntur, credunter & intelliguntur. Quæ est summum bonum, quod purgatissimis mentibus cernitur, & sunt vnus Deus inseparabili æqualitate, & tamen non est Filius, nec Spiritus Sanctus, nec è contra, sed omnes tres personæ homousion, Græce vocantur, hoc est, vnius substātię, & Essentię. Undè, non est aliud pater, & aliud filius, & aliud Spiritus Sanctus. s. in essentia, sed alius s. in persona. Hanc autem fidem primò astruere ex scripturis, & postea rationibus Catholicis, & exemplis cōtra aduersarios ueritatis defendere oportet, vt auctoritatibus utriusq; testamenti deducitur in litera. Z

Splen-

Splendida personis tribus est essentia simplex,
Hoc instrumentum monstrat utrumque tibi.

Dist. 3. Sūma. De iisdē fruibilibus rebꝰ inuestigabilibus per creaturas. D. Th. 1. p. q. 12. ar. 12. Alex. Alen. 1. p. q. 2. mem. 1. art. 1 Bona. Sco. Ric. Duran. May. Ioan. Bac. q. 1. Nissa. Trac. 1. p. 1. q. 1.

Essentiæ diuinæ vnitas, & personarum trinitas, multipliciter per creaturas innotuit: de qua & Philosophi aliqua cognouerunt, ut in litera patet. Vnitas quidem Dei cognoscitur ex opere quod est mundus, quod ostendit Dei potentiam ex eo quod omnes creaturæ sunt mutabiles. Is verò à quo hæ sunt, est immutabilis: & ex eo quòd omnia bona, & meliora ab eo procedunt, vt ab optimo, & ut à pulcherrimo omnia pulchra. Trinitas etiam personarum in creaturis inuestigari potest aliquo modo per id, quod in se ostendunt vnitatem, speciem, & ordinem, quæ personis appropriantur. Expressius autem trinitatis imago deprehenditur in mente humana, quo ad illa tria, quæ sunt Intellectus memoria, & uoluntas: uel mēs, notitia, & amor. Veruntamen in his oportet fidem suffragari, & imagines illę multum imperfectę diuinam representant trinitatem. A

Nota creaturæ monstrat vestigia, trinum
Esse Deum ac vnum, monstrat imago quoque. B

Concedendum est quod Deus genuit Deum. Non autem illa, Deus genuit se Deum, vel alium Deum. Ex ea enim sequeretur, idem genera sse se ipsum, vel plures esse deos, quod vtrumque falsum esse liquet. Neque secunda sequitur ad primam, sed quòd genuerit filium, aut alium in persona. Illa ergo, Deus pater genuit Deum, qui non est Deus pater, idest filium, qui non est pater, qui Deus est, vera est, cum solam personalem significet alietatem. Si vero exponatur, qui non est idem Deus cum Deo patre, falsa est, quia in ea alietas essentiæ importatur. Tres igitur personæ sunt, una deitas. Et vnus Deus est tres personæ. Et vnus Deus, ipsa trinitas. Et una substantia, tres personæ. Et è contra, Trinitas est vnus Deus, & tres personæ dicuntur esse vna essentia. C

Dist. 4. Sūma. De personalibus processionibus. Sco. 1. d. 4. q. 2. Ant. And. q. 1. Ale. 1. p. q. 65. mem. 3.

Quòd Deus ipse Deum genuit, quod tres Deus unus
Personæ sanxit non temerata fides.

Essentia in diuinis, nec generat, nec generatur. Hinc negandæ sunt illæ propositiones. Pater genuit diuinam essentiam, diuina essentia genuit Filium, diuina essentia genuit diuinam essentiam. Alioquin uel essentia non esset essentia: uel idem generaret se ipsum, vel haberet esse, per id quod ab eo genitum esset, quæ omnia sunt inconuenientia. Undè, & à simili Augustinus probat, quod pater non est sapiens sapientia genita, cum idem sit ei sapere & esse. Licet autem filius sit diuina essentia, non tamen per hoc pater genuit essentiam, sed genuit hoc, ipse, idest, genuit filium, qui est idē essentialiter cum eo. Quòd autem auctores dicunt essentia filii, esse de essentia patris, intelligendum est, filius, qui est essentia. Quòd D

Dist. 5. Sūma De utroque generationis termino. S. Tho. 1. p. q. 39. art. 5. Alex. 1. p. q. 42. mem. 3. art. 1. Nissa. p. 2. por. 2. q. 3. Sco. Dur. Ant. And. q. 1. Bona. ibi ar. 1. Ric. q. 1. & 2. May. q. 1. & 2. Hilar. lib. 12. de Trin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam auctoritates quædam dicunt patrem genuisse filium de sua substantia, & non de nihilo, intelligendum est, ideſt, genuit filium, qui est eiusdem naturę cum eo.

Non genita, aut genuit diuina essentia, quamuis
Natura genitus filius ipse patris.

Dist.6.Sũma De potentia generãtis S. Tho. 1.p. q. 34.ar. 3.Ale. 1. p. 42. mẽ. 5. art.1.Sco. May. Ant. And.Bacc.q. 1. Bona.Ric. q.2.ar.1.

Pater in diuinis filium genuit non necessitate, cum in Deum nulla cadat coactio: nec voluntate, cum in eum nulla cadat mutatio. Quamuis autem in Deo idem sint realiter natura, voluntas, quia tamen ratione, seu connotatu differunt, nihil obstat aliquid posse conuenire naturæ, quod non conuenit voluntati. Hinc nec inconueniens est, dicere filium esse filium naturaliter, & non voluntate. Et est simile de voluntate Dei & eius scientia, quæ se ad plura extendit, quam voluntas. Dicitur tamen Deus volens genuisse filium, sicut & saprens, & potens ipsum genuit, sed non voluntate præcedente uel accedente, quasi prius voluerit, & post ea genuerit, uel e contra, vt hęretic opponebant. E

Quamuis in Deo idem natura sit atque uoluntas,
Conuenit illi aliquid, quod tamen hic minime. F

Dist.7.Sũma. De proprietate potẽtiæ generantis D.Tho. 1.p. q.1.ar.5.Sco. Bona. Ric. Ant. And. q. 1. Duran. & & May. q.2. Bac. d.5.q.1.

Ex eo quod pater potuerit, aut etiam voluerit generare filium, non sequitur. Patrem aliquid posse, aut uelle, quod filius non possit, aut nõ velit: quia ibi posse, & uelle generare, nõ arguit in eo im potẽtiam, cum eiusdẽ sint potentię cum patre, sed pertinet ad proprietatem suę porsonę, cuius est posse, & uelle nasci, quod quidem in eo est eadem potentia, quæ in patre est potentia, qua potest & vult generare, sicut & in vtrisque est eadem sapientia, & natura. In filio ergo non est potentia generandi, si ad proprietatem referatur intelligentia: quamuis bene, si ad naturam. Tunc enim idem sunt, posse generare, & posse generari. G

Patri eadem & gnato diuina potentia, gigni
Qua potuit soboles, & generare parens.

Dist.8.Sũma De veritate, immutabilitate, & simplicitate essẽtiæ diuinæ Tho. 1. p.3. ar.2. Alex.1. 1. p.q.5. mẽ. 2.Sco.Bona. Ric.Ant.An. q.1.Dur.q.4. Nijsla.Trac. 1.p.q.3.

Solus Deus, seu diuina natura uere est immutabilis, ac simplicissima. Verè quidem, quia sine actualitatis admixtione. Eius enim esse, est æternum, & sine præteritione, & futuritione. Est autem immutabilis, quia est ipsum suum esse, quod impossibile est aliter disponi, quàm est. Neque enim verisima esset, si mutari posset. Neque aliqua sunt in eo accidentia secundum quæ mutetur, neque per loca vel tempora, vel affectiones variatur, vt fit in creaturis. Simplicissima verò est, & sine omni compositione, uel multiplicatione, & sic verè & proprie simplex, cum in ea nulla sit partiũ uel accidentium, uel formarum diuersitas. Vnde nec alicui prædicamentorum subiicitur, nec propriè substantia appellatur. Neque verò simplicitati ipsius, nominum multiplicitas de ipsa dictorum H

repu-

repugnat, quæ. omnia vnum significant: nec ipsa excludit personarum trinitatem, quia singulę Deus sunt.

Est solus vere Deus immutabilis atque
Simplex, est solus scilicet esse suum.

Vnus Deus sunt tres diuinæ personæ, & sunt idem in natura, distinctæ tamen in personalitate. Hinc quamuis filius, alius sit à patre, cum sit ab eo genitus: non tamen fuit pater antequam filius, cùm diuinæ personæ sint inuicem coęternę. Nec valet quod maledictus ille Arrius hæreticus inferre nitebatur, scilicet, quia natus est, & habet principium, ergo non est æternus. Etenim æternus pater æternum genuit filium. Alioquin & pater aliquando fuisset sine filio, & sapientia quod est absurdum. Est autem illa æterna generatio iuxta Prophetam ineffabilis. Vndè, nec præsumi debet à quoquam de plena ipsius cognitione. Ad exprimendum autem ęternitatem filii, melius dicitur semper natus, quia semper generatur quam semper nasci, quamuis & illud à quibusdam dicatur. A B

Nate coæternum te dicimus esse parenti,
Dictus ab æterno te genuisse parens.

Dist.9. Sũma De coęternitate genitoris & geniti, ac æternitate generationis Tho.1.p. q. 42. art. 2. Alexan. ibi. mem.5. Sco. May. Ant. And.q.1.Bona q.3.art.1. Dur.q.4.

Spiritus Sanctus est amor, siue charitas, seu dilectio patris, & filii, qua scilicet se inuicẽ diligunt. Vndè, & per modũ voluntatis procedit à patre & filio. Quãuis autẽ accipiendo nomẽ charitatis essentialiter, quælibet diuinarũ personarum sit charitas, & omnes sint vna charitas, sicut & vna sapientia: tamen Spiritus Sanctus solus est charitas procedens, sicut filius solus sapientia genita. Est autem hæc charitas substantia, & Deus. Vnde & æqualis patri & filio, est Spiritus Sanctus. Quamuis etiam hoc nomen, Spiritus Sanctus, omnibus conueniat personis: nam & pater Spiritus est, & Sanctus, sic etiam filius: conuenienter tamen tertia persona eo nominatur quòd ab aliis duabus, habet originem. C

Spiritui Sancto quamuis tribuamus amorem,
Personis tribus est, attamen vnus amor.

D.10. Sũma. Tho.1. p. q. 41. ar. 4. ad 3 Alex q 43. mem.3. ar.1. Sco. May. Dur. Ric.Bona.Ant.And. q.1. Bacc. d. 11.q.1. Aug. lib.15.& 17. de Tri.

Secundum sacræ scripturę veritatem, & noui testamenti auctoritates, dicere oportet Spiritum Sanctum à patre & filio procedere. Nec hoc est contra id quòd in conciliis determinatum est, vt tantùm procedere. Longè enim differunt, aliud docere, & idem quòd determinatum est, vlterius explicare, quòd est in proposito. At quia & ipsi Græci Spiritum Sanctum dicunt esse etiam spiritũ filii, verbis contendentes in sententia cum Latinis conueniunt, si ca pere vellent. Quam etiam sententiam quidam maiores eorum satis expresè in scriptis suis posuerunt. D

D.11. Sũma. Tho.1. p. q. 46. ar.2. Ale. q.43. mem.4 art. 4. Sco. Ric. Duran. May. Ant. And.q.& Bona. ibi.art.1. Bacc. d. 12. q. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex patre & nato procedit spiritus almus
Quamuis dissideat nomine Græca fides.

Spiritus Sanctus, nec prius, nec posterius processit, à Patre quàm à filio, nec è contra, pro eo quod ibi nulla est temporis successio, vel duratio. Vnde nec habet locum quæstio illa, an processerit Spiritus Sanctus iam nato filio, vel adhuc nascituro. Nam omnes personæ sunt coeternæ. Hinc etiam nec maiore perfectione dignitatis, nec plenius à patre procedit quàm à filio, sed æque perfectè. Principaliter tamen & propriè à patre tanquam ab auctore processionis Spiritus Sancti mittitur per filium, eò quòd pater à nullo est, filius autem hoc habet à patre.

Spiritus ex nato non manat plenius ipso,
Quàm patre, nec spirat filius ante patrem.

Quanquam ab vtroque, scilicet à patre, & filio, Spiritus Sanctus procedat: non tamen per hoc filius eorum, quasi patris, & matris, dici potest. Hoc enim absurdissimum esset, & à fidelibus auribus alienissimum. Quamuis etiam tam filius, quàm Spiritus Sanctus à patre procedat, alio tamen modo. Nam filius procedit per modũ naturæ, & ideo dicitur genitus, & procedens. Omne enim quod generatur, procedit, & non e contra. Sed Spiritus Sanctus procedit per modum voluntatis, sicut datus, non autem ut natus. Sic ergo procedens tantum dicitur & non natus. Neque tamen per hoc Spiritus Sanctus dici debet ingenitus, sicut nec genitus: quia nec est pater, nec filius.

Quamuis accipiat naturam flamen eandem
Cum nato, natus non tamen esse potest.

Gemina est Spiritus Sancti processio, æterna scilicet, & temporalis: quarum prima ineffabiliter à patre, & filio sine tempore processit: secunda verò est, qua Spiritus Sanctus mittitur ad sanctificandum creaturam rationalem. Et hac quoque processione ab vtroque procedit. Est autem illa processio seu missio, gratiæ Spiritus Sancti collatio. Et hunc Dominus discipulis bis dedit, scilicet post Resurrectionem, quando in eos insufflauit, & post Ascensionem in die Pentecostes, ad significandum duplicem delectionem s. Dei & proximi, quam Spiritus Sanctus in nobis operatur. Datur autem Spiritus Sanctus personaliter cum suorum donorum distributione. Vnde non ab aliqua creatura quantumcunque sancta (sed à solo Deo) datur Spiritus Sanctus, nisi instrumentaliter, quia à nulla creatura procedit.

Spiritum ab æterno pater vt cum pignore spirat,
Tempore sic placito mittere vterque solet.

Etiam à se ipso datur Spiritus Sanctus. Nam & ipse Deus est & donum. Dat ergo, quia Deus: & datur, quia donum: sic quæ dat se ipsum, quia operat trinitatis (cuius ipse est persona) ad extra sunt indiuisa. Vnde quod vna facit, & alia facit. Nam & ipse filius se ipsum in scripturis mittere dicitur: qui etiam filius, licet semel tantum in carnem missus sit, in mentes tamen castas quotidie mittitur à tota Trinitate. Patri autem qualitercumque mundo appareat, tamen mitti non conuenit: quia ipse ab alio non procedit, sed est processionis auctor & principium. Per quod tamen filius, & Spiritus Sanctus minores eo non sunt, sed eiusdem cum eo dignitatis, & essentię.

Quando creaturam sacro aspiramine mundat,
Se dat muneribus spiritus ipse suis.

Dupliciter Spiritus Sanctus missus est, quo & creatura dupliciter sanctificatur, visibiliter, scilicet, cum apparentia alicuius visibilis signi, & quandoque cum effectu interiori, sine visibili signo. Sicut & filius dupliciter missus est, visibiliter, scilicet, in carne assumpta, & inuisibiliter in mentes castas. Fuit ergo visibilis Spiritus Sancti missio, quædam ipsius apparentia vel manifestatio in corporali creatura, tanquam in signo. Neque tamen per hoc quod mittitur Spiritus Sanctus, minor est patre qui non mittitur, cum tamen filius secundum missionem visibilem minor dicatur tota Trinitate. Filius enim assumpsit humanitatem non solum vt in ea appareret, sed etiam vt esset homo, nõ autem sic Spiritus Sanctus columbam. Tamen iuxta Hilarium pater maior est filio sibi coessentiali, & hoc auctoritate genituræ, non tamen per hoc filius minor dici potest. Vnum enim & idem esse quod habet filio dedit.

Quo nos diligimus, flamen putat esse Magister.
Hoc magis augeri, quo magis ardet homo.

Spiritus Sanctus (qui tertia in Trinitate persona existens, à patre & filio à se ipso mittitur & donatur fidelibus) est amor patris & filii, quo se inuicem amant & nos. Est etiam amor, siue charitas qua nos Deum & proximũ diligimus. Ita enim in nobis est, vt nos Deũ, & proximum diligere faciat. Hinc qui ipsam dilectionem diligit, Deum diligit pro eo quòd Deus dilectio est. Nec tamen Deus sic dicitur charitas nostra, sicut spes & patientia nostra. Hæc enim dicitur, non quod ipse sit ista, sed quia sunt ab eo. Dicitur autem charitas, quia ipse est charitas. Et hęc charitas quæ Spiritus Sanctus est, nec proficit nec deficit, quia Deus est, sed homo in ea aliquando proficit vel deficit, sicut & Deus in nobis dicitur magnificari uel exaltari. Sic etiam dicitur alicui dari non quasi locum mutet, sed quia alio modo in eo esse incipit. Quamuis etiam actum credendi & sperandi operatur, mediantibus virtutibus fide, & spe, actum temporali processionis Spiritus S. in personis increatis. Sco. 14. d. Aug. lib. 2. de Trin. c. 5.

D. 12. Sũma. De ordine processionis ab vtroque Sc. Bac. May. Ant. And. d. 1. d. 12. q. 1. & Bon. 1. q. 2. ar. 1. Ric. & Dur. d. 11. q. 3. S. Tho. 1. p. q. 36 ar. 4. Vide etiam Sco. q. 2.

D. 13. Sũma. De differentia processionis & generationis in diuinis. Sco. 1. dist. 13. Ant. And. q. 1. Bona. & Dur. q. 2. ar. 1. Bacc. q. vni. Th. 1. p. q. 27. ar. 24 Alex. q. 43. mem. 2.

D. 14. Sũma. De processione temporali Spiritus S. Inuisibili. Tho. 2. p. q. 43. ar. 1. 4. 5. & 7. Alex. q. 71. mem. 1. Sco. Ant. And. 14 Bona. d. 15. q. 3. & 4. ar. 1 Ric. q. 1. 2. Duran. d. 16. q. 1.

D. 15. Sũma De principio

D. 16. Sũma. De processione temporali Spiritus S. visibili Sco. 16 d.

D. 17. Sũma. De processione Spiritus S. inuisibili. Sc. Ric. May. Ant. And. q. 1 Dur. q. 4. Bona. d. 16. q. 1. ar. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

men diligendi sine alicuius virtutis medio in nobis operatur. Hæc Magister. Sed notandū quod in hoc vltimo non tenetur, quia præter hęc doctores ponunt habitum charitatis, quo actus diligendi eliciatur, licet Deus sit charitas nostra effectiuè.

Spiritus in varijs apparuit ante figuris.
Imbuit & tacito pectora sacra modo.

D.18. Sūma. De proprietate Spiritus Sancti secūdū quā procedit temporaliter. Sco. d.16.

Spititus Sanctus dicitur datus à temporali processione, sed donum dicitur ab æterna. Neque verò filius donum dicitur, quamuis & ipse ab æterno dabilis fuit, quemadmodum Spiritus Sanctus, quia non solùm procedit vt donabilis, sed etiam vt genitus. Sicut ergo filius æternaliter nascendo à patre accipit quod sit filius: sic Spiritus Sanctus æternaliter procedendo accipit, quod sit Spiritus Sanctus. Hinc & secundum quòd sempiternè donum est, refertur ad patrem & filium, secundum verò quod datum, vel donatum est, refertur ad eum qui dedit, & ad eos quibus datur. E

Spiritus æterna donum est ab origine, quanquam.
Temporis elapsu dicitur esse datus. F

D.19. Sūma. De æqualitate personarū. Ant. And. q.1. & 2.

Aequales sunt diuinæ personæ, nec se inuicem excedunt in æternitate, potentia, vel magnitudine: quæ licet diuersimodè sint nominatæ, sunt tamen eadem essentia. Hinc ex illa consubstantialitate vna persona dicitur esse in alia. Nulla ergo est in diuinis personis essentialis diuersitas, seu differentia, scilicet nec partium integralium, nec subiectiuarum, nec materialium qualitercunque. Nec ibi duæ personæ magis sunt quàm vna, nec numero differūt, quasi vna sit aliquid aliud ab alia: sed quia in computatione à se inuicem discernuntur, vt pater dicatur vnus pater, & pater, & filius duo, hinc & omnes tres personæ non sunt maioris deitatis, sicut nec veritatis & magnitudinis quàm vna, & vna non minoris quàm omnes, sed æqualis sunt deitatis & eadem deitas. Ex quo & pater, quòd etsi Deus trinus est, non tamen triplex dici debet: quia vbi triplicitas, ibi duo plus quàm vnum, & tria plus quàm duo. G

Pernegat æquales personas Arrius excors,
Quamlibet & cunctis pernegat esse parem.

D.20. Sūma. De personarū æqualitate in operandi potentiā. Sco. Ric. Dura. Ant. And. Bona. 20. q. 1. art. 1. & May. q 2. Alex. 1. p. q. 47 mem. 5. Th. q. 42. ar. 6.

Aequales sunt etiam diuinæ personæ potentia, ita vt non maiorem potentiam habeat pater filio, nec duo vel tres maiorem, quàm vnus. Quod ex verbo Christi primum ostenditur, vbi dicit: omnia quæ habet pater mea sunt: ergo & omnipotentiam. Nam si pater, non generasset filium in potentia sibi æqualem, hoc esset aut quia noluisset, aut non potuisset: quòd vtrunque falsum est: quia sic aut inuidus, aut impotens probaretur. Nam in humanis pater filium quanto potest, generat sibi æqualem: imò & meliorem & maiorem, si posset. Deo tamen nihil esse potest maius aut melius. H

Vnde

Vnde erit pater filio æqualis. Nec impedit quòd pater filium genuit, quia filius nascendo eandem naturam ab & accepit.

Nequaquam est alijs persona potentior vna,
Quod ratio perhibet, quod pia scripta docent.

D.21. Sūma. De modo loquēdi de personis cum exclusiua dictione. Sco. Bona. Durā. May. Ant. And. d.21.q. 1. Ric. q. 3. Tho. 1. p. q. 32. ar. 4. Alē. q. 6. mem. 3. art. 1. & 2. Niissa. p. 2. por. 2. q. 2.

Verè sunt propositiones, in quibus dictio exclusiua (solus) ponitur cum termino personali, dicendo. Solus pater tantus est, quantus simul illi tres &c. Per hoc enim non vna persona ab alia, sed proprietas relatiua vnius personæ ab altera excluditur. Quòd si dictio exclusiua de termino personali prędicetur respectu termini essentialis, vt si dicatur, solus pater est Deus, vel pater est solus Deus secundum Magistrum: sic vbi tales propositiones inueniantur, exponendę venient, nec verbis nostris sic loquendum. Quòd si etiā vna persona in scripturis exprimatur cum dictione exclusiua, alia persona non expressa, tamen semper cointelligitur propter earundem cohærentiam. A

Esse Deum, solum Patrem non dicimus aptè,
Sed Patrem, solum dicimus esse Deum. B

D.22. Sūma. De multiplici nominum ac prædicationū differētia i diuinis. Sco. Bona. Ricar. Dur. May. Ant. And. d.22.q. 1. Tho. 1. p. q. 13. ar. 1. Alexan. q. 48. mem. 1.

Sextuplicia sunt nomina, quæ Deo tribuuntur secundum substātiam. Prædicta tamen nomina non eodē modo de Deo, & de personis dicuntur. Nam sunt quædam, quæ exprimunt proprietates personales, & dicuntur notionalia, vt pater, filius, Spiritus Sanctus verbum donum, generans, &c. Quædam verò exprimunt essentiæ vnitatem, vt Deus, deitas, sapientia, bonitas, æternitas, & huiusmodi. Quædam aut transumptiuè de Deo dicuntur, vt lux, splendor, speculum, & substantia. Quædam etiam Deo solùm ex tempore conueniunt cum relatione quadam extrinseca, vt Dominus Creator, Redemptor, Saluator, & sic de aliis. Quædam verò ex tempore Deo conueniunt, nec relatiue dicuntur, vt humanatus, incarnatus. Quoddam etiam est, quod dicitur non sigillatim, sed simul de omnibus personis, secundum quandam intrinsecam relationem, ut trinitas. Et hæc omnia reduci possunt ad duplex nomen. Nam omquæ ad essentiam pertinent absolute, vt patet intuenti. Ea tamen tur vel de singulis, vel de omnibus in plurali, sed in singulari tantum. Non enim dicuntur pater & filius & Spiritus Sanctus dij, bonitates uel huiusmodi, sed vnus Deus, bonitas &c. C D

Nomina multa Dei communia, propria quædam,
Sunt nonnulla tropis nomina clausa suis.

D 23. Sūma. De hoc nomine, persona. Sco. Ant. And. q. 1. fr. May. d.24.q. 2. Bacc. ibi. q. 1.

Ab eis quæ dicta sunt, scilicet, nomina secundum substantiam de Deo dicta, singulariter de personis dici & non pluraliter, excipitur hoc nomen persona. Quòd quidem substantialiter dicitur absolute enim & non relatiuè prędicatur, & tamen pluraliter de om-

nibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus simul dicitur, & non singulariter. Vera enim est hęc, pater, & filius, & Spiritus Sanctus sunt tres personæ: nō autem sunt vna persona. Sed hoc nomen à prædictis suprà excipi oportuit, vt haberetur quo hæreticis responderi posset, cum instanter quęrentes quid tres in diuinis secundum scripturas dicamus. Respondendum est enim tres personas. Quod tamen magis dicitur ex penuria nominū, quibus hæ tam altissimè res exprimuntur, quàm vocabuli propria significatione. Notandum autem quòd in diuinis non est utendum vocabulis quæ sunt, diuersus, singularis, vnicus & solitarius: per quæ, scilicet importatur contrarium aut vnitatis essentiæ, aut pluralitatis personarum. E

Commoda personæ uox est, si quæstio fiat.
Quo natura modo sit tribus uno Dei.

D.24. Sūma. De nominibus numeralibus, & distinctionib⁹. Bona. Sco. Dur. Ant. And. fr. May. 24. & 25. Ric. 23.q.1.S.Th. 1.p.q.30.ar. 3. Alex.q.45. mem.1.

Nomina numeralia non ponunt aliquid in diuinis, sed remouent. Item distinctio excludit cōfusionem in personis, similiter discretio: vt per hoc quod dico, vnus Deus, decrum excluditur pluralitas. Per illa autem quæ pluralitatem exprimunt, singularitas & solitudo excluditur: vt per hoc quod dicitur, duę uel tres personæ, excludo excluditur: vt per hoc quod dicitur, duę uel tres personæ, excludo excluditur quòd non sit vna tantùm. Hęc tamen à doctoribus non concedi duntur, nisi intelligātur illa nomina sic remouere, quòd etiam significent seu ponant, Quod nec abnuunt auctoritates, quas Magister allegat. F

Onere nil, immo tantum remouere Magistro
Nomina quæ numeros in deitate notant.
Sed res ista purum deinceps laudata magistris
A nostris, hodie nullus est precij. G

D. 22. Sūma. De significatione huius nominis Persona, cùm dicitur pluraliter. Bona. Sco. Ric. And. Duran. d.23.q.1 May. d.24 q. 4 S.Tho. 1 p. q.29. ar 4. Alexan. q. 56. mem. 2.

1. Personę nomen significat essentiam in suppositō. 2. Nomen personæ multipliciter dicitur. Quo ad primum, ex suprādictis patet: quo ad secundum autem, ex eo quòd dicendo tres personas, significamus id quod est commune patri, & filio & Spiritui Sancto, quod vtique est essentia. Hinc & quęrentibus quid est essentia: responderi potest, tres personę. Capitur tamen nomen personæ quandoque pro hypostasi vel subsistentia, & hoc iuxta prædicta, propter vocabulorum penuriam: ita cùm dicimus, pateret filius & Spiritus Sanctus sunt tres personæ, sensus est, ideſt, tres hypostates vel subsistentes. Denique & quandoque supponit proprietate personali, sub eius tamen aliqua differentia, vt ex prædictis patet. H

Naturam signat, signat vel hypostasin anceps.
Nomen personæ, propria sine notat.

D.26. Sūma. De proprietatibus personarū. Sco.

Loquentes de diuinarum personarum proprietatibus, in primis cautos nos esse conuenit de nomine hypostasis, propter hęreticorū versutiam, qui eo vtebantur pro persona simul & essentia, & per

hoc simplices capiebant: quod tamen modo pro persona tantùm, sine periculo accipitur. Est autem proprietas personalis patris, generare: filii, generari: Spiritus Sancti, procedere uel spirari. Quæ quidem proprietates, relationes quædam sunt, quibus personę adinuicem relatæ distinguuntur: & paternitas filiatio, & processio dicuntur: A quibus & personarum nomina, scilicet pater & filius & Spiritus Sanctus, sumuntur. Neque tamen, quia relatiua sunt, accidentaliter dicuntur, quia incommutabiliter prędicantur: solus filius in diuinis propriè filius Dei est homines autem per adoptionē. Quamuis etiam omnes communiter personæ nomine Spiritus Sancti sumpto essentialiter nominari possunt, tertiæ tamen personę appropriatur relatiuè, & per hæc nomina, donum & Spiritus Sanctus, ipsius intelligitur relatio, cui nomen non est impositum. A

Personam perh bent distingui proprietate.
Prædicat externum non tamen illa genus.

Ric. Dur. fr. May. Ant. And. q.1. Bona. q.3. Tho. 1.p. q.40. ar. 2.

Eadem est patris proprietas, quæ his significatur nominibus: pater paternitas, generatio actiua. Et filii quæ significatur nominibus his, quę sunt: filius, filiatio, generatio passiua: & Spiritus Sancti per hæc, quæ sunt, Spiritus Sanctus, spiratio passiua, & procedere ab vtrisque. Significantur tamen hæ proprietates per ista nomina diuersis rationibus. Nominibus enim personarum (quæ sunt, pater, filius, Spiritus Sanctus) significantur non tantum proprietates, sed etiam hypostases: nominibus autem proprietatum, vt sunt paternitas, & filiatio, &c. significantur ipsę proprietates secundum se, vel actus ipsarum proprietatum, vt generare, nasci, vel generari. Sunt autem & nomina quæ propriè filio conueniunt, & personalem eius proprietatem precisè exprimunt, quæ non substantialiter, sed respectiuè de eo, respectu patris dicuntur, qualia sunt, genitus, verbum, imago. Dicitur enim genitus genitoris genitus, & sic de aliis. Essentialia etiam quandoque ponuntur pro personis, vt Deus de Deo, Deus genuit Deum, lumen de lumine, sed non è conuerso. Non enim dicimus, verbum de verbo, vel filius de filio, &c. B C

Vni personæ si multa uocabula dentur,
Res eadem multis fit manifesta modis. D

D.28. Sūma. De proprietatibus non personalib⁹. Sco. Ant. And. q.1. Bon. q.3.

Præter tres proprietates personales assignatas sunt alię non personales, quę tamen sunt personarum. Vt ingenitus, quod ad patrē spectat, & tamen aliā, quàm hoc nomen paternitas, proprietatē importat. Non enim de ratione patris est esse ingenitum, cùm absque hoc aliquis esse posit pater. Est autem sensus alius illarum propositionum, patrem esse & filium esse, quia hoc idem est. Vna enim est essentia diuina, qua vterque est. Et illarum esse patrem, & esse filium, transpositis, scilicet, terminis. Non enim est eadem pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

prietas qua ille est pater, & alter filius, vt patet. Solus filius dicitur sapientia genita uel nata. Notandum quoque quòd nomen imago relatiuè quandoque sumitur & tunc soli filio conuenit. Sumitur autem & quandoque essentialiter pro tota trinitate, ad cuius.s.imaginem homo dicitur creatus.

Et pater, ingenitus cognomine dicitur apto,
Dicitur & natus solus, imago patris.

D.29. Sūma. De cōmuni spiratione, quę est alia proprietas, sed nō personalis. Bona. Sco. Ric. Duran. q.1. Th. 1.p.q. 33.ar. 1. Alex. q.70 mem. 1. ar. 1.

Hoc nomen principium, in diuinis dicitur ad aliquid totiqúe cōuenit Trinitati & singulis personis ac multiplicem notat relationē. Est nanque pater principium totius diuinitatis, quia principium filii & Spiritus Sancti, & sic est principium, sine principio. filius est principium: quum Pater & filius sint principium Spiritus Sancti, & Spiritus Sanctus non aliter procedat ab uno, quàm ab alio. Spiritus Sanctus autē est principium creaturæ, & principiū de vtroque. Nec dicūtur tres personæ esse tria, sed vnum principiū ex tempore totius creaturæ. Quamuis autem & vna persona sit alterius principium, vt iam dictum est, hoc tamē non est ex tempore & essentialiter, sed notionaliter. Pater & filius sunt principium Spiritus Sancti, idqúe vnica notione dicta à recentioribus communi spiratione.

Omnes principium personas dicimus vnum.
Principium, natum dicimus atque patrem.

D.30. Sūma. De relationibus quæ conuenūt Deo ex tempore. Bona. Sc. Durā. May. Bac. Ant. And. q. 1. Ric. q. 3. Tho. 1. p.q. 13. ar. 7. Ale. q. 53. mem. 2

Aliqua de Deo dicuntur ex tempore, idqúe sine sui mutatione. Vnde nec per hoc, ei aliquid accidit, sed rei temporali: qualia sunt, creator, Dominus, refugium, & huiusmodi. Tunc enim cœpit hoc modo Deus esse creator, quando cœpit esse ipsa creatura: & sic similiter de alijs. De tempore tamen dicitur, quòd Deus non cœpit esse Dominus temporis in tempore. sed cum tempore, eo quod tempus in tempore esse non cœperit. Est ergo talis relatio realiter solùm in creatura, in Deo autem solum eius appellatio, seu secundum rationem. Fit enim hoc, vt dictum est, sine ipsius mutatione sicut in simili nummus sine mutatione sui fit pretium. Hinc patet quomodo Spiritus S. puris mentibus sine sui mutatione confertur.

Sit dominus rerum quamuis in tempore factus.
Non de mutatum dicimus esse Deum.

D.31. Sūma. De appropriatis. Sco. Duran. May. Bacc. Ant. And. q.1. Bona. & Ric. q. 2. Tho. 1. p. q. 42. art. 1. Alex. q. 54.

Illa nomina æqualē &. similē in diuinis relationem quidem dicunt, sed ea est solum relatio rationis. Nihil enim est sibi ipsi æquale, sicut nec simile, & tamen personarum æqualitas est secundum essentiam. Aequalitas ergo, & similitudo in diuinis nihil aliud est quàm identitas virtutis diuinarum personarum, idqúe relatione rationis tantum. Aliqui dicere volebant, quibus Magister adhęret, in quo non tenetur, quòd illa nomina in diuinis nihil ponerent. Affirmatur autem in diuinis secundum appropriationem de patre vnitas

tas & æternitas, quia illa pertinet ad principium, qui & innascibilis dicitur: de filio autem imago, species & pulchritudo, & æqualitas, ob perfectam patris representationem: de Spiritu Sancto, amborū nexus & charitas, munus quoque & vsus: quia per ipsum & ab ipso omnia nobis donantur. Quia verò neutrum genus ad essentiam refertur, masculinum verò ad personam, seu hypostasin, ideo pater & filius & Spiritus Sanctus dicuntur quidem vnum, non autem vnus, nisi cum additione: & vnus Deus vel huiusmodi.

mem. 1. ar. 1. Nissa. Trac. 1. p. 2. por. 3. q. 1.

Natura æqualis, non proprietate, parenti
Filius, ac vnum, non tamen vnus erit.

Pater & filius in diuinis diligunt se Spiritu Sancto, & hoc, capiēdo diligere notionaliter, vt ponitur pro communi spiratione differente, scilicet ab essentia secundum rationem. Non autem est concedenda illa propositio, Pater sapit sapientia genita, seu per eam sapientiam quam genuit: ne filius qui est sapientia genita, videatur esse causa sapientiæ in patre. At dum quæritur, an filius sapiēs sit sapientia ingenita, concedi debet, eò quòd ipse eadem sapientia, sapiens est qua pater. Est enim sensus quòd filius est de sapientia ingenita. Conceditur etiam à quibusdā illa, filius sapiens est sapientia genita, vel se ipso, quod idem est, non tamen à se ipso. Est autem vna eademqúe sapientia patris ingenita & genita secundum rem, secundum rationem tamen differens. Hoc enim additum, patris, facit sapientiam stare pro personis. Si verò absolutè ponitur, stat pro essentia, sicut & de dilectione est considerare. Vnde & sicut in deitate est dilectio, quæ est pater & filius & Spiritus Sanctus, scilicet ipsa diuina essentia, & tamen Spiritus Sanctus est dilectio, quæ non est pater nec filius, nec tamen per hoc sunt duæ dilectiones, sed vna tantum: sic est & suo modo de sapientia. Denique & diligere, si capiatur essentialiter, & idem est quod esse, tunc pater non diligit Spiritu Sancto, sed bene, si capiatur notionaliter pro passiua spiratione. Tunc enim etsi idem sit quod diuina essentia secundum rem, non tamen secundum modum significandi. Secus tamen est hic de sapere, quod semper essentialiter capitur.

D.32. Sūma. de intellectu assignatarū proprietatū, præsertim de amore & sapientia. Bon. Sco. Ric. Durā. Ant. And. q. 1. May. q. 1. Tho. 1. p. q. 37. art. 2. Alex. q. 67. mem. 3. ar. 3.

Quamuis se genitor spiramine diligat almo,
Attamen is genito, non sapiente, sapit.

Diuinarum personarum proprietates sunt ipsæ personæ, sunt & diuina essentia: ut paternitas est pater, & est diuina essentia: sic & filiatio filius, & processio Spiritus Sanctus. Nulla enim in diuinis potest esse diuersitas, nec compositio, sed ob diuinę naturæ simplicitatem, Deus est quicquid habet, ubi non repugnat relatiua oppositio. Fuerunt autem aliqui qui hoc negantes, dixerunt ipsas proprietates non esse personas, sed quasi extrinsecus affixas, quasi si

D.33. Sūma. De cōparatione vel differentia proprietatis ad personas & essentiā. Sco. in Reporta. & Ant. And. d.2 primi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

proprietates sunt personę, ideo eas non distinguunt. Sed hoc non sequitur. Nam & se ipsa res distingui potest, seu determinari. Addunt autem dicentes si proprietates sunt diuina essentia, ergo in ei personæ conueniunt sicut & in essentia, vbi non attendunt repugnare relatiuam oppositionem. Plenum tamen horum intellectum nemo mortalium habere potest, sed standum est in his veritati fidei. Neque etiam sequitur paternitas est in essentia, ergo essentia generat, vt ipsi volebant. Non enim est ibi determinando uel distinguẽdo eam, sicut est in persona, cuius est generare. E

Vni personæ quod conuenit, omnibus apta
Conueniet, modo ni dempta relata sient.

D.34. Sũma. De personarum cũ essentiæ vnitate. Sco. se remittit ad ea quæ in 2.d. 8. 13. & 26.

Per hoc quòd in diuinis persona est idem cum essentia, non est eadem res quę generat & generatur, vt hęretici uolebant: quia & si generans & generatum in substantia conueniant, non tamen in personalitate: quia persona & essentia secundum rationem differunt. Et si etiam vnus Deus dicatur tres personæ, sitque vna essentia triũ personarum, & tres personæ vnius essentiæ, non tamen potest sanè dici vnus Deus trium personarum, vel tres personæ vnius Dei. Per hoc enim significaretur Deus in aliqua habitudine principii respectu personarum, quod non valet. Neque simile est de essentia, quia hæc uox, Deus significat in ratione principij effectiui, non autem essentia. Quòd autem patri attribuitur potentia, filio sapientia, & Spiritui Sancto bonitas, quamuis omnes eadem potentia sint, & sapientia & bonitas: hoc fit, ne pater impotens putetur, & filius insipiens, & Spiritus Sanctus tumidus, vt in humanis seu creaturis esse consueuit. De nomine etiam, homousios, notandum quòd ad tempus propter hæreticos abolitum patefacta ipsius significatione, in consuetudinem locutionis est resumptum, valet tantum, idest vnius & eiusdem substantiæ. Nomina verò translatiue de Deo dicta, vt splendor, speculum, & huiusmodi, intelligi debent secundum rationem translationis & similitudinis eorum. F G

Personis eadem fuerit natura, tametsi
Est personarum candidus ordo trium.

D.35. Sũma. de attributis quæ conueniũt Deo respectu creaturæ. D. Th. 1.p.q.15. Ar. 2. Sco. & An. An. d.35.q.1.

Scientia Dei siue sapientia, quamuis simplex sit, & una, propter varios tamen rerum status & effectus multa sortiuntur nomina, vt scilicet iam dicatur præscientia, prout scilicet est de futuris & omnibus, tam bonis quam malis: iam dispositio, inquantum est de faciẽdis: iam prædestinatio, vt est de saluandis: iam prouidentia, in quãtum est gubernandorum: quæ & pro dispositione accipitur, licet interdum & pro præscientia accipiatur. Sapientia verò vel scientia est de omnibus, tam bonis quam malis, presentibus & præteritis, tẽporalibus & æternis. Si autem nulla futura fuissent, licet tollere- H

tur præscientia, dispositio uel prædestinatio quo ad respectum & antecessionem, quàm ad futura important, non tamen quo ad essentiam, quæ tali respectui subiicitur. Intuetur autem Deus omne futurum, vt sibi præsens, eo quòd omnia tam præterita quàm futura, sicut & præsentia ab æterno in Dei fuerunt scientia.

Nomina multa, Dei tenet vna scientia, rerum,
Quod splendens varijs efficit ordo modis.

D.36. Sũma. De comparatione rerum scitarum ad Dei scientiã, & quomodo res sint in Deo. Sc. An. And. Bona. q. 1. ar. 1. Dur. q. 2. Ric. 35. d. q. 4. Niissa. Trac. 1. p. 3. p. 1. q. 2.

A Licet omnia à Deo cognita sint in eius scientia, non tamen in ipsius essentia. Multa enim scit, quæ essentia eius non sunt. Deus etiã aliquo modo cognoscit bona, quo non cognoscit mala, quæ scilicet in eo esse non possunt, cùm illa solùm in eo esse dicantur, ad quæ in ratione principii ipse se habet, qualia non sunt mala, quæ nec ipse approbat. Denique et si omnia quæ sunt de Deo, possunt dici ex ipso, non tamen econuerso, omnia quæ ex ipso sunt, quia ab eo facta: non autem de ipso, quia non de sua substantia.

Nouit multa Deus, quæ essentiæ in esse negantur.
Nouit non eodem, quo bona, praua modo.

B In omnibus generaliter rebus Deus est præsentialiter, potentialiter & essentialiter, sine tamen sui definitione, est & in omni loco sine circumscriptione, in omni etiam tempore sine mutabilitate. In sanctis specialiter, & excellentius, est per gratiã suam. Excellentissimè autem est in homine Christo, in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat. Est ergo vbique per essentiam, sed in solis bonis habitat per gratiam. Priusquam autẽ res aut sancti essent, Deus qui nullius eget, ęquè vt modò in se habitauit. Neque tamen per C hoc quod Deus præsens est in rebus etiam immundis maculatur; sicut nec spiritus humanus à corpore leproso, nec à rebus fœdis radius solaris. Et quamuis Deus est vbique & in omni tempore, non tamen temporalis est, nec localis: quia nec subest motui, nec loco terminatur, nec circumscribitur. Spiritus autem creatus loco, quidem terminatur, non autem circumscribitur: qui & per tempus mouetur secundum affectiones tempori subiacentes, non autem Deus. Qui & sine sui mutatione de nouo incipit, vel desinit esse in creatura modo prædicto.

D *Solus ubique Deus multo discrimine rerum,*
Mutatur nullo tempore sine loco.

D.37. Sũma. De cõparatione Dei ad res, scilicet, quo modo Deꝰ sit in rebus. Sco. Ric. May. An. An. q. 1. Bon. Duran. q. 2. D. Tho. 1. p. q. 8. ar. 3. Alex. q. 9. mem. 2. & 3.

Scientia simplicis intelligentiæ in Deo non est causa rerum, nec res sunt causa scientiæ Dei, ita quòd non sequitur, Deus mala certè præsciuit, & eius præ scientia falli non potest, ergo necessario euenient. Nisi fortè dicatur causa malorum sine qua non. Nàm sine eo mala non essent, licet ipse nec uelit nec approbet ea, sed tantum bona. Contingentia enim futura secundum se contingentia sunt. licet

D.38. Sũma. De cõparatione scientiæ Dei ad res scitas. 1. p. q. 14. ar. 1. ar. 9. ar. 11. ar. 13. & 1. con. Genti. c. 66. Alex. q. 23. mem. 3. ar. 4 Seraph. d. 35. & 39. d. q. finali. ar. 2. Scotus May. Ant. And. 38 & 39. Niissa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tract.1.p.2. por. 3. q.4. Dur.35.q.4. 34.q.3.38.q. 3. Vide etiã Sco. 39. q.5. & Niffam. Trac.1. p.3. por.1.q.vnica.

certum sit ea euenire quantum ad Dei præscientiam. Angelicus D. varias mouet & eas quidem vtilissimas quæstiones super ea quæ in hac distinctione continentur. Vnde propositiones illæ, & similes, impossibile est euenire quod Deus præsciuit, possibile est non euenire futurum à Deo præscitũ, coniunctim in sensu compositio falsæ sunt, in sensu autem diuiso veræ. Tunc enim simul stat, ea à deo præscita, & tamen in se fore contingentia.

Quamuis non possit diuina scientia falli,
Libera contingunt multa futura tamen.

E

D.39. Sũma. De immutabilitate scientiæ Dei. Vide Sco.& Tho. vbi supra.

Etsi aliquid subiectum esse possit scientiæ Dei, quod ante non fuit, aut etiam desinere possit aliquid subiectum esse idem scientiæ quod ante subiectum fuit: tamen ipsa Dei scientia per hoc non mutatur, sed omnino immutabilis est. Hæc enim est eius sapientia, & illa sua essentia. Vnde nec augmentari potest; nec minui, immo & absque sui mutatione, Deus scire potest, quod nescit, & potest uelle quòd non uult. Et hoc si propositiones illæ diuisim intelligantur. Sic enim designant Deum habere libertatem & potentiam omnia sciendi vel non sciendi, sicut ab æterno habuit. Et hoc loquendo de scientia approbationis. Potest ergo & ad hunc sensum plura scire quam scit, sed sine sui mutatione. Prouidẽtia quoque Dei omnes creaturæ simul gubernantur, quamuis non æqualiter omnibus prouideat, sed cuilibet secundum modum suum.

F

Vna manet semper diuina scientia, quando
Illam augere, nihil minuisse potest.

D.40. Sũma. De prædestinatione & reprobatione, & corũ effectib⁹. Sc. Ant. And. q. 1. Bac. q.41. q.1.

Prædestinatio (quę scilicet præscientiam secundum intellectum præsupponit) est gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro præparatio. Ipsa enim est solum respectu saluandorum. Præscientia autem etiã ad damnandos se extendit. Est autem certus prædestinatorum numerus eo quòd nullus damnãdus saluari potest, nec saluandus damnari. Vnde & illę propositiones, præscitus potest saluari, vel prędestinatus potest damnari, in sensu composito falsæ sunt, licet in sensu diuiso concedantur. Neque etiam prædestinatus, esse potest non prædestinatus, nisi secundum distinctionem datã. Nam coniunctim hę & similes falsæ sunt, diuisim autem verę. Prædestinatus enim in quãtum talis, nunquam potest damnari, aliàs scientia Dei mutabilis esset, & prędestinatio incerta. Cuius etiam effectus est saluatio, sicut effectus approbationis, damnatio.

G

Saluus erit, quemcunque Deus prædestinat, idem
Quem reprobat, Stygias tristis adhibit aquas.

H

D.41. Sũma. De causa p̃destinatiõis & reproba-

Obdurationis quidem, quę scilicet est gratię diuinę subtractio, seu non collatio, meritum aliquid est. s. obdurati præcedens peccatum: nõ autem reprobationis, quæ. s. est æterna. Prędestinationis au-

tem

tem nec quo ad æternam Dei electionem, nec quo ad temporalem ipsius gratiæ collationem, aliqua causa esse potest ex parte prædestinati, quia primam gratiam nullus meretur, aliàs gratia non diceretur, quæ scilicet gratis datur. Sic ergo non propter merita vel demerita futura Deus hunc elegit, & hunc reprobauit: sed liberè iuxta suæ beneplacitum voluntatis. Neque verò Dei reprobatio est causa peccati, sicut tamẽ eius prædestinatio est causa boni, cùm peccanti liberum dederit arbitrium. Quamuis autem præscientia Dei, quę est respectu futurorum, minui possit, futuris, scilicet in præsens vel præteritum transeuntibus, non tamen minui potest eius scientia, quæ videlicet est omnium præteritorum, sicut & futurorum & præsentium.

A

tionis. Sco. Ricar. Ant. And. q.1. Bona. & Dur q. 2. May. d 42. q.4. D. Tho. 1.p.q. 23. ar. 5. Alex. q. 28 mem. 3. ar. 1.

Non Deus ex meritis quemquam prædestinat, etsi
Peccatis reprobus sordeat ipse suis.

D.42. Sũma. De omnipotentia Dei. Bona. Ric. Dur. d.43. q. 1. ar. 1. Sco. Ant. And. 42 q.1. D. Th. 1. p.q. 25. ar. 1. Alex. q. 21. mem. 1. ar. 1.

Omnipotens dicitur Deus, nõ ideo quia potest omnia quæ vult, sed quia potest omnia quæ sunt factibilia, seu quę sub actiua cadũt potentia. Nàm ad omnipotentiam non sufficit posse omnia, quę quis velit: alioquin & quilibet beatus, omnipotens dici posset. Nec valet si dicatur quòd ipse nõ potest ambulare aut loqui, & sic de aliis, ergo non potest omnia. Potest enim, licet non per se, quia sibi non competit, tamen per nos & in nobis ea facit. Sic nec valet, non potest mentiri, fallere, decipi, aut peccare, ergo non potest omnia. Talia enim facere, non est potentiæ, sed potius infirmitatis. Quod autem quędam auctoritates dicunt eum ideo omnipotentem dici, quòd potest omnia quę vult, intelligendę sunt, idest Dei voluntas impediri nõ potest. Filius quoque sicut & Spiritus Sanctus, dicitur omnipotens, licet non à se, quia vterque est ab altero: tamẽ per se, quia eadem omnipotentia quam pater.

B

C

Sola Dei nullo constricta potentia fine est,
Quicquid enim esse potest, hoc facere ipse potest.

D.43. Sũma. De quantitate omni potentiæ Dei. Bon. Ric. Duran. d.41. q.3 Sco. Ant. And. q.1. & May. q 2. D. Th. 1. p.q. 25. ar. 3. Alex. q. 21. mem. 5. ar. 1.

Errauerunt, & defecerunt in scrutinio suo, qui potentiam Dei infinitam, ad mensuram coarctare volentes, dixerunt Deum non amplius, nec aliud, nec quod facit omittere posse. Et rationes quas adducunt, insufficientes sunt. Nam quod arguunt à ratione boni & iusti quòd Deus nihil nisi tale facere possit, si referatur ad præsens tempus, nihil impedit. Nempe si Deus alia faceret, vel meliora, similiter bona & iusta essent: quamuis quo ad omne tempus, nihil facere possit nisi bonum & iustum. Quòd etiam arguunt Deum nihil facere, nisi quod debet facere, non valet, quia verbum debiti in diuinis locum non habet. Quòd etiam à rationabili arguunt, scilicet omne quod Deus facit, esse rationabile, dicimus etiam alia rationabilia esse si ea faceret. De prescientia verò quod dicunt, supra expli-

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

catum est. Quamuis etiam idem sint in Deo voluntas & potentia potentiæ, tamen plura subsunt quàm voluntati. Hinc conclusiuè dicitur, Deum plura posse facere quæ non vult, nec facit. Potest enim omnia possibilia & non implicantia. Posset etiam omittere quæ facit: quod & hinc patet, cùm possit iustificare omnes: quod tamen vt constat non facit.

Si dimissa Deus faceret, dimitteret acta,
In iustum posset dicere nemo tamen.

D.44. Sûma. De qualitate potétiæ Dei Bona. Sco. Ric. Duran. Ant. And. q. 1 ar. 1. D. Tho. 1. p. q. 25. ar. 6

Rerum vniuersitatem Deus meliorem facere potest quàm fecit. Nam nisi hoc posset, creatura aut esset summè bona, & sic creatori æqualis, quod est impossibile: aut Deus ei maioris bonitati capacitatem conferre non posset, quod similiter falsum est. Nec obstat quòd sibi filium æqualem genuit, quia ille est de patris substantia, creatura autem de nihilo. Hæc tamen intelligẽda sunt ex parte rerum. Dei enim sapientia qua facit, melior esse non potest, sed ipsa creatura. Non est ergo limitata diuina potentia nunc magis, quam vnquam ad faciendum quod vult, licet nõ eodem modo res ad eadem se habeant, ut patet in eo quod in præteritum transit. Sic & de voluntate & scientia suo modo dicendum est.

Longè aliter potuit, poteritque potestq; creare,
Optima quantumuis, cuncta creata Deus.

D.45. Sûma. De volũtate Dei & eius acceptione. D. Tho. 1. p. q. 19. art. 2. Sco. pur. An. And. q. 1. Ric. q. 4.

Voluntas quidem Dei est idem realiter, quod sua essentia; quia tamen ea differt ratione, sicut & scientia, ideo aliqua voluntati Dei attribuuntur, quæ non attribuuntur eius essentiæ. Non enim Deus est omnia, qui tamen vult omnia. Est autem diuina voluntas causa vniuersalis omnium, & quæ naturaliter, & quæ mirabiliter fiunt. Cùm quæ ipsa sit causa prima ipsius non est quærenda alia causa, alioquin ipsa non esset simpliciter prima. Nominatur quoque voluntas multipliciter. Nam quãdoque accipitur, propriè secũdum quod est diuina essentia, & illa dicitur voluntas beneplaciti: alia autem dicitur voluntas signi, quæ in hoc differunt, quia illa est æterna, ista temporalis: hęc semper impletur, nõ autem ista: vt est præceptio, prohibitio, consilium, permissio, & operatio, quæ dicuntur voluntas Dei, quia sunt eius signa, non quasi hęc omnia fieri velit, sed quia ad modum uolentis se habet.

Quæ uel sunt, vel erant, uel quondam facta fuere,
Cunctorum ratio est vnica, velle Dei.

D.46. Sûma. De volũtate quoad secus effectus. Bo. 1. Ric. d. 47. q. 1. ar. 1. Sco.

Semper impletur voluntas Dei beneplaciti, qua, scilicet facit, quæcunque vult in cælo & in terra. Nec obstat quòd dicitur vult omnes homines saluos fieri, & tamen nõ omnes saluãtur. Nàm hoc sic habet intelligi, ideſt, omnes quos vult saluos fieri, saluãtur: quomodo in simili dicitur, illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc

mundum, omnem, scilicet qui illuminatur. Et in similibus similiter. Non etiam concedendum est Deum velle mala fieri. Nam tunc iniquus esset: Non etiam cõcedendum est Deum. Neque quod vult non fieri mala, quia sic mala nunquam fierent. Sed magis dicendum est quòd non vult ea fieri, quia solùm permittit. Vnde nec sic voluntati eius resistitur. Neque fieri malum, bonum est simpliciter, sed in quantum ex malis possunt elici bona. Nam bonum aliquod est tale in se, & ei cui fit, sed nõ facienti. Et est aliquod bonum in se & facienti, sed nõ cui fit. Et est aliquod bonum in se & facienti, & cui fit. Est autem & aliquod in se nõ bonum, & facienti nocet: & tamen ad vniuersi valet decorem à Deo ordinatum. Quod etiam dicitur mala fieri verum est, sed omne verum est à Deo, ergo &c. Veritas quidem huius dicti à Deo est, sed nõ res dicta, ideſt malum. Veruntamen nullum malum fit, nisi à Deo (vt dictum est) permittatur.

Vult mala simpliciter nunquam Deus ipse, tametsi
Quo minus, haud quanquam semper agantur, obest.

D.47. Sûma. De voluntatis diuinæ efficaci impletione. Bona. q. 3. Sco. & Ant. And. q. 1

Est autem & semper efficax diuina voluntas, nihilque contra eã (quamuis pręter eam) fieri potest, quin semper impleatur: & hoc aut à creatura, dum benefacit: aut de creatura dum ipse de malè faciente ordinat vt vult. Quia autem præter Dei voluntatem aliquid fieri posse dicitur, cùm tamen ei nihil resistere valeat, intelligẽdum est quoad ipsius permissionem: quod etiam est, dum aliquid fit cõtra eius præcepta vel prohibitiones. Hinc & obsequuntur diuinæ voluntati etiam mali: quia resistentes voluntati eius quæ pręceptum, vel prohibitio dicitur, ea faciunt vnde voluntas eius, quæ ipse est semper inuicta permaneat. Neque etiam Deus omnia quæ pręcepit uel prohibuit, ita fieri voluit, sed ad modum volentis se habuit, vt patet in præcepto de immolando Isaac, & decuratis leprosis.

Haud ulla in re vnquam frustra est diuina voluntas,
Quanquam sunt vulgo pessima mista bonis.

D.48. Sûma. De cõformitate voluntatis humanæ ad diuinam. Bona. Sco. pur. Ant. An. q. 1. Ric. q. 2. May. d. 46. q. 5. Alex. 1. p. q. 41. mem. 1. & 3.

Interest inter voluntatem Dei & hominis, adeo quòd contingit quandoque aliquem mala volũtate velle id quod Deus bene vult, vt si filius malus patrem mori velit, quem & Deus mori vult. Et cõtra quandoque cõtingit quòd quis vult bona voluntate quod Deus nõ vult, vt si bonus filius patrem velit viuere quem Deus vult mori. Vnde bonam voluntatem nõ oportet semper cõfirmari voluntate Dei in volito. Denique & quandoque Dei bona voluntas per malam hominis uoluntatem impletur, vt in crucifixione Domini IESV patet. Non quasi actum Iudęorum malum Deus voluerit, sed Christus pasionem bonã. Hinc & viris bonis Dominica pasio

pur. Ant. An. q. 1. D. Th. 1. p. q. 19. ar. 6. Alex. 1. p. q. 36. mem. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

intuitu voluntatis Dei & nostræ Redemptionis placuit, non autem intuitu cruciatus sui sicque de eodem (sed non ob idem) letabantur & tristabantur. Sanctorum autem passiones quanuis & ipse bona voluntate & mala appeti potuerint, tamen hoc refert, quia sola Christi passio est nostræ salutis causa. Quam nobis idem concedere dignetur, qui cũ patre & Spiritu Sancto viuit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum.

Velle Dei & nostrum quanto discrimine distent,
Quàm variisque cupi res queat vna modis.

LIB. I. FINIS.

SECVNDI LIBRI LOCATIONIS explicatio in quo de rerum, creaturarumq; creatione agitur. Habetq; 44. distinctiones.

Postquam Magister in primo libro determinauit de Deo quantum ad rationem suæ naturalis perfectionis in hoc 2. lib. determinat de ipso inquantum eius perfectio relucet in operibus creationis. Ideo circa 1 dist. in qua determinat de emanatione creaturarum Sco. quærit sex.

Vide Ant. And. & Nicolaum de Orbellis. 2. d. 1. q. 1. & sequentes. q solitum tamen est Scotistis pro principio huius d. quærere. Vtrum possibile fuerit naturam humanam vniri verbo in vnitate suppositi. Vide D. Tho. 3. p. q. 2. ar. 3. Bona Sco. Rie Dur. Bac. 3. d. 1. q. 1. Ant And. 2. d. 1. q. 1.

OMNIVM rerum uisibilium, scilicet & inuisibilium Deum esse Creatorem, & eas in temporum principio creasse, scriptura sacra in sui ostendit primordio, elidens per hoc errores Platonis & Aristotelis: quorum alter Deum nõ Creatorem, sed quasi opificem rerum esse posuit, supponens, scilicet materiam in opere Dei, cùm creatio sit ex nihilo, quo etiam modo aliquid facere soli Deo conuenit. Aristoteles autem ponens duo principia, scilicet materiam & formam, & tertiam operatorium mundũ æternum dixit. Dicitur autem Deus aliquid facere vel agere, non

quia

quia operãdo mutetur, sed æterna voluntate sine sui motione, cuius simile aliquod in calore solis est inuenire. Causa autem rerum creatarum est bonitas Creatoris. Qui etiam vt creatura beatitudinis ipsius particeps fieret, rationalem fecit creaturam, eam scilicet quæ summum bonum intelligeret, amaret, possideret, & per hoc ea frueretur. Quę quidem distincta est in incorpoream seu angelum, & corpoream seu hominem. Non quasi ipse Creator his indiguerit, sed vt ei seruirent, ac eo fruerentur. Denique & ipse mundus ad seruiendum vlterius homini factus est, & homo ad seruiendum Deo, non ad Dei, sed totum ad hominis vtilitatem, ad Dei autem gloriam. Insuper & angeli, licet nobis superiores sint natura, nostri tamen sunt, quia ad vsum nobis sunt, & seruire nobis debent: vt in simili, res dominorum dicuntur famulorum propter vsum. Nec propter angelorum ruinam factus homo dicitur principaliter, licet illa sit vna concausa. Est autem anima ipsa corpori vnita: primò, quia Deus ita voluit: de hinc, vt vnio hominis cum Deo per amorem possibilis ostenderetur: atque in corpore Deo deseruiens homo, maiorem mereretur coronam. Inter angelum autem & hominem alia est creatura quædam corporalis tantùm, & de his tribus tractabitur in hoc libro secundo.

Prodijt ex vno rerum natura creata,
Id tamen ante sophis non placuisse ferunt.

Angelica natura (quę in scriptura sapientia quandoque dicitur) omnium prima creata est, non quidem quasi tempore omnes præcedens, sed dignitate. Ipsa enim, & cęlum Empyreum, tempus & quatuor elementorum materia: simul sunt condita. Vnde quod dicitur, in principio creauit Deus cęlum & terram per cęlum secundũ Augustinum intelligitur spiritualis creatura, per terram autẽ corporalis. Quamuis autem angelum alias creaturas omnes duratione quadam præcessisse Hieronymus dicere videtur, hoc tamen nõ ex propria, sed ex aliorum opinione locutus putari debet. Denique sicut ex scripturæ auctoritate colligitur, in cęlo Empyreo creati sunt angeli. Vnde & mali per peccatum inde corruerũt, & boni in eodem permanserunt. Quod quidem cęlum tale dicitur, & quasi igneum, & est id de quo dicitur, quod in principio Deus cęlũ creauit, &c. Est autem angelus primo creatus informis, quo ad habitum gratiæ: postea autem secundum eandem formatus, & ad Deum cõuersus. Notandum tamen extra textum, quòd secundum quosdam creatus in gloria Angelus tenetur.

Nam mens spirituum quàm rerum cæteræ moles
Mox à principio nuda creata fuit.

Angelis suæ creationis initio quatuor sunt distributa non tamen

D. 2. 2. lib. Sũma. De creatione Angelorũ Sco. format circa hãc d. 13. quęstiones. Vide ét D. Th. 1. p. q. 10. ar. 5. & 6. q. 52. ar. 1. & 2. 3. Ité. q. 53. ar. 1. 2. 3. Vide & D. Bona. in 2. uariis quæstionib⁹. & May. 2. d. 1. q. 6. 2. d. 1. q. 3. 4. 3. lib. d. 3. q. 2.

D. 3. 2. lib. Sũma. De Ange

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis secũdum suos intrinsecas cõditiones. D.Tho. variis in locis varias mouet quæstiones. 1. p. q.7.ar.1.& 2 q.50. ar.4.q. 54.ar.2.q.55 ar.2.3. q.56. ar.3. etiã Seraphicus.d. & Sco. Vide Ant. And.

æqualiter, scilicet immaterialis simplicitas, distinctionis eorum personalis diuersitas, intelligendi perspicacitas, & uolendi libertas. Sicut enim in naturę gradu vnus alterum excedit, sic & in cognitione & etiam gratiæ collatione, in arbitrii quoque libertate, prout scilicet voluntatem sequitur. Nam quo ad id quod cogi non potest arbitrium omnes sunt æquales. Omnes vero bonicreati sunt quantum ad naturam attinet. Vnde inter creationem & lapsu malorum aliqua morula interceſsit. Nihil enim mali Deus producere potest. Insuper & mox creati angelici spiritus, omnes naturalem cognitionem sui, ac creatoris, ac cæterarum creaturarum habuerunt, intelligentes quid bonum aut malum, habebant & naturalem quendam Dei & sui amorem, licet secundum Magistrum nondum meritorũ, & eo quòd (vt dicit) gratiam tunc nondum acceperint. E

Non eadem Angelicas ornabant munera mentes,
Hæc minor ingenio, promptior illa fuit.

D. 4. Sũma. De Angelorum morali bonitate vel malitia ĩ sua creatione. Sco. Ric. Duran. q.1. Bon. q.3. ar. 1. D. Tho. 1. p. q 63. ar. 4.

Angeli nec beati nec miseri creati sunt, eò quòd miseria non est nisi sit peccatum, in quo ipsi creati non sunt. Neque etiam boni angeli status sui certitudinem habuerũt, sicut nec alii pòst lapsi, illius sui lapsus pretii fuerunt. Quamuis autem beatus Augustinus bonos pręscios suæ confirmationis fuisse dicere videatur, hoc tamen (vt ex verbis suis patet) non assertiuè, sed inquirendo potius dicit. Possunt autem dici angeli creati perfecti & imperfecti: perfecti quidem pro illo statu & tempore, quia habebant quicquid illæ requirebat status. Imperfecti autem respectu eius cuius erant capaces: vt quod adhuc eis restabat conferendum. Quo tamen etiam accepto, à perfectione diuina in infinitum distant. F

Non miser aut fœlix primo fuit Angelus æuo,
Conscius euentus nec fuit ille sui.

D. 5. Summa. De cõuersione & auersione Angeorũ. D. Th. 1. p. q. 62. ar. 4. Sco. Ant And. q. 1. Ric. d. 9. q. 2. Ma. d. 4. & 5. q. 1. Niissa. tract. 2. p. 2. por. 1. q. 1.

Post creationem suam angeli quidam creatori amorem adhærẽtes per gratiam illuminati sunt: alij verò ab eo auersi, excęcati: nõ quasi obcęcationem Deus eis immiserit, sed quia gratiam ipsis nõ apposuit. Per dictam autem conuersionem hij facti sunt iusti, sicut per auersionem alii peccatores. In hac etiam sua conuersione boni gratiam cooperantem acceperunt, sine qua scilicet ad meritum vitæ nemo proficit. Nam gratia iustificante nõ indigebant, eò quòd mali nunquam fuerint. Vnde quòd boni cõuersi sunt à bono quod habebant ad bonum quod non habebant ex gratia ipsis peruenit. Hæc autem gratia licet malis collata non fuerit nõ tamen per hoc excusari poterant: quia quousque eis conferetur stare nolebant. Aliis autem dicentibus, quòd boni per gratiam eis collatam beatitudinem tunc meruerint, aliis verò quòd non, sed magis per ea quę modò circa nos faciunt, Magister dicit, sibi hoc vltimum magis G H

pla-

placere. In hoc autem Magister non tenetur, sed primum amplectuntur doctores.

Mox è spiritibus malesuada superbia quosdam
Damnauit, reliquos constabiliuit amor.

D.6. Summa De cõsequẽtibus auersionẽ Angelorũ Sco. uero circa hanc. d. quærit. Vtrũ Angelus malus potuerit appetere ęqualitatem Dei. q.1. An. And. Niissa. tract. 2. p. 2. por. 1. q. 1.

De omnibus angelorum ordinibus aliqui ceciderunt. Inter quos & supremus omnium Lucifer, propria excellentia malè conspecta, cecidit primus. Qui & in hunc aerem caliginosam vsque ad iudicii diem detrusi sunt, quasi ad locum ob eorum tenebrositatẽ sibi debitum, & exercitium nostrum. Vltimò autem ad infernum detrudentur. At vsque ad iudicii diem tam inter bonos quàm malos officia prelationis & subiectionis permanent, vbi & mali à vitijs, in quibus tentant, quandoque denominantur. Est autem uerisimile, quotidie aliquos dęmonum ad infernum descendere, ad animas illic cruciandas deducendum. Lucifer uerò ibi relegatus à quibusdam putatur ab eo tempore, quò à Christo victus est, circa tempora Antichristi soluẽdus. Quidam tamen ab initio peccati sui illic eum fuisse dicunt. Sed & alii dęmones cum à nobis vincuntur, tentandi potestatem amittere videntur: & hoc maximè in vitio, in cuius resistentia victi sunt. A B

Obscurum quamuis habitet malus aera dæmon,
At tamen hunc poterit vincere cæstus homo.

Per stantes angeli in bono per gratiam sunt confirmati, ita quod iam peccare non possunt: cadentes uerò, obstinati, quòd tametsi bonum aliquando sit quod uolunt, non bene tamen: nec per hoc vel hi vel illi liberum amiserunt arbitriũ, nec obstat quòd hoc ad vtrunque se habet, cùm boni adiuti gratia spontaneè, hoc faciant: mali etiã à gratia deserti & corrupti, surgere ad bonum nolunt, imo per hoc boni arbitrium habent liberius, quia peccato seruire non possunt, quod ante potuerant, prout loquitur Hieronymus. Quamuis autem mali angeli per malitiã obdurati sunt, viua ci tamen sensu nõ sunt pęnitus priuati, sed magno scientiæ acumine vigent, tàm natura quam experientia, quam etiam bonorum spirituum reuelatione, quæ eis, quandoque fit Deo id volente. Quorum & malorum scientia magicæ artes deo permittente fiunt ad fallendũ fallaces, & admonendum fideles & ad probandum patiẽtes, neque verò per hoc visibilis rerum natura malis angelis ad nutum deseruit. Nec ipsi ex hoc creatores dici possunt, cũ hoc sit solius Dei, sed per occulta quædam & latentia in rebus semina ea perficiunt: sicut nec parentes filiorum dicuntur creatores, sicut in simili homo exterius docere potest licet difficilius: sed solus Deus intrinsecus iustificare. Possunt tamen & multa per naturę subtilitatẽ dęmones, quę à Deo facere non permittuntur, prohibentibus etiã quędã bonis angelis. C D

D.7. Summa De Angelorũ libero arbitrio post statim viæ, & dęmonũ uirtute quoad creaturas D. Tho. 1. p. q. 64. ar. 2. Ric. Dur. Bona. q. 2. ar. 1. Sco. Ant An. q. 1. Niissa. tract. 2. p. 2. por. 1. q. 2.

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non male conatur bonus Angelus, aut bene prauus,
Sit licet arbitrio liber uterque suo.

D.8.Summa. De Angelorũ ícorporeitate. D. Th. 1.p.q.51. ar. 3.Bona. Sco. Ant. And. q. 1.ar.3.Ric.q. 5. & 6. Dur. q.2.

Corpora naturaliter sibi vnita angeli siue boni, siue mali non habent Et licet August. eos corpora aerea habere, dicere videatur: Hoc tamen non assertiuè, sed magis recitatiuè ponit. Assumunt autem corpora, vt visibiliter nobis pro voluntate aut permissione Dei appareant, & circa nos operentur: Vnde & iterum illa corpora deponunt. In quibus etiam corporibus assumptis locuti sunt quandoque ex parte totius trinitatis, quandoque autem in persona patris, quandoque filii, quandoque & Spiritus Sancti. Vtrum autẽ Deus aliquãdo in formis corporalibus apparuerit, & vtrum angeli in corporibus apparentes aereis, in suis tantum corporibus hoc faciũt ea ingrossando, dato quod corporei sint, an grossiora quædam superinducant, sub dubio relinquit Magister, sed extra textum dicitur, quòd faciunt in corporibus assumptis. Ipsi enim corpora non habent. essentia autem Dei quia immutabilis est nunquam in se videri potuit ab aliquo. Neque verò diabolus vel etiam angelus bonus substantialiter menti humanæ illabi potest, sed solus Deus, licet dæmones corpora ingredi possint, & ea uexare. E F

D 9.Summa. De cõsequẽtibus confirmationẽ Angelorũ quantum ad ordinũ distinctionẽ. Scotus elicit ex hishãc q. An Angelus superior possit illuminare inferiorẽ. Ant. And. q. 1. D Tho. 1.p.q.106.ar. 4.Ric.q.2.fr. May.d.12.q. 2.Dur. d.11. q.3. Itẽ quærit an Angelus possit intellectualiter loqui alteri. Vide. D. Tho. 1. p.q. 107.ar.1. Bona.d. 10.q.1. ar.3.Ant.An. Ric.q 1. 9.d. May.d.9.10. & 11.q.1.

Angelus interdum commissa negotia complens,
Aere de liquido sumere membra solet.

Nouem angelorum ordines esse scriptura tradit, qui in tres distincti sunt hierarchias, vt Seraphin, Cherubin, Throni, & Dominationes, Virtutes, Potestates, & Principatus, Archangeli, & Angeli Dicitur autem ordo, multitudo cęlestium spirituum, qui inter se. in aliquo munere gratiæ assimilantur, vt Seraphin in Charitatis ardore, Cherubin scientiæ plenitudine, & sic de aliis. Hæc autem nomina ipsis conueniunt propter nos. Et ab his nominantur quæ in ipsis præcellunt, non quòd alii ordines hoc non habeant, sed quia illi in hoc excellunt, scilicet respectu inferiorum. Et hi ordines in angelis ab initio creationis eorum secundum Magistrum nõ fuerunt, eo quòd à gratuitis denominantur, quæ postea secundum eundem acceperũnt. Vnde nec dæmones cecidisse dicuntur, quia in ordinibus fuerint: sed quia postea fuissent, dum perstitissent. Neque uerò omnes eiusdem ordinis angeli sunt æquales, sed sicut in ordine apostolorum, aut martyrum, alius alio dignior est. Ad hos autem angelorum ordines, homines saluandi assumentur, & per hoc decimum dicuntur efficere chorum. Saluabuntur etiã tot ex hominibus secundum Gregorium, quod ex angelis perstiterunt. Quod nec Augustinus abnuit licet ad minus tot quot ceciderunt, saluandos putet. G H

Consecrata choris cæli nitet aula nouenis,
Spirituum summo qui famulantur hero.

De

D.10. Sũma. De missione Angelorum. D. Th. 1.p.q. 112.ar. 2 Sc. cur. Ant. An. q.1. Bona. Ricar q.2.ar.1.

De Angelorum missione & assistentia opiniones sunt. Nam quidam aliquos mitti putant, alios verò nunquam, sed semper assistere, iuxta Danielis, & Dionysij auctoritatem. Alij verò omnes mitti, dicunt, eo quòd ad Esaiam de Seraphin (qui supremus ordo dicitur) aliquis missus legatur, & Apostolus omnes eos administratorios spiritus esse commemorat. At his contrariũ est, quòd vnus tantum ordo angelorum, idest nuntiorum dicitur. Ad quod tamen dicunt, omnes angelos dici, quando mittuntur. Nam ab officiis angeli & dęmones nomina sortiũtur, vt de Michaele & Gabriele ac simi libus patet. Similiter & de dęmonum nominibus, qualia sunt diabolus, Sathan, Belial & similia. Vnde hi auctoritates, Danielis, & Dionysij exponere nituntur. Sed extra textum, notandum quòd Neoterici primam communiter affirmant opinionem. Vnde & Magister alios esse dicit, qui omnes prẹter primos tres ordines mitti dicunt. Et hi Seraphin ad Esaiam missum, dicunt non de ordine supremo fuisse, sed sic dictum propter inflammandi officium. Angeli autem & administratorii spiritus omnes dicuntur, quia superiores mediis, & hi infimis denuntiant, quod ad homines perferant. Vel per ly omnes, non nisi eos qui de inferioribus sunt, intelligitur. A B

Angelus ad nostras quoties delabitur oras,
Officium proprium nomen habere solet.

D. 11. Sũma. De custodia Angelorum. Sco. Ant. An. q. 1. D. Tho. 1. p. q. 113. art. 4. 5. 6 9. Nissa. tract. 2. p. 3. q. 2.

A natiuitate sua quiuis homo angelum habet bonum pro sui custodia, habet & malum pro exercitio. Et cum omnes angeli boni nostrã velint salutem, specialiter tamẽ illi qui alicui deputatus est, sic & specialiter malus ille plus aliis eundem ad malum incitat. Quicquid autem sit de maiori numero angelorum vel hominum bonorum, siue malorum, tamen singuli homines actualiter existentes, singulos habere possunt angelos pro sui exercitio uel custodia. Quanuis & pluribus hominibus vnus deputari posset, & eis sufficere, & vnum angelum possibile sit plures homines successiuè custodire. Proficiunt autem secundum quosdam (quod & Magister magis approbat) omnes angeli usque ad diem iudicii, tam inmerito, quàm in præmio, hoc est in Dei cognitione & dilectione. Alij autem oppositum dicere volunt, quòd scilicet quoad præmium nõ proficiant, habentes, pro se auctoritates Gregorii, & Isidorij, quas tamen Magister soluit. Sed solutione illa nõ obstante, quod in prẹmio saltem essentiali proficiant angeli, non tenetur. C D

Mox puerum postquam liquido caput intulit orbi.
Custodes subeunt, hic bonus, ille malus.

D.12. Sũma. Materia informis prẹcesit tẹpore distinctionem rerum.

Elementorum materiam Deus in principio cum angelica natura produxit informem & confusam seu indistinctam, quam postea sex diebus distinxit atque formauit secundum quosdam sanctorũ,

licet

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ric. quolib. 4.q.5.ar. 1. Tho. 1.p.q. 66.ar.1.Bon. q.1.ar.1.Sco. May. Dur.q. 2. Ricar.q.4. Bacc.q. unica. Niissa. Tract. 2.p.2. por.2.q.unica.

licet secundum alios illa materia simul creata sit & distincta. At primum magis consonum videtur literis sacris, quod & magis Magistro placet. Est autē materia illa multis & usitatis nominibus appellata, scilicet terræ, abysi & aquæ, ne vnires tantùm forma receptiua putaretur, & vt rudes (quibus loquebatur Moyses) facilius docerentur. Tenebræ autem illę, quę super faciem abysi fuisse dicuntur, iam lucis significant absentiam, & nihil sunt, iam verò aerem obscurum, & tunc sunt aliqua creatura. Nec tamen supra dictum materiam informem fuisse hoc modo accipiendum est, quasi omni forma postea distinguendam. Erat autē illa materia vbi modò mundus est & extendebatur vltra locum firmamēti, in inferius quidem grosior, suprà autem rarior. Vndè & aquæ illæ factæ sunt, quæ supra firmamentum esse dicuntur. Sic ergo Deus sex diebus materiā creatam distinxit, & opere perfecto, septima die quieuit, scilicet à facienda noua creatura. Nihilominus tamen & vsque modo operatur. Non enim soluta omnia in verbo disponendo & temporaliter creando ac distinguendo operatus est, sed & alia ex alijs producendo: quòd vsque modo facit.

Primum materies sub inerti pondere rerum.
Condita, per seros est renouata dies.

D.13. Sūma. De dierū operumq; distinctione, et primo de operę primæ diei. D.Tho. 1.p. q.67.ar. 4. Bon. May. Bac. Ant. An. q.1. Ric. q.5. Niissa. tract. 2.p. 2.por.2. q.1.

In opere distinctionis Deus primo cōgruenter fecit lucem, quæ alia habet manifestare. Quæ quidem lux & spiritualis intelligi potest, scilicet angelica natura præcedenter per cęlum significata: hic autem per lucem, ideſt, per gratiam formata, potest & intelligi corporalis, scilicet pro nubecula aliqua lucida de prędicenti materia producta, in ea, parte vbi modo sol est seu mouetur cuius & vices habuit, noctem & diem illo triduo distinguēs. Quæ nec ab aquis impediebatur propter earūdem tunc raritatem. Potest autem dies tunc dicta, intelligi aut lux prædicta, aut ipsius illuminatio, aut spatium viginti quinque horarum. At prima dies naturalis à plena luce exordium sumens, aurora & mane caruit, & per vesperam in mane caruit, & per vesperam in mane sequētis diei tendens, excreuit in spatium supradictum. Postea autem in mysterio dies à uespere incepit. Dicta vero lux, solum superiores illuminabat partes: nec ita clarè vt sol modo facit. Vndè nec frustra post quarta die sol formatus est. Et hoc aut de eadem luce, uel saltem eam coniunctam habet. Porrò Deus pater mundum producens, nullum vocis sonitum edidit, sed verbo suo (ideſt filio) nō quidem ut instrumentum, sed vno secū opifice, ex se æternaliter genito, cuncta creauit. Quod incidenter dicit Magister contra hęreticos, qui in scripturarum intellectu enormiter oberrabant.

Tempora quo certis Deus intercederet horis,
Mox a luce suum nobile cœpit opus.

Secunda die Deus fecit firmamentum sic à firmitate, siue moueatur, siue non, dictū quod secundum Bedam dicitur cęlum sidereum, habēs secundum scripturas aquas supra & subtus se, quod qualiter cunque fiat, diuinæ tamen virtuti posibile nō dubitatur. Nàm etiā si moueatur secundum substantiam, tamen est firmum quod si non moueatur, posibile tamen est sidera in ipso moueri. Extra textum tamen dicendum est, ipsum vnà cum sideribus fixis moueri, planetas autem singulos suos habere orbes, cum quibus moueantur. Die verò tertia Deus aquas quę sub cęlo sunt, in vnum locum congregauit: aut aquis inspissatis, aut partim terrę concauitates, quę & occultis meatibus sibi continuantur vbi tunc alia corpora clariora apparuerunt, herbæ & ligna fructifera producta sunt. Deinde sequentibus tribus diebus ipsum ornauit. Nàm die quarta ornatum est firmamentum Sole, Luna & stellis, vt per eas illustretur pars inferior mundi, per quorum motum, tempora, dies, & anni designantur. Quinta verò die aer volatilibus aqua piscibus, terra iumentis, reptilibus & bestijs ornata est, postque vltimo homo, de terra formatus, sed ad cęlum posidendum ordinatus est.

Sidereos orbes lux admirata secunda est,
Tertius obstupuit facta elementa dies,
Hinc firmamentum statuit, mox diffulit vndas,
Protulit & quarto lumina magna die.

D.14. In qua de operibus secundæ, tertiæ, & quartæ dierum. D.Tho. 1.p. q.66.ar.ar.2. & q.68 ar.1. Bona.d.12.q. 1. art. 2. Sco. Ant. And.q 1 Ric. d. 12.q 8. May.d.12. q.3. Dur.d.12 q. 1. Niissa tract. 2. p. 2. por.2.q.vnica.

Die quinta Deus creauit volatilia, & ea in aera sursum leuans, pisces verò in aquis relinquens. Sexto terram iumentis, reptilibus & bestiis de ea formatis ornauit. Animalia tamen nociua & uenenata, creata fuerūt innoxia: sed homine peccante, facta sunt noxia. vt per ea peccata puniantur, & bonorum probetur patientia. Ea verò quæ ex putrefactione nascuntur tunc producta non fuerunt nisi materialiter. Nouissimè vero factus est homo tanquam omnium dominator animalium. De creatione autem rerum quidam dicūt per interualla sex dierum res esse formatas & distinctas, quod & scripturæ magis videtur cōsonum, & ab Ecclesia approbatum. Alij autem dicunt omnia simul facta esse quędam formaliter, quadā vero materialiter tantum, & postea distincta: Die autē septimo Deus quieuit opus suum die sexto factum, sanctificando quia creaturam nouā non condidit. Vnde dies ille mystica quadam ratione dicitur sanctificatus.

Aera quinta dies, telurem sexta replevit.
Septima completum sanctificavit opus.

D.15. De opere quintæ diei & sextę hoc est de productione rerū mixtarū & sensibilium. Vide D.Tho.1.p. q.76. art. 4. Sco. May.q. 1.Bacc. 3. d. 1.p.q.1.

In eo quod scriptura dicit faciamus vna operatio trium personarum

D.16. Sūma. De ꝓductio

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne creaturæ cõpositæ ex spirituali & corporali. D. Th. 11.p. q. 77. art. 1. Bonam. Sco. Ric. Ant. An. q. 1. Niissa. Trac. 2. p. 2. por. 3.

rum ostenditur: in eo verò quod dicit ad imaginem nostram, vna & æqualis substantia earundem monstratur. Ex persona patris hoc dicitur ad filium & Spiritum Sanctum, non (vt quidam putant) Angelis, quia Dei & Angelorum non est eadem imago & similitudo. Neque homo factus est ad imaginem vnius personę, sed totius Trinitatis. Vnde falsum est quod quidam dixerunt per imaginem filium intelligi debere, & non hominem. Neque approbatur quod alii dicunt per imaginem intelligi filium, & per similitudinem Spiritum Sanctum. Est ergo homo factus ad Trinitatis imaginem secundum naturam, scilicet animam: & ad similitudinem, quoad superaddita, vt sunt uirtus & innocentia. Filius dicitur imago patris, non ad imaginem: quia non creatus, sed natus æqualis est patri, & in nullo dissimilis. Homo uerò, imago Dei & ad imaginem dicitur quia non æqualis & creatus: & per hoc lege distans à modo existendi imaginem, quomodo filius est.

Optimum ad exemplar præstans homo factus, imago
Vnius & Trini dicitur esse Dei.

D. 17. Sũma. De productione hominis quantum ad principia cõstitutiua scilicet, corpus & animam. Niissa. Trac. 2. p. 2. por. 3. q. 10. & Ant. And. q. 1.

Animam hominis Deus non de sua substantia inspirauit, nec fauc ibus aut manibus corporis, sed eam de nihilo creando, & corpori de terra facto ad modum flatus infundendo. Quidquid sit de primi hominis anima, de aliis tamen certum est quòd in corpore creãtur, & sic creando infunduntur, & infundendo creantur. Est autem homo non virtute naturæ, sed diuina in ætate virili & extra paradisum creatus, & sic positus in paradisum, vt sic quia inde pellendus erat, agnosceret ex gratia, non ex natura illic se fuisse. Qui quidem locus licet secundum quosdam sit corporalis præcise, secundum autem alios spiritualis, potest tamen dici esse vtrunque. Corporalis enim est locus à terra habitabili longè distans, altitudine vsque ad globum lunarem pertingens, gerens spiritualiter typum Ecclesiæ præsentis uel futuræ. In quo erant ligna diuersa, interqúe vnum fuerat dictum lignum vitæ, cuius fructus diminitus acceperat virtutem conseruandi à morte & infirmitate. Fuerat autem, & ibi lignum scientiæ boni & mali, ab euentu sic dictum dum homo de eo prohibito gustans boni & mali distantiam experimento didicit.

Primus homo validi sub tempora conditus æui,
Delicias tenuit quas paradisus habet.

D. 18. Sũma. In qua, De productione mulieris. Niissa. trac. 2 p. 2. por. 3. q. 3. Sco. Bacc. Ant. And. q 1

Intra paradisum mulier formata est à deo. Postquam enim Adã ille positus est, & animalibus ad eum adductis, nomina eis imposuerat, immisit Deus soporem in ipsum, ei ex una de costis eius dormiẽtis ne dolorem sentiret & Deus potentiam suam non excitando eũ ostenderet, vt quæ sacramentorum processus de latere Christi figurarentur. Enam non de capite, aut pedibus vt nõ domina aut ancilla

sed

sed socia illius haberetur, formauit. Noluit autem Deus mulierẽ simul cum uiro creare, & ad confundendam diaboli superbiam, qui principium aliud à deo esse voluit, & vt similitudo Dei qui est omnium rerum principium, in homine per hoc fieret manifesta. Nec ad costã illam aliqua fuit addita materia, sed (ut quinque panibus factum est) materia illa Dei virtute fuit multiplicata. Licet autem Angeli ad hoc ministrauerint, solus tamen Deus quod creationis est effecit. Neque organizatio corporis illius fuit ex aliqua ratione seminali, sicut in rebus à natura productis fieri solet, sed uirtute diuina supernaturali. Anima uerò ipsius mulieris non (ut, quidam sentiebant) de anima Adæ, cum indiuisibilis sit ac incorruptibilis, formata est, sed creando (vt cæteræ) infusa, & infundendo creata.

Bon. & Dur. q. 2. ar. 1. Ric. q. 3.

Olim formosi grauido de corporis esse
Scilicet enata est fœmina prima viri.

D. 19. Sũma. De statu hominis in naturã integra. D. Th. 1. p. q. 97. ar. 1. Bon. q. 1. ar. 2. & 3 Sco. Ric. An. And. q. 1. Duran. q. 2. Niissa. Trac. 2. p. 2. por. 3. q. 2.

In innocẽtiæ statu homo mortalis quodammodo, & immortalis erat. Poterat enim mori, poterat & non mori. Habuit ergo tunc posse non mori, post peccatum habet necesse mori, post resurrectionem autem non poterit mori. Tunc corpus ipsius hominis animale, cibis indigens erat, vnde & mortale: sed postea factum est mortuum, necessitatem moriendi habens, post resurrectionem uerò erit spirituale, nec cibi egens; nec mori potens. Quam tamen immortalitatem, non ex conditione naturæ, sed dono gratiæ habuit homo, ex esu, scilicet ligni vitę, de quo si non edisset, peccasset, eò quòd de hoc ædere præceptum sibi fuerat, vnde & moreretur. De hoc etiã ligno quidam dicunt, quòd nõ fuit totalis causa immortalitatis, sed coadiuuans. Alii autem: quòd immortalitatem omnino habuit, homo ex vsu ligni uitæ. Sed & quibusdam videtur quod à natura quandam habuisset immortalitatem, & perfectionem eiusdem ex usu dicti ligni assecutus fuisset. Magister autem sentit quòd ex eodem etiam primam immortalitatem habuerit.

Dum paradisiacis diuersaretur in hortis,
Nulla mortis erat lege reuinctus homo.

D. 20. Sũma. De statu naturæ per Adã ante peccatum ppagandæ. Et de cõseruatione naturę humanæ p naturalẽ generationẽ in natura integra.

Etiam in innocẽtiæ statu homines cõtra falsam quorundam opinionem filios generassent, absque libidinosa cõcupiscentia: genitalibus membris ad hoc opus, vt cęteris, pro voluntate vtendo. Quod autem nõ generauerint, inde euenit, quia Deus hoc nondum præceperat, & paulò pòst mulieris formationem peccauerunt. An si in paradiso generassent, parentes illic relicta posteritate, statim translati fuissent ad requiem beatitudinis, vel expectassent quousque beatorum numerus compleretur, ex scripturis sacris certum non est, vt Magister dicit. Tamen extra textum communiter primum amplectuntur doctores. Generassent autem etiam in hoc statu paruu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D.Th.1.p.q. 100.ar.1.Sc. Ant. And. q. 1. Ricar.q.3. Duran. q. 5. Niffa trac.2 p. 2. por. 3. q.3.

los filios pro ſtrictitudine uteri materni, qui filii ſecundum magis probabilem opinionem in ſtatu corporis, loquela, aliisque huiuſmodi per temporis ſucceſsionem profeciſſent. Nam vt ſupradictũ eſt, cibis quoque in eodem ſtatu indigebant. Sed & in pertinẽtibus ad animam cùm tempore profeciſſent, neq; tamen penoſa eis fuiſſet rerum inſcitia, nec ob id ignorantia dici potuiſſet, eo quod reſpectu eorum quæ nec ſcire tenebantur, fuiſſet. Parauerat ergo Deus homini ſicut bonum temporale & viſibile pro natura corporis, ſic inuiſibile & ſpirituale pro anima. Vnde ſi præceptum Dei ſeruando perſtitiſſet, vltimo ad requiem beatitudinis ſine mortis interuentu ipſe & tota poſteritas ſua fuiſſet translatus.

Spumat perpetuo caro ſæda libidinis æſtu,
Quam nimium primus commandauit homo.

D.21. Sũma. De lapſu primi hominis. D.Tho.1.2. q.63.ar.3.Bona.q. 3. ar.3. Sco.Ant.An. q.1.Ric. q.2. Duran. q. 3. May.d.31.q. vnica.Niſſla. Trac. 3. p.2. por.1.q.2.

Inuidens diabolus homini quem per obedientiam aſcenſurum ſciebat vnde per ſuperbiam ipſe corruerat, in debiliori eum parte, ſcilicet mulliere, tentando aggreſſus eſt, dolo ſupplantare volens, quos virtute ſuperare non poterat, apparens eidem in ſpecie non qua voluit, ſed qua permiſſus eſt, in qua tamẽ fraus eius facilè perpendi poſſet, per ſerpentem, quaſi per inſtrumentum eidem locutus, vt Angelus bonus per aſinam Balaam, quem tamen mulier loquelam a Deo accepiſſe credebat. Hinc ergo interrogatione ſolicitauit, vt qua via tentando incederet, ex ipſius diſceret reſponſione. Vnde & cùm quaſi dubitando reſponderet mulier, ſtatim intulit quòd voluit, metum, ſcilicet mortis, ſi comederent mendaciter excludens, & dignitatis excellentiam falſo promittens. Tentauit autem eam de gula, de vanagloria, & auaritia per dictam promiſsionem. Eſt nempe duplex tentatio, exterior ſcilicet, & interior, quæ vltima quandoque à carne: & tunc nõ eſt ſine peccato, quę & quia difficilior eſt quam exterior qua homo cecidit, ideo grauius puniẽdus erat. At quamuis leuem habuit ad peccandum occaſionẽ, quia tamen ad alterius ſuaſionem peccauit, ideo remediabilis fuit: non autem diabolus, qui nullo ſuadente peccauit, præſertim etiam quia non tota angelica natura ceciderat, vt humana, per quàm & Angelica ruina fuerat reparanda. Præceptum autem domini de non comedendo vtrique datum, ad mulierem per virum cõuenienter peruenerat, eo quòd ipſa viro ſubdita eſſe debebat: quos & Deus fecerat, vt inuicem loqui poſſent, & ab aliis (ſi eſſent) diſcere.

Callidus accendens muliebria pectora dæmon,
Perſuaſit miſeræ ſumere poma necis.

D.22. Sũma. De genere peccati primi, quo homo tentatus lapſus eſt. Bona.q.1.ar. 2. Sco. Ric. Ioan. Bacc. Ant. And. q. 1.Niſſa.trac. 3.p.2. por.1. q. 3.

Protoparentum primi peccati origo fuit quædam præſumptionis elatio reprimenda, ex qua primo mulier, poſt hoc vir in peccatum conſenſit, non quaſi illa elatio diaboli ſuggeſtionem, ſed opus peccati

peccati præceſſerit. Quæ tamen aliter in animo mulieris fuit quæ ſerpenti credebat, non autem vir, unde & aliter quàm mulier illectus fuit. Hinc etiam & grauius peccauit mulier, tum quòd ſerpenti contra Deum credidit, tùm quòd elatè nimis ſe æqualem Deo fieri poſſe putauit, quod uir non fecit: tum etiam quod nedum in ſe & proximum, vt uir: ſed etiam in Deum peccauit. Nec obſtat quod parem factum in vtriſque fuiſſe, Auguſtinus dicit. Hoc enim de excuſatione intelligitur, ſed non quoad prædicta. Sed nec hi qui & virum Dei æqualitatem appetiiſſe dicunt, mulierẽ in hoc magis exarſiſſe tacent. Denique etſi mulier peccauit ex ignorantia quoad hoc quòd ſeducta eſt, vir autem ſeductus non eſt, nõ tamen ignorauit Dei præceptum: vnde nec per hoc excuſari poteſt. Non enim omnis ignorantia excuſat, ſed inuincibilis tantum. Vincibilis autẽ potius aggrauat. Porro cum hominis natura bona eſſet ſine vitio, conſenſus mali ex libero voluntatis arbitrio proceſsit, diabolo id ſuggerente. Vnde nec voluntas mala inquantum actus, peccatum præceſsit, licet inquantum quædam natura, ſeu naturali potentia.

Eſſe Dei ſimilis dum falſa cupiuerit uxor,
De guſtanda viro noxia poma dedit.

D.23. Sũma. De Dei permiſsione in actu tentandi, & ſciẽtia Adę ante lapſum. Bona.q. 1.art. 1. Sco. Ric. Dur. Bacon. Ant. And. q. 1. Niſſa. & Trac. 2. p. 2. por. 3. q. 2.

Quanquam Deus hominem caſurum præſciuerit, tentari tamen eum permiſit ad dignitatem hominis oſtendendam, qua potior eſt ille qui tentari quidem poteſt & non conſentire, quàm nec conſentire, nec tentari poſſe. Quem & licet malum futurum ſciret, creauit tamen ob bonum quod inde nouit euenturum. Nec eum impeccabilem facere voluit, licet melius eſſet, eò quòd hoc ſit ſanctorũ angelorum. Neque à conſenſu eum præſeruauit, vt ſic nec infructuoſe eſſet bonus, nec malus impunnè. Sed nec voluntatis diuinæ præter ipſam alia cauſa eſt quærenda. Dedit autem homini mox cùm ipſum creauit, ſcientiam rerum creatarum, ſui ipſius, & creatoris, per quandam interiorem inſpirationem, infrà tamen eam quæ in patria eſt: qua quidẽ ſcientia quid vtique deberet, ſatis agnouit. Et quamuis agendorum tantam habuerit ſciẽtiam, caſus tamen ſui præſcius non fuit, vt ſupra de angelo malo dictum eſt.

Primum hominem ornabat numeroſa ſcientia, quamuis
Non fuerit caſus præſcius ipſe ſui.

D.24. Sũma. De adiutorio per quod homo ante lapſum ſtare potuit. D. Tho. 1. p. q. 79. ar. 8. 9. 11 Sco. Ant. And. q. 1. Niſſa. Trac. 2. p. 2 por. 3. q. 3.

Per potentiam naturalem homo ante lapſum potuit peccatum vitare, licet non mereri: alioqui peccatum non fuiſſet ſibi imputabile. Hinc fuit voluntas illa recta per mali carentiam. Nec ſequitur, per eam malo reſiſtere potuit, ergo & mereri, cum hoc ipſum reſiſtere ſit mereri. Hoc enim non in primo homine, ſed in nobis tenet, qui ad malum incitamur, quod in innocentiæ ſtatu non fuit. Fuit autem auxilium hoc, ipſum liberum arbitriũ gratia adiutum,

quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd quidem est facultas voluntatis & rationis, quo & bruta carẽt, quæ sensum tantum habent & sensualitatis appetitũ. Nàm id quod cum brutis commune habemus, per rationem excedimus. Quæ & in portionem superiorem & inferiorem diuiditur, non quasi duæ sint potentiæ, sed propter distincta potentiæ, vnius officia: quæ sunt intendere æternis, & disponere temporalia. Contingit autem in nobis peccatum ad instar peccati primorum parentum, vt scilicet vice serpentis habeatur sensualitas, ratio inferior vice mulieris, & superior viri. Motus ergo peccati si in sola sit sensualitate, erit venialis: quòd si ad superiorem rationem perueniat, fit mortale: & hoc est uirum comedere. Si verò in inferiori sit, nec diu teneatur, sed statim repellatur, manet veniale, ac si ibi diu voluntariè teneatur, erit item mortale, etiam si perficere nolit, & hoc est comedere mulierem. Aduertendum quoque quòd ratio inferior quandoque pro ipsa sumitur sensualitate quod inter legendum auctores perpendi debet.

Arbitrium, summæ partem rationis amœnam,
Quo mala uitaret, primus habebat homo.

D.25. Sũma. De conditionibus liberi arbitrii. D. Th. 1.p.q.77 & 1.2.q.9.et 3.p.q.32.Sc. Ant. And. q. 1. Nissa. trac. 2.p. 2.por. 3. q. 3.

Apud philosophos liberum arbitrium dicitur esse liberũ de voluntate iudicium eo.s. quòd liberè ad hoc vel aliud moueri possit, & hoc respectu futurorum contingentium. Quod quidem aliter est in Deo. s. ab omni seruitute peccati liberum: & in angelis beatis. s. per gratiam confirmatum: & in nobis. s. flexibile ad bonum & malum. Nam & in nobis secundum status diuersos diuersa quoque inuenitur libertas. In statu nanque primo potuit homo peccare, & nõ peccare, in beatitudine non poterit peccare. Ante reparationem nõ potest non peccare mortaliter, post reparationem autem, uenialiter. Vnde patet, per peccatum vulneratum esse liberum arbitriũ, quoad naturalia: & spoliatum, quoad gratuita: à quibus sine gratia reparari non potest, sicut in simili patet de occiso, quia implicat. Est autem triplex libertas, scilicet à coactione quæ manet homini semper, & à miseria, & hanc libertatem habuit in statu primo, & habebit in gloria: & à peccato, quam per gratiam assequetur in via: carentia autem iustitiæ, non libertas, sed seruitus est dicenda, Quanuis autem & posse in bonum & malum, vtrunque, sit à libero arbitrio, tamen alterum habet ex se: primum autem à gratia, sine qua in bonum non nisi multum debiliter potest. Hinc & liberum arbitrium per peccatum quodammodo corruptum est & imminutũ, eò quòd ante peccatum potuit sine difficultate moueri ad bonum, pòst autem non sic. Neque enim libertas naturæ seu à coactione sufficit ad bonum agendum, nisi gratia concurrente. Nempe non est currentis, nec volentis, sed Dei per gratiam miserentis.

Arbi-

Arbitrij fœdo pulcherrima munera lapsu.
Primi hominis quodam sunt temerata modo.

D.26. Sũma. De adiutoriis gratuitis, quæ habuerũt primi parentes ad resistendũ malo Angelo. D.Tho. 1.p. q. 110. ar. 4. Bona. q. 5. ar. 1. Sco. Ant. An. q. 1. Ric. q. 4. Dur. q. 2

Duplicem Deus gratiam libero confert arbitrio, operantem, scilicet qua voluntatem præparat, vt bonum velit, & cooperantem, ne frustrà, sed effectualiter velit. Hinc malè sentit hęreticus, putans hominem posse & velle bonum operari ex libero arbitrio sine gratia, cùm dicat Apostolus. Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei. Neque enim, ideo Deus alicuius miseretur, quia velit, & currat: sed ideo vult & currit, quia Deus sui miseretur: ita vt totum Deo tribuatur, qui hominis voluntatem præuenit & præparat adiuuandam, & adiuuat præparatam ad efficaciter operandum: ficqúe gratiam comitatur bona voluntas, non gratia voluntatem. At eadem gratia quę dicta est operans & cooperans, quandoque & pręueniens & subsequens nominatur. Quæ operans seu præueniẽs, fides cum dilectione existens, voluntatem bonam non quidem tempore, sed natura, & causalitate præcedens ab ipsa voluntate, nõ aliquo merito acquiritur, sed à deo gratis datur, habita tamen gratia, & ipsa voluntas cum eadem multa alia Dei dona præcedit. Denique, & (ut ex verbis Augustini colligitur) gratiam prævenientem & operantem, qua bona in homine voluntas prępparatur, bona quędam ex Dei gratia & libero arbitrio præcedenter, quædam etiam ex solo libero arbitrio, scilicet, vt videamus bonas esse Dei iustificationes: deinde vt eas desiderare concupiscamus, & tunc tandem, faciente gratia earum delectet operatio.

Hoc opus humanum merita bonitate decorum est,
Prævia quod vestit gratia, quodque sequens.

D.27. Súma. De virtute eiusq; actib⁹ Prœuia quod uestit gratia, quodq; sequés. D. Th. 1.2.q.102.ar. 1. Bona. q.2. ar.1. Sco. & Ant. And. Duran. q. 1. Ric. q. 5. Niss. Tract. 5.p.2. por.1. q.2.

Vna est essentialiter gratia operans, & cooperans, secundum diuersos effectus aliter & aliter nominata. Inquantum enim voluntatem à malo liberat, operans dicitur: inquantum autem eandem adiuuat ad bonum vlterius faciendum, cooperans appellatur. Sunt autem hominis tria bonorum genera, magna. s. vt virtus quibus nemo malè vti potest: minima, vt bona temporalia: & media, vt potentiæ animæ, quibus vltimis duobus & bene & male homines vti possunt. In mediis autem bonis etiam liberum arbitrium continetur, cuius etiam bonus vsus, virtus est: quæ in magnis bonis computatur, quæ omnia à Deo esse constat. Propriè tamen virtus non est actus, vel vsus, sed bona mentis qualitas, qua rectè viuitur, & qua nullus malè vtitur, quam Deus solus in homine operatur: quod secundum magistros de virtute iustitiæ & fidei apertè ex scripturis probatur, sic quòd virtus non est animi motus, vel affectus, sed qualitas seu habitus. Quod & de gratia censeri debet, cum ipsa quoque virtus quandoque nominatur. Quanuis autem nullum sit in

homine

Universidad de Deusto
Biblioteca

homine meritum sine libero arbitrio, principalis tamen merendi causa est gratia gratum faciens, qua voluntas hominis sanatur & iuuatur. Vnde ex gratia & libero arbitrio bonus animi motus, & meritum procedit. Vnde & per gratiam virtutes mereri rectè dicuntur, ex quarum actibus iustè viuimus. Hinc quod supra dictum est, usum liberi arbitrii virtutem esse, pro actu virtutis est accipiendum. Hinc etiam malè opinati sunt, qui fidem & charitatem & similes motus animi fore dicebant, cum sint virtutes animũ ad actũ mouentes: iuxta quod & uerbum Augustini accipiendum est, quo dicit fidem esse credere quod non vides: hoc est, fides est uirtus mouens ad credendum id quod non vides.

Omne licet meritum capiat deuota voluntas,
Hoc tamen in primis gratia sola parit.

Distin. 28. D.Tho.1.2. q 103 art.8. Bona. art. 1. Sco.Ant.An. q.1.Ric.q.2. Duran. q. 3. Nissa.Trac. 5.p.2. por.3. q.2.

Indubitanter tenendum est, liberum arbitrium sine gratia præueniente & adiuuante ad salutem non sufficere, nec meritis nostris gratiam aduocari, sicut tamen hæresis asseruit Pelagiana: quæ adeo gratię Dei contrariatur, vt omnia ipsius mandata implere homine sine ea posse dicat: nec gratiam dari voluit, nisi vt facilius ea impleantur ipsum arbitrium per naturam illam fore gratiam asserens, sine qua nihil boni facere valemus, Deo per legem suam nos instruente. Itaque per hęc concedebant pelagiani dari quidem gratuito scientiam, at non sic charitatem & gratiam, sed quasi ex meritis eam acquiri. Destruunt autem & per hoc Ecclesiæ orationes. Et insuper paruulos sine originalis peccati vinculo nasci contendebant. Auctoritates verò Augustini quibus erronei innitebantur, ad sanum intellectum acceptæ, nihil pro eis faciuni vt in textu. Igitur liberum (vt Hieronymus inquit) sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos semper indigere Dei auxilio: & tam illos errare, qui cũ Manicheo dicunt hominem peccatum vitare nõ posse, quàm illos qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. Quo simul & error Pelagij eliditur.

Nemo implere potest leges, aut vincere crimen,
Cuius in arbitrio gratia nulla sedet.

D.29.Sũma. De potestate liberi arbitrii ante lapsum. Vide Sco.Ant.An. q.1.

Indiguit homo primus gratia operante, nõ quidem vt ea à malo seu peccato (quod non habuit) liberaretur, sed vt ad bonum voluntas eius præpararetur. Habuit autem (opinione contraria non obstante) virtutes, vt iustitiam & similes, quas tamen actualiter peccãdo amisit. Hinc & in peccati pœnam a voluptatis horto exclusus fuit, similiter ab esu ligni vitæ prohibitus. De quo (non quidem post peccatum, sed ante) comedens viuere in æternùm poterat. Vnde quod in Genesi legitur, videte ne sumat de ligno vitæ &c. Accipiendum est, scilicet quo indignus nunc est, de quo dum ante peccatum

catum comedisset, immortalis esse poterat. Et in hunc etiam modũ posita est custodia, ne ad paradisum homo rediret. Quanquam autem de ipso ligno vitæ ante peccatum manducasse probabiliter putari potest, non tamen statim immortalitatem permansiuam assecutus est, quia ad hanc consequendam requirebatur sępe iterata eiusdem ligni comestio.

Ex turbatus homo fœlicibus exulat hortis,
Mox vetitum cupido dum capit ore cibum.

Peccatum, quod per inobedientiam primi hominis in mundum intrauit, non actuale, vt quidam volebant, sed originale debet intelligi. Quod nec solùm imitationis exemplo, ut Pelagiani dicebant, vt sic sit actuale cuiuslibet, sed vitio propagationis in posteros peruenit. Estqúe culpa quædam à primo parente in quo per seminalem propagationem eramus, per originem in posteros traducta. Et non est actus hominis, sed concupiscentia quędam vitiosa habitualis, cõcitans in ipso desideria prauitatis. Diciturqúe languor naturę, lex membrorum, fomes peccati, lex carnis, concupiscentia, cõcupiscibilitas vel tyrannus. Quod autem magister adnicit de alimento in humani corporis veritatem nihil transire, & id quod de ipsius veritate est, in Adam actualiter fuisse, non tenetur.

D.30. Sũma. In qua de peccato originis & tran situ eiusdem in posteros. Sco.Ant.An. q.1.&2.Nis sa. tract. 3.p 2.por.2. q.1.

Vt Generis nostri primo deducta parente,
Est caro, sic primæ uulnera carnis habet.

Contrarium est fidei Catholicæ, quod quidam opinati sunt originale peccatum trahi, secundum animam, non solum secundum carnem: dicentes animam quoque esse ex traduce, quæ tamen secundum veritatem ex creatione est, vt superius patuit. Trahitur autem originale à parentibus secundum carnem, eò quòd in feruore libidinis concipitur, & in corpus formatur, ex cuius contactu infusa anima & ipsa polluitur fitqúe rea concupiscentiæ illius, quæ supra originalis vocatur. Quod quidem dicitur manere in carne non sicut in subiecto, cùm ipsa culpæ subiectum esse non possit, sed sicut in causa ipsum virtualiter continente. Est itaque ipsum originale quidam carnis defectus & fœditas, quę ipsius vitium & corruptio rectè dici potest, quam & in carne ante animę infusionẽ esse, hinc patet, quòd ipsa infusa illico commaculatur. Nec mirum filios originale trahere à parentibus baptizatis quorum iam originale dimissum est, cùm & ab homine circunciso filius habens præputium nascatur, & ex grano purgato arista. Vocatur autem originale hoc peccatum, eo quòd ab origine sua proles ipsum contrahit faciente hoc carnis seminali commixtione libidinosa.

D.31. De peccato originali, quomodo trãseat à patribus in posteros. D. Tho. 1. 2. q 83. ar. 5. Sco Ric. Bur. An And. q. 1. Bona. q. 2. ar. 2 Nissa. trac. 3 p. 2. por. 2. q. 2.

Est caro quæ miseram conspurcat originẽ prolem,
Nempe animam soboli non dat origo sequax.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. 32. Súma. De ablutione peccati originalis p baptísmum. Bona. q. 1. ar. 1. Sco. Ricar. Duran. Ant. And. q. 1.

Remittitur in baptísmo originale, quantum ad culpam: quamuis cõcupiscentia etiam post baptísmum remaneat, quæ tamen per ipsum minuitur & debilitatur, sicut in actuali peccato reatus manet actu transeunte, vt in homicidio vel consimili. An verò etiam ipsa caro à fœditate quam conceptione contraxit, baptísmo liberetur quidam contraria sentiunt: vbi & Magister declinat ad partem affirmatiuam. Doctores verò alii oppositum tenent. Dictæ autem cõcupiscentiæ Deum causam esse inquantum pœna est, non dubium: licet inquantum culpa est à diabolo sit & à primo peccante. Imputatur insuper animæ originale, non quia in sui infusione carni maculatæ cõdelectetur. Etenim sic actuale peccatũ esset, sed ob id quòd primi hominis anima peccatrix carnem infecit, à qua vlterius anima prolis inficitur. Est autem peccatum originale necessarium pro eo quòd vitari non potest: at voluntarium est ideo, quòd ex primi hominis voluntate processit: vnde & alii ipsum contrahunt. Quo non obstante, Deus animam carni coniungit secundum suę beneplacitum voluntatis, vt sic saluetur propagationis humanæ institutio. Ex quibus & patet animas dum corporibus infunduntur, non omnino tales manere quales à Deo creantur, cùm ex mundis fiant inquinatæ, Quæ nec æquales à Deo creantur, sed aliæ alijs in naturalibus quoque potiores.

Sit purgata sacro quamuis baptismate culpa,
Non tamen insano fomite membra carent.

D. 33. Súma. De peccato originali quãtũ ad numerum. D. Th. 1. 2. q. 82. ar. 2. Dur. q. 2. Niffa. trac. 3 p. 2. por. 2. q. 3.

Actualia parentum suorum vel etiam priorum, paruuli ab origine non contrahunt: alioqui non esset mitissima pœna eorũ qui sine baptísmo in originali decedunt, vt tamen Augustinus asserit. Quamuis autem idem in quibusdam dicere videatur, eos etiã actualia parentum contrahere, hoc non assertiuè, sed magis inquisitiuè dicit. Quod etiam in psalmo dicitur, In iniquitatibus conceptus sum, nõ est in contrarium. Ibi enim plurale pro singulari iuxta morem scripturæ ponitur. Quanquam etiam priorum parentum peccatum maximum intulit nocumentum, non tamen fuit omnium grauissimũ, vt patet de peccato in Spiritum Sanctũ, quod nec in futuro remissibile dicitur. Denique quòd totam naturam corrupit, non ratione grauitatis suæ prouenit, sed quia in Adam tota tunc consistebat humana natura. Quòd etiam maiora damna intulisse dicitur, non quo ad pœnam æternam, sed quo ad defectus ex eo sequẽtes, accipi debet. Porrò in filijs parentum peccata non puniuntur, nisi in quibus eorundem filij imitantur nequitiam. Et sic intelligi oportet scripturas, quę dicunt in filiis parentum peccata visitari. Nam & alia scriptura dicit, Filius non portabit iniquitatem patris.

E F G H

Multa licet nostros damnent errata parentes,
Sola tamen pueris tristis origo nocet.

A Origo & causa prima, primi peccati res bona fuit, cum ante id malum nullum extiterit, & hoc in primo angelo peccante initium cępit. Sequentium tamen peccatorum causa fuit prima voluntas mala. Ac per hoc causa peccati prima, bona est, non autem secundaria & proxima. Omne quoque malum siue pœnę siue culpę, in bono esse oportet, nec subiectum mali esse potest nisi bonum, cùm malum non sit nisi boni corruptio seu priuatio. At vbi bonum non est, ibi nec eius priuatio. Ac per hoc nec malũ esse potest, sicut nec morbi aut vulnera sunt nisi in corporibus. Hinc cum homo malus dicitur, perinde est ac si dicatur bonum malum. Nec habet ibi locũ dialecticorum regula de cõtrariis, quæ in eodem non simul existũt, quamuis in aliis contrariis tenere comperiantur. Neque etiam cõtrà est quod propheta imprecatur, Vę dicentibus bonum esse malũ.

B Hoc enim intelligitur de eo, qui causam qua bonus malus efficitur, vt fornicationem, bonam diceret: non autem, qui dicat hominem natura bonum ex vitio malum esse.

Hæc mala quæ primum nimis inficere parentem,
Non nisi principio desiliere bono.

D. 34. Súma. De peccato actuali & eius causa. Sco. Ant. And. q 1 Niffa. tract. 3 p. 1 por. 1. q 2. & trac. 2 p. 2. por. 3. q. 3.

Definitur peccatum, esse dictum vel factum vel concupitum cõtra legem Dei. Vel, est voluntas volendi vel retinendi quod iustitia vetat. Vel est præuaricatio legis & cęlestium inobedientia præceptorum. Quarum definitionum prima & vltima actus tam interior quàm exterior, secunda autem interior ostenditur peccatum esse.

C Et cùm peccatum sit in actu tam interiori quàm exteriori, non obstantibus opinionibus extraneis quorundam, principalius tamẽ est in actu interiori, procedens vt fructus malus ex arbore mala. s. praua voluntate. Quamuis autem voluntas & ipsius actus, mala quædam dicuntur, inquantum sunt contra legem Dei, quia tunc nihil sunt: bona tamen quędam inquantum sunt à Deo, à quo nihil mali esse potest. Adeo autem eos esse patet, alioqui ad ipsius non pertinerẽt prouidentiam. Adulterium ergo homicidium, & huiusmodi, actum quidem nominant, insuper & actus deformitatem, & secundũ hanc

D a Deo non sunt. In peccatis quoque omissionis licet negationes importare videantur, tamen aliquid positiuum in eis intelligitur, scilicet, recessus à bono. Neque tamen peccatum tale malum est, quale pœna, quę. s. à Deo est: sed est corruptio actiua, quæ nihil est. Vnde sic à Deo non est: corruptio tamen passiua effectus est peccati. Nã per ipsum anima spoliatur gratuitis, & homo in naturalibus quo ad animam & corpus vulneratur. Et per hoc cessant quorundam obiectiones, vt in textu.

D. 35. Súma. De peccato actuali quoad quidditatẽ eius, & substantiam & causam. Sco. d. 42. q 1. 2. 3 Niffa. Trac. 3. p. 1. por. 1 q. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Finitur varia sceleris substantia lege,
Quam magis hoc complet, quod latet intus, opus.

D.36. Sũma. De effectu peccati. D. Tho. 1. 2. q. 87. ar. 2. Bona. Sco. Ric. Ant. And. q. 1 Nissa. Tract. 3. p. 1. por. 2. q. 5.

Vnius peccati pœnam esse peccatũ aliud, Intelligendum est de peccato, non inquantum tale: quia sic est malum nec est à Deo: sed inquantum corruptio quædam sequens peccatum. Et licet esse corruptionẽ omni peccato conueniat, non tamen omne est pœna peccati: sed illud tantum, quod ab alio causatur, & est effectus ipsius. Absurdum tamen non est, siquis dicat etiam alia quædam peccata pœnas esse eorum quorum effectus non sunt, sed essentialiter esse aliorum pœnas, vt de rebellione carnis Aug. dicit. Sed & ira, inuidia, superbia & similia, spiritualem quandam pœnam annexam habent, quæ tamen peccatum non est. Cùm autem Aug. dicat peccata quædam fieri ex necessitate. Hieronymus verò dicat semper in hominis esse potestate peccare uel nõ peccare: non tamen intelligendi sunt sibi cõtradicere, cùm hic de venialibus ille verò de mortalibus loquatur gratiæ auxilio succurrente, vel de statu ante peccatum vult intelligi. Sunt igitur actus aliqui, boni quidem essentia: mali autem, inquantum deordinati, vt peccata: aliqui verò boni sunt ex genere, vt opera misericordię: quidam etiam absolutè boni sunt ex causa & fine, & hi sunt perfectè boni.

Sæpe scelus sceleri comes indiuisus adhæret,
Vt fiat sceleri pœna subinde scelus.

D.37. D. Th. 1. 2. q. 79. art. 1. Bona. Sco. Ric. Dur. An. And. q. 1.

Omnium bonorum est Deus auctor. Vide auctoritates in textu. Ad intelligentiam verò quorundam dicentium, Deum esse auctorem mali pœnę & non culpæ. Doctores extra textum distinguunt inter peccatum inquantum actus, & inquanrum deformitas: Secundum quam etiam distinctionẽ diuersæ auctoritates accipi possunt, & concordari. Porrò cum dicitur, Deum mali causam non esse, quod omnes tenent, nomine mali pœna intelligenda non est, sed peccatum. Alioqui verum non esset quod dicitur. Non est malũ in ciuitate quod Deus nõ fecit. Et, ego sum Deus creans malum. Pœnæ enim malę quidem sunt malis, inquantum autem iustæ sunt, à Deo sunt & bonę. Sicut & Deus dicitur mortem non fecisse, id est, hoc pro quo mors infligitur, scilicet peccatum, & tamen scriptum est mortem à Deo esse, scilicet inquantum pœna est.

Nulla Deo quenquam præmit auspice culpa tametsi
Causa voluntatis sit Deus ipse malæ.

D. 38. De actibus quantum ad potẽtias à quibus producũtur. D. Tho. 1. p.

Ex fine suo voluntas rectitudinem vel peruersitatem accipit, vt à bono bona fiat, & à malo mala. Est autem finis bonus charitas, qui tamen ad vlteriorem finem ordinatur, scilicet ad Deum. Hinc bonæ voluntatis finis est charitas, beatitudo, vita æterna, & Deus ipse. Finis autem malus est delectatio in aliquo vitioso. Possunt ergo tã bonę

bonæ quàm malæ voluntatis esse plures fines intermedii, qui sunt quasi iter quoddam & uia ad vltimum finem peruenendi. Cui nec obstat, quod Augustinus dicit non posse duos simul fines constitui. Hoc enim uerum est, ubi vnus in alterum non ordinetur, quod tamen fit in proposito. Notandum etiam non idem esse omnino voluntatem, quę nominat potentiam: & intentionem, quæ motus est quo ad ipsum finem tendimus, & finem in quem tendimus. An etiã idem actus sit quo quis vult finem, & ea quæ sunt ad finem, vel sint actus diuersi, Magister sub dubio relinquit. Sed doctores concedũt vtrunque sub distinctione. Potest enim in vtrunque voluntas absolutè & secundum se ferri, & sic sunt duo motus voluntatis: vel in vnum propter aliud, & sic erit vnus. q. 1. art. 1. & q. 18. ar. 2. 3. 4. Dur. q. 4. Nissa. trac. 2 p. 2. por. 3. q. 8. & q. 6.

Recta uoluntatem profert intentio rectam.
Et probatur intenti regula finis opus.

D.39. Sũma. De subiectiua potentia actus. Sco. Ric. Ant. An. q. 1. Nissa. trac. 2. p. 2. por. 3. q. 6.

Voluntas quidem de se bona est, inquantum, scilicet, naturalis potentia: mala tamen dicitur ob deordinationem quæ in ea contingit. Et hic quidem est modus dicendi seu sententia eorum, qui dicũt omnia esse bona inquantum sunt, sed secundum Magistrum quæri tunc ab eis potest, cur non ita sit & in cæteris animę potentiis, vt memoria, & cæteris. Vbi vlterius illi dicunt, quòd in actibus harum non contingit deordinatio eo modo, quo in actu voluntatis, sed ratione inordinatæ voluntatis actus eorum mali fiunt. Quod quidem inde est, quòd earundem actus non sunt eiusdem generis cum actibus voluntatis, pro eo quòd ad concupiscendum vel respuendum non ordinantur, vt actus voluntatis, quamuis actibus eorum voluntas abuti possit. Vtrum autem idem sit voluntatis motus, quo bonum eligit & malum respuit, uel diuersus, Magister refert contrarias opiniones, nec definit: doctores autem communiter sentiunt quòd sint diuersi.

Sola voluntatis mala dicitur actio, quamuis
Cætera virtutum sit maculata cohors.

D.40. De actibus exteriorib⁹. Sco. Ric. Ant. An. q. 1.

Actus exteriores boni sunt quidem omnes, inquãtum sunt, iuxta quod suprà secundum opinionem magis probatam dictum est. Moraliter autem boni aut mali, ex recta vel inordinata voluntate iudicari habent, sic, scilicet vt hi boni simpliciter dicantur, qui bonam ac rectam causam habent ex bona facti intentione, hoc est, ad bonum tendunt finem: mali verò simpliciter, quæ ex peruersa procedunt intentione. Hic & dominus voluntatem arbori, & fructibus opera comparauit. Hæc opinionibus aliis dimissis de omnibus actibus vniuersaliter intelligenda sunt, exceptis tamen eis qui de se mali sunt, vt adulterari & huiusmodi. Hi enim per voluntatem boni fieri non possunt: malum nempe etiam si pia intentione fieri videatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, bonam tamen causam veraciter habere nequit. Neque enim bonum potest esse furtum, etiam si ideo fiat, vt pauperi subueniatur, neq; rapina, & sic de aliis, quamuis bonas causas habere videātur.

Præcipua commendat opus bonitate voluntas
Quamuis & propria sit ratione bonum.

D.41. Sūma. De actib' infidelium. D. Tho. 1. 2. q. 18. ar. 9. Bona. Dur. q 3. ar. 1. Ric. d. 40. q. 3. Sco. Ant. And. q. 1 Nissa. trac. 2 p. 2. por. 3. q. 9.

Non omnis infidelium actio, peccatum est, sed multa in genere bona operari possunt etiam fide carentes, quamuis per huiusmodi vitam beatam non mereantur, vtpote extra gratiam factam. Bonū nanque multipliciter dicitur: quandoque, scilicet quod est licitum, quandoque quod vtile, quandoque etiam quod est aut signum boni, aut speciem boni habet. Aliquando autem hoc bonum, dicitur, quod dignum est remuneratione vitæ, quo quidem modo licet carentes fide bonum agere non possint, præcedentibus tamen possunt modis. Vnde & opinio contraria non valet. Porrò peccatum omne voluntarium est, ita quòd siue actuale sit mortale, siue veniale, imò & originale, voluntas tamen aliquo modo in eo concurrat: quod cum in originali minus videatur, voluntarium tamen in volūtate primi parentis. Denique & sic voluntarium est peccatū, quod nedum actus malus peccatum dicitur, verùm & ipsa voluntas qua peccatur, peccati nomine per Augustinum censeatur, seu peccatum dicatur. E F

Non satis est fecisse bonum, nisi feceris apte,
Is solus meritum, qui bene fecit habet.

D.42. Sūma. De actu peccati. Tho. 1. 2. q. 75. ar. 2. q. 88. ar. 1. Sc. Ric. q 1. Niss. trac. 3. p. 3 por. 1. q. 1.

Voluntas mala & actus malus non sunt duo peccata, sed vnum tantum, quia ex vno fiunt contemptu. Quòd verò plus punitur, si quod intus conceptum est malum, opere perficiatur, quàm si in sola persistat cogitatione, non ideo est, quia diuersa sunt peccata, sed quia ex pluribus hoc peccatum procedit. Nec etiam obstat quòd diuersis præceptis, peccandi voluntas, & opus peccati prohibentur, vt de furto vel adulterio: quod à simili patet de charitate, quę cùm una sit, diuersis tamen mandatis est præcepta. Transeunte autem actu peccati simul & peccandi voluntate, peccatum tamē reatu ad pœnam obligante, manere dicitur. Notandum etiam quòd omne peccatum si mortale est, prouenit aut ex cupiditate malè incendente, aut timore malè humiliante, & fit aut verbo, aut facto, aut cogitatu. Et hoc aut in Deum proximum, aut seipsum. Dicitur autem peccatum à facto, delictum verò à facti omissione. Insuper peccatum in septem cap. Greg. partitur, scilicet inanem gloriam, iram, inuidiā, acediam auaritiam, gastrimargiam atque luxuriam: ex quibus mortiferę corruptelę omnes quasi ex fontibus quibusdam manant. Vnde & capitalia vocantur, nec tantū per hoc minus rectè ex superbia similiter & auaritia omnia mala oriri dicuntur diuerso respectu. G H

Qui

Qui labor externas mentis secretus ab actu est
Huic eadem sceleris noxa subesse potest.

D.43. Sūma. De grauissimo omnium peccatorum Scilicet i Spiritum. S. D. Th. 2. 2. q. 14 art. 1. & 3. Sc. Ant. And. q. 1 Nissa. tract. 3. p. 3. por. 1. q. 3.

Peccatum in Spiritum Sanctum, fit Induratę mentis obstinatio & animus pertinax in malitia, per quam homo sit impęnitēs vel de Dei misericordia desperatio, malitiam suam excedere putans diuinam potestatem: est omnium peccatorum grauissimū. Vt de Cayn. Vide Magistri literam & doctores.

Tunc animam vitiat teterrima culpa nocentem
Flaminis irridet cum pia dona sacri.

D.44. Sūma. Potētia peccandi an sit à Deo Bona. Sco. Ricar. Dur. q. 1.

Scripturis contrarium est, quod quidam opinati sunt peccandi, scilicet, potentiam à Deo non esse, sed à nobis & diabolo. nō enim est potestas nisi à Deo vide literam. Neque verò per hoc malitia voluntatis, sed potestas qua malè agens volens abutitur, à Deo esse dicitur. Nec cuiusquā rei potestas aliunde esse potest nisi à Deo æquo, quanuis æquitas illa nos lateat. Nec valet quod obijci potest: Ergo potestati tyranni, vel diabolo non est resistendum, cum Apostolus dicat. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Etsi potestati obediendum sit, non tamen abusiue & in malo: quia tunc ipsi Deo obediendum potius. A B

Omnis ut æterno venit ex auctore potestas,
Patrandi sceleris sic venit ipse vigor.

LIB. II. FINIS.

TERTII LIBRI SENTENtiarum locationis declaratio,

In quo 40. distinctionibus contemplatur Deum in tempore plenitudinis incarnatum, mundum sufficienter redimentem.

C D

D.1. Summa De incarnatione verbi, seu vnione naturarū ex parte assumētis personæ. D. Th. 3. p. q. 2. ar. 2. Ant. And. Nissa. trac. 4. p. 1. por. 1. q. 1. & sequentibus.

CVM in prioribus duobus libris determinatū sit, de rebus diuinis, secundum, quod à principio egrediuntur: nunc de isdem rebus secundum quod in Deum velut in finem redeunt agendū est. Postquam ergo venit plenitudo temporis misit Deus filium suum, in temporis plenitudine, gratię, scilicet & veritatis, in quo per charitatem legis fiat impletio & verificetur patribus de Saluatore facta promissio. Est enim hęc missio filii incarnatio. Quæ quidem filio magis quàm alijs personis congruebat. Vt sic quemadmodum in sapientia Patris omnia cōdita sunt,

sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic & per eandem omnia restaurarentur: & ille qui est à solo patre, primo mitteretur, sicque is qui in deitate filius erat, fieret & filius hominis. Per quod tamen non abnuitur, quin & pater & Spiritus Sanctus incarnari potuerint ac posint. Qui & cum filio assumptionem carnis fecerunt, sed ea ad solum filium terminata est, quæ solus homo factus est.

Impleto tandem decreti tempore missus
Egremio patris filius ipse sui est.

D.2.Summa. De incarnatione ex parte naturę assumptæ. Th. 3.p.q.15.ar. 1. Nissa. trac. 4.p.1. por.4. q.9.

Naturam humanam, ideſt corpus & animam filius Dei totam assumpsit, vt sic eam totam curaret quæ protoparentis peccato tota corrupta fuit. Quod enim est in assumptibile est incurabile. Attamen carnem, ordine naturæ non temporis, mediante anima assumi congruebat ob diuinæ simplicitatis subtilitatem.

Totum vt curares hominem Deus optimè, totum,
Crederis à nobis associasse tibi.

D.3.Summa. De conditione naturæ assumptæ. Th. 3.p. q. 27.ar. 2. Ant. And. q.1. Nissa. tracta. 3.p.2.q.2 trac. 4. p. 1. por. 5. q. 1.

Verbum assumpsit naturam ab omni peccato Spiritus Sancti operatione, vt reliqua virginis caro, in virgine, immunem. Patiendi tamen possibilitate, non necessitate, sed libera eius voluntate, inexistente. Nam & ipsam virginem Spiritus Sanctus præueniens, à peccato sic purgauit, quod & a fomite peccati, aut ipsum totaliter auferendo, quod magis videtur: aut ipsum sic attenuãdo vt nullius postea peccati occasio sibi esset, eam liberauit. Sibique potentiam generandi absque viri semine contulit. Quamuis autem Christus secundum corpulentam substãtiam in lumbis Abrahę sicut & Leui fuerit: tamen non in eo decimatus est vt ille, quia non vt ille secundum seminalem rationem ab eo descendit, neque secundum legẽ communem, sed supra naturæ vires & sine peccato. Quocirca primitias nostræ massæ rectè assumpsisse dicitur. Hinc & caro eius similis fuit carni nostræ non in culpa, sed pęnalitate. Quæ etiam mox in conceptionis suæ initio membrorum debita distinctione formata est, simul & animata atque assumpta, quamuis per successum temporis sumpserit corporis incrementum.

In lumbis Abrahæ quanquam pie Christi fuisti.
Vt Leui tamen es non decimatus ibi.

D.4.Summa. De agente quo formata est natura assumpta. D. Th 3.p.q.32 Nissa. tract. 4.p.1. por.4. q.4.

Incarnatio tributur Spiritui Sancto specialius, licet sit opus totius Trinitatis. Neque tamen ob id Christus filius est Spiritus Sancti. Non enim de eo sicut de patre genitus est. Virginis autem filius rectè dicitur, eo quòd de ipsa genitus est vt matre. Neque verò quicquid ex alio nascitur, filius est, vt patet de pilis hominis, & baptismate renatis respectu aquæ. Dicitur autem Christus incarnatus de Spiritu Sancto, eò quòd incarnatio ipsa non pro merita, ex Dei dono est, virtute videlicet Spiritus Sancti effecta. Hinc nec Spiritus

tus Sanctus quasi seminalis materia ipsius accipi potest. Etsi etiam de virgine Christus natus sit, factus tamen per Apostolum dicitur ex muliere & ex semine Dauid, puta per virginem quæ de Dauid semine fuit. Et hoc dicitur ad significandam eius singularem conceptionem, quæ opere Spiritus. S. facta est, quod aliis nõ competit.

Diuini flatus fuit incarnatio donum.
Quanuis non deerant filius atque pater.

D.5. Summa De modo vtriusq; naturę. s. assumentis, & assumptę. D. Tho. 3 p. q.3. art.5. Bona.q.1.ar. 3. Sco. Ric. Duran. May. Bac. Ant. An. q.1.

In incarnationis mysterio nec persona assumpsit personam, nec natura personam, sed persona diuina naturã. s. humanã. An autẽ diuina natura humanã naturã assumpserit, videtur esse in auctoribus contrarietas. Concilium nanque Toletanum dicit, quòd solus filius carnem seu naturã assumpsit humanam. Auctoritates autẽ quædã aliæ dicere videtur, naturam diuinam assumpsisse. Tenendum tamẽ est personam diuinam naturam assumpsisse humanã. Vnde illæ auctoritates capiẽdę sunt, quod diuina natura humanæ naturæ in persona filii sit vnita, & secundum hunc intellectum diuina natura dicatur incarnata. s. in filii persona. Vnde & cũ dicitur solùm filiũ carnem assumpsisse, natura quidẽ non excluditur, sed incarnationẽ ad personã aut patris aut Spiritus. S. terminatã nõ esse, designatur. Nec tamẽ per hoc dici debet diuina natura caro facta, ne cõuersio naturę in naturã significari putetur. Neque etiã natura diuina homo facta, vel esse dicitur, quia nõ sic in vnitatẽ & singularitatẽ sui vt persona verbi, humanam assumpsit naturã. Manet enim in singularitate personæ naturarũ distincta proprietas. Porrò personam hominis verbum non assumpsit, sed assumendo sibi naturam vniuit, & vniendo assumpsit, sicque personalitatẽ præuenit. Quod verò August. dicit verbum assumpsisse hominem, intelligitur per hominem non personam, sed naturam Quod etiam Magister dicit, animam separatam esse personam, non tenetur.

Nec credas aliam quod sumat hypostasis vna.
Etsi naturas continet vna duas.

D. 6. In qua de opinionibus & loquutionibus verbi ícarnationẽ D. Tho. 3.p.q.17. ar. 3. Sco. Dur. q.2. Ant. An. Bac. q.1. Ric. q. 3. Nissa. Tract. 3. p. 1. por. 4. q. 3.

Prouidè loquendum est in expressione eorũ, quæ cõcernunt incarnationem verbi gratiosissimam. Nam de propositionibus illis, Deus factus est homo, & homo est Deus, & similibus, atq; an per hoc Deus factus sit aliquid, vel non factus: tres sunt modi dicendi seu opiniones, ad exprimendũ modũ vnionis prætactæ. Quarũ prima inter alia effectualiter dicit in Christo duo esse supposita, & vnã tantùm personam, & hęc est falsa. Secunda, quòd in Christo unũ est suppositũ tantùm, ac vna tãtum persona. Nã corpus & anima Christi, simul tempore vnita fuerunt, & assumpta, atq; per hoc vnũ suppositum, seu vna persona in ipso, in duabus subsistit naturis. Hinc & propter vnionẽ duplicis ipsius naturę in vno verbi supposito, nomi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

na vtriusq; naturæ proprietates significantia, de Christo prædicari possunt, ita vt verè dicatur, Deus passus est, ac homo iste est æternus. Ex hoc quoque infertur, post incarnationem, personam verbi esse cõpositam, cùm prius simplex fuerit, non quidẽ cõpositione, quasi ex partibus, vnde totũ resultet: sed quia persona verbi quæ antè in vna tamẽ subsistebat natura post incarnationem in duabus subsistit & hęc bene intellecta, habetur vera. Tertia de hinc dicit, verbum humanam naturam, vt habitum seu indumentum assumpsisse. E
Sed hæc hęretica a doctoribus reputatur, & abiicienda, quam tamẽ Magister per longum, sicut primam prosequitur: & indeterminatã tandem relinquit. Quod etiam Magister in hac distinctione animã separatam dicit esse personarum ab aliis non tenetur.

Corporis ac animæ qualis foret unio Christi,
Prendere doctores non potuere prius.

D.7.D.Tho. 3.p. q. 16.ar. 1.Bona.Sco. Ric.q.1. & q. 2.etiam.Nissa. tract.4.p. 2.por.4.q.1. Locutiones illæ de quibus distinctione præcedenti dictum est, secundum tres dicendi modos similiter habitos, diuersimode determinantur. Nam iuxta primum, Deus factus est homo & ecõuerso, & eò quòd Deus substantia rationalis esse cępit, quę antè nõ fuerat, & sic factus est aliquid: ac illa substantia cępit esse Deus, quod ex gratia habuit non ex meritis nec natura. Quod cũ ab æterno pręuisum fuerit, ideo Christus prædestinatus esse filius Dei dicitur. Iuxta secũdum verò modum, Deus est homo & econuerso: quia in incarnatione ex duabus naturis & tribus substantiis subsistẽs esse cępit: ac sic, quia humanã assumpsit naturã, secundum hanc homo dicitur esse à Deo assumptus. Vnde & secundum huuc modum Christus etiã in quantum homo est aliquid. s. ex corpore & anima cõstitutum. Et secundũ quod humana natura vnita est deitati in tẽpore, quę vnio ex gratia facta est, & ab æterno à Deo prædestinata, & sic etiã est prędestinatus cognitus. Sed iuxta tertiã, Deus homo factus dicitur, & econtra: quia Deus hominẽ accepit, & homo assumptus est à Deo, ita quod habens hominẽ, est Deus. Per hoc autẽ Christus nõ est aliquid secundũ quod homo, sed aliquo modo se habens. Secundum quod etiam homo, prędestinatus dicitur esse filius Dei, eo quòd ab æterno pręuisum sit & in tempore per gratiã collatũ, vt ipse ens homo, sit filius Dei. Neque verò Christus dicitur homo dominicus, cũ & Aug. olim sic locutus, postea hoc retractauit. F G H

Quæstio multiplici uersans ambage magistros,
Quod parte ex aliqua sectio sexta docet.
Quid veri teneat, dispectis omnibus, isthæc
Septima demonstrat satque superque tibi.

D.8.Summa. De cõsequẽtibus incar

Concedinẽ debet natura diuina, nata de virgine, nisi inquantum persona nata de eadẽ dicitur. Nam inquantũ natura stat pro essentia,

tia, nec de virgine, nec de patre nata dici potest. Quo etiam modo suprà dictũ est diuina natura incarnata, nõ nisi pro quanto in persona incarnata dicitur. Affirmatur autem Christus bis natus se duas habuisse natiuitates, diuinam, scilicet, ex patre, & temporalem ex matre, ob distinctas illarum natiuitatum proprietates.

In Christo natura Dei ne uocetur,
Ni modo personam significare voles.

A Opinione quorundam caro vel anima Christi seu eius humanitas adoratione illa quæ latria dicitur, & diuinitati debetur, quæ inlectione cordis & sacrificiorũ exhibitione, &c. cõsistit, non est adorãda, ne idololatria cõmittatur. Honoranda autẽ est Christi humanitas seu adoranda dulia excellenti, ac super omnẽ creaturam venerauda, & diligentia, Secundũ alios autem sine omni periculo eadẽ Christi humanitas latria rectè adoratur, nõ quidem ratione suĩ, sed suppositi, inquantum scilicet à Deo in vnitatem suppositi est assumpta, nec ab ea vnquam separata. Quæ quidem sententia vera est, & B dictis sanctorum in litera confirmata.

Nunquam sacra Dei verbum caro deserit absens,
Obque id culto pari semper honore fuit.

Non est cõcedendum Christum secundum quod homo, esse personam, alioqui verbum non naturã, sed personam, assumpsisse sequeretur, quod suprà est improbatum. Sequeretur etiam quòd secũdũ quod homo, esset tertia in trinitate persona, quod patet esse falsum. Nec oppositũ argui potest, eo quòd est substantia rationalis. C Non enim hoc sufficit ad rationẽ personæ, quæ dicitur quasi per se sonans, nec alteri coniuncta, sicut tamẽ est natura humana in Christo. Neque etiã vulgaris personę definitio personis diuinis cõuenit, sed aliis. Sed & nec impedit eum secundũ quod hominẽ, prædestinatum esse filiũ Dei qui est persona. Non. n. quo est, eo homo filius Dei est, sed per gratiã hoc accepit. Deniq; nec filius adoptiuus Christus dici debet, sed naturalis. Non enim prius esse cępit, & post hac in filium adoptatus est, sed semper fuit filius æterni patris. Virginis quoque filius est per naturã & gratiam, nõ quidem adoptionis, sed vnionis. Potest autẽ dici, personã quę semper fuit, prędestinatã esse secundum hominẽ assumptum, vt. s. ipsa ens homo, esset filius Dei. Itẽ & naturam humanam, vt verbo patris personaliter vniretur. D

Quod Christo nomen personæ conuenit, hoc sit
Ipsius haud hominis, sed ratione Dei.

Simpliciter & absque determinatione dici nõ debet Christus factus, creatus, vel creatura, quippe per quã omnia facta sunt, atq; per hoc ipse factus absolutè dici nõ potest. Et alioqui ipsi euangelium prædicatũ diceretur, essetq́ue subiectus vanitati. Hæc etenim secun

nationẽ. D. Tho. 3. p. q. 35. ar. 5. Bona. q. 2. ar. 2. Ric. ibi. Sco. Ant. And. q. 1 Dur. q. 3. Nissa. tract. 4. p. 1. por. 3. q 3.

D. 9. summa. De iis quę cõueniũt naturę humanę ratione naturę diuinę vnitæ. D. Tho. 3. p. q. 25. ar. 2 Bona. Sco. Ric. Ant. an. q. 1. Dur. q. 2. Nissa. tract. 4 p. 1. por. 4 q. 10.

D. 10. De iis q̃ cõueniunt Christo rõne naturæ humanę. D. Th. 3. p. q. 25. ar. 4. Bona. q. 1. ar. 2. Sc. Ric. ant. And. q. 1 Dur. q. 2. Nissa. tract. 4. p. 1. por. 4. q. 5.

D. 11. De iis q̃ cõueniunt Christo rõne humanæ naturę, quantum ad defe

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus q̃ natura sequũtur. Nisa. tract. 4 p. 1. por. 4. q. 6. & Ant an. q. 1. 2. & 3.

dum scripturas omni conueniunt creaturæ. At de Christo ea absolutè dici est absurdum. Veruntamen cõcedi potest addita determinatione. Est enim creatura, inquantũ homo: & inquantum talis, esse cepit. Per quod quidem non sequitur, eum simpliciter esse creaturam, aut cepisse. Nã hoc esset procedere tropicè à parte ad totum.

Non quit simpliciter Christus factura vocari
Quamuis hoc certa conditione queat.

D. 12. Tho. 3. p. q. 15. ar. 1. Nisa. trac. 4 p. 1. por. 4 q 9. Sco. Bona. Ric. Ant. And. q 1. Duran. q. 2.

Ad hanc vel similem, an ille homo. s. Christus, esse cęperit, nõ est sine distinctione respondendũ. Nempe si ad personam respicias, verum est eum semper fuisse: si verò ad naturam humanã, conceditur eum cępisse. Per quam distinctionem & auctoritates quæ cõtrariæ videntur, vt quòd Christus est recens homo, & quòd puer iste creauit stellas, absolui possunt. Potuit autẽ Christus hominem aliunde assumere, quàm de genere Adam: sed ita fieri, magis congruebat, vt sic diabolus vinceretur per aliquẽ de genere eius qui victus fuerat. Tametsi autem de genere Adã assumptus sit homo, tamen nec persona ipsius, nec natura assumpta, vt verbo vnita, peccare potuit, quamuis vt in se considerata. Nec obstat liberum eum arbitriũ habuisse, cùm nec in angelis confirmatis hoc peccabilitatem arguat. Quòd etiam scriptum est, qui potuit transgredi, & nõ est transgressus, de membris Christi potius intelligendũ est totum, aut solũ pro vltima parte de Christo. Qui & sexum muliebrem assumere quidẽ potuit, sed virilem ex fœmina eum assumere, magis erat congruũ, vt sic vtriusque sexus liberatio per eum fienda ostenderetur.

E

F

Non potuit Christus quamuis committere culpam,
At potuit fieri fœmina, factus homo.

G

D. 13. sũma. De perfectionibus naturę humanæ in Christo rõne vnionis ad verbum. D. Tho. 3. p. q. 7. ar. 1. Bona. Sco. Ric. Pur. Ant. An. q. 1. Niisa. tract. 4. p. 1. por. 3. q. 3.

Plenus fuit sapientia, & gratia, ac omnibus donis Christus, secundum hominem, mox ab instanti, quando conceptus est, adeo quod nec amplius accipere posset. Non enim est ei datus spiritus ad mẽsuram, & de plenitudine ipsius, vt puta capitis, secundum quandã similitudinem omnes acceperunt. Nec contra hoc est, scripturas dicere eum in his profeciſſe. Nam hoc fiebat nõ per augmentũ talium succesiuè accipiendũ, sed secundum exteriorem & ampliorem manifestationem. Quo etiam modo intelligendũ est, quod Ambrosius dicere videtur eum secundũ sensum hominis profeciſſe, iuxta quod scriptura insinuat eum parentes ignorasse. i. sic se ad eos habuisse, quasi agnitionis eorum tunc expers esset. Vel extra textum dici potest, de experimentali hoc scientia accipiendum.

H

Christum virginea quam mox conceptus in aluo est,
Sic, nihil vt supra, cuncta habuisse simul.

D. 14. De cõparatione sapientiæ Chri

Omnia quæ Deus scit, anima Christi per scięntiam sibi collatã in verbo cognoscit: nec tamẽ per hoc scientiæ Dei ęquatur, quãdo nõ

ita

sti ad sapientiã Dei. Th. 3. p. q 10. ar. 2. & 3. Bona. q. 3. ar. 2. Sco. Ant. An. q. 1.

ita perspicuè, vt Deus ea intelligit. Nouit igitur omnia quæ Deus, quo ad numerum scitorum, nõ tamen quo ad sciendi modũ. Ex hoc autem nõ sequitur, eam creare quid posse. Quamuis enim creandi habeat sciętiam, agnoscens quomodo mundus est creatus, nõ tamẽ creandi habet potentiam, cum sit creatura, quæ capax nõ est omnipotentiæ, qualis in creatione requiritur. Veruntamen iuxta Ambrosium, Christus omnipotentiam quam filius Dei semper habet naturaliter, hanc dum filius hominis factus est, ex tempore accepisse dicitur, pro eo quòd persona quæ verbi semper fuit, futura quoque erat persona hominis.

A

Omnia Christi animam nouisse fatebimur omnes
Non tamen omnipotens ipsa fuisse datur.

D. 15. Christus aliquos effectus assũpsit cum humana natura, & aliquos nõ. Sco. Ant. And. q. 1. Th. 3. p. q 15. ar. 5

Veram hominis naturam tam quo ad corpus quàm animã passibilem Christus assumpsit cum vtriusque defectibus pęnalibus, non quidem omnibus, sed ijs quos ipsum suscipere decuit, & saluti nostræ expediuit: secundum quod & intelligendę sunt, si quę scripturę occurrunt, quæ eũ omnes defectus prẽter peccatũ assumpsisse asserunt. Hinc dicere dolorem in carne, & in anima tristitiã verã passionis tempore Christum nõ sensisse, à veritate alienũ est & hæreticum: ac si dicatur ipsum nõ hominem verũ, sed eius tantum similitudinẽ assumpsisse. Hinc verba Hilarij quæ oppositum dicere videntur, sanè intelligi oportet. Quos tamen defectus pęnales nõ coactè assumpsit, sed uoluntariè, secundum quandam pro passionem, quo scilicet mens ipsius à rectitudine & Dei contemplatione eisdẽ passionibus non sit dimota.

B

Sustinuit nostræ Christus discrimina vitæ,
Quæ sibi pro nobis congrua visa pati.

D. 16. Christus assũpsit necessitatẽ patiẽdi. Tho 3. p. q. 14. ar. 2. Bona. q. 3. art. 2. Sco. Pur. Ant. An. q. 1. Niisa. tract. 4. p. 3. por. 1. q. 2.

Nedum moriendi aptitudinem, verũ & patiendi in anima & moriendi in corpore Christus assumpsit necessitatẽ, nõ quidem aliqua coactione, sed spontanea voluntate. Nam nec nobis hæc necessitas prouenit ex natura, vt primò institura est sed vt vitiata est ex peccato, quod Christus nõ habuit. Accepit aũt de omni statu hominis aliquid ipse Christus, vt de innocentię statu peccati immunitatẽ: de statu post peccatũ, defectus & pœnã: de statu sub gratia, eiusdẽ plenitudinem, & de statu glorię, impeccabilitatem & Dei contemplationem perfectam.

C

D

Sint tua Christe neci quamuis obnoxia membra,
Hæc tamen inuitus non capis, imò libens.

D. 17. De potentijs & operationibꝰ naturæ in Chro. Tho.

Secundum duas in Christo naturas, plures in eo fuisse voluntates ostenditur, secundum quarum aliquam à patre petiuit quod nõ impetrauit, ac non se impetraturũ præsciuit, cũ & nec secundum aliam hoc voluit In eo nanque voluntas diuina erat & humana, & hęc vl-

tima

Universidad de Deusto
Biblioteca

3.p.q.18.ar. 1 Bona.Sco. Ric.Dur.An. And.q. 1.

tima duplex, rationis.s.& sensualitatis, secundū quam pati & mori refugiebat, quod tamen secundum diuinam voluntatem, & rationis humanæ volebat. Nec tamen per hoc in eo rebellio carnis ad spiritum erat vlla, quia nulla concupiscentia. Erat autem in eo sensualitas, vt in ipso naturæ humanæ veritas comprobaretur. Hinc & oratus, vt in ipso naturæ humanæ necessitate exemplum relinqueret Quanquā autem à patre sub conditione aliquid petierit, & ob id quasi dubitasse à sanctis dictus videatur, hoc tamen intelligi sanè debet: idest, admodum dubitantis se habuisse.

Exorasse patrem semper ne credito Christum,
Quando nec horroris transiit iste calix.

D.18. de merito Christi. Tho.3.p q. 19.art.4. Bona.Sco. Aut. And q.1.

Meruit Christus per passionem suam nedum nobis, vt quidam dicebant, sed etiam sibi: nobis quidem redemptionē & regni aperti onem, &c sibi verò corporis immortalitatem, & animæ impassibilitatem, ac nominis clarificationem, quam & animæ impassibilitatē mox post ipsius à corpore separationem adeptum eum esse, quamuis Magister sub dubio relinquat, per alios tamen astruitur. Hæc autem prædicta nō tantum in passione, verū & à cōceptionis suæ initio meruit: quòd ita posse, ex gratiæ & virtutū habuit plenitudine. Vnde nec in merito proficere potuit, quo ad meriti efficaciam, sed solū quo ad numerū meritorum, idem.s.pluribus modis merendo. Hinc & licet acceperit impassibilitatem post mortē, antè tamē absolutè loquendo, non minus beatus fuit, quāuis secundū aliquid.s.secundum onus miseriæ immunitatem. Hinc etiam quod Deus vocetur ante mortē habuit. Et quod Apostolus hoc sibi per passionis humilitatem collatū dicit quo ad innotescentiā intelligi debet. Quòd etiā Ambrosius dicit idipsum nomen donatū sibi à Deo, Aug. autem homini, diuerso id dicunt respectu. Primus nanque loquitur respectu naturæ, alter gratiæ. Ea autē quę sibi Christus meruisse dictus est, sine merito (suppositā mortalitate & passibilitate quam assumpserat) habere non potuit: quamuis talem naturam assumere poterat, vbi illa simul accepisset, & sic nec meruisset, & nomen suum aliter potuerat clarificare. Sic & redemptionē nostrā intelligendum est ipsum alia via, quàm per passionem procurare potuisse, illa tamen videtur congruentior.

Cum tibi, tum nobis meruisti Christe nec ortu,
Quàm nece crediderim te meruisse minus.

Dist. 19. Per Christi passionē nō solum iustificamur, sed à sathanæ tentationib⁹ atq;

Per passionem & mortē suam Christus nos à peccato, & diabolo redemit, quo & charitatem in nobis vicissim accendi voluit, vt per fidem passionis & mortis eius qui se sacrificium pro nobis obtulit, dictorum malorum euasionem adipiscamur. Factus enim est homo, vt per mortem suam diabolum iustè vinceret in natura prius victa,

sicqúe

utraq; pœna liberamur. Th.3.p.q.48 ar.1.Bona.d. 18. q.3.ar.2. Sco.Ant.An. q.1.

sicqúe & à pœna æterna nos liberauit: quia culpam pro qua pœna debetur, sua morte destruxit, temporalem quoque tandem ablaturus Est proinde ob vsum potestatis & operis expletionem, Christus propriè humani generis redemptor, quamuis primū & patri & Spiritui. S. conueniat, qua propter vel pater vel Spiritus Sāctus redemptor quandoque nuncupatur. At mediator Dei & hominum solus ipse est, non pater nec Spiritus. S. secundum quod etiam nec Christus dicitur secundum diuinitatem, sed secundum naturam assumptam, qua & minor patre, & caput hominum esse probatur.

Cur voluit Christus soboles æterna parentis.
Factus homo, mortis vincere morte ducem.
Victa in natura superaret vt æquius hostem,
Et nobis tanto charior inde foret.

D.20.De possibilitate alterius modi redemptionis, & de cōgruitate modi accepti. D. Tho. 3.p. q.46. ar.3.& 4.Bona. Sco. Ant.And.q.1

Alio quidem modo quàm per Christi passionem, Deus cuius potestati omnia subsunt, hominē liberare potuisset, sed nullus alius infirmitati nostræ sanandæ fuerat conuenientior. Hoc enim modo voluntas hominis per amorem magis in Deum dirigitur, & iustitia manifestius est obseruata in victoria diaboli, qui cùm Christum occiderit nullam in eo mortis causam reperiens, potestatem vsurpatā in omnes fideles iure amisit. Neque tamen etiā si Deus (quod potuit) vno nutu hominem redemisset, iniuria alicui esset illata, quippe in cuius manu vniuersa consistunt. Christus ergo hostiam & pretium redemptionis nostræ seipsum offerens, per passionem suam causa fuit effectiua & auctor reconciliationis humanæ, pro omnibus quidem sufficienter, efficienter verò pro electis tantùm. Qui & cùm ad passionem traditus sit à seipso, à patre, à Iuda & à Iudæis: hi tamen vltimi quamuis opus eorum operatum bonum esset, at habito respectu ad operantium intentionem, pessimum egerunt facinus, innocentissimum dominum ex iniquitate offerentes, quem pater ac ipsemet seipsum ex maxima obtulerant charitate.

Quamquam humana salus alio pacto esse valebat
(E nihilo quod enim cuncta creauit, idem
Omnia longè aliter potuit) modus haud tamen vllus
Qui mage quàm tua mors Christe quadraret, erat.

D.21. De iis quæ ad mortem Christi pertinēt. D. Th.4.p.q.51 ar.3.Sco.An. And.q.1.

In Christi passione diuinitas ab anima ipsius siue etiam à carne separata non fuit. Quòd autem Christus in cruce derelictum se clamat à Deo, intelligēdum nō quòd vnio personalis soluta fuerit: sed quia auxilium defensionis humanitati ad tempus erat subtractum. Et hoc etiam modo capiendum est dictum Ambrosii, quod oppositum videtur sonare. Quod etiam Athanasius dicit hominem reassumptū in resurrectione, & sic in morte depositum, dicitur nō quasi vnio personalis fuerit soluta, sed quia anima à corpore per mortem

siue

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit separata. Vnde & verè mortuus probatur. Hinc & filius Dei passus dicitur & mortuus, propter proprietatum vtriusq; naturæ cõmunicationem, qui tamen secundum diuinitatẽ impassibilis est & immutabilis. Ex quo etiam passus & non passus, mortuus & nõ mortuus dici potest, diuersorum respectu.

Quanquam mors animam Christi de corpore trusit.
Ipsa tamen deitas mansit vtrique comes.

D. 22. De cõsequentibus mortẽ Christi. Tho. 3. p. q. 50. art. 4. Bona. Sco. Ric. Dur. q. 1 Niisa. tract. 4 p. 3. por. 1. q 6.

In triduo mortis suę Christus secundum Magistri sentẽtiam fuit verus homo, vera ipsius morte nõ obstante: nec tamen dicẽdus fuit tũc homo mortalis vel immortalis, quod ipse solùm in puris hominibus tenere dicit. Ex quo & concedit, quòd in sepulchro & limbo Christus tunc fuit homo, quia ibi erat secundum hominem, non tamen per hoc vbicunque fuit homo, eo quòd non secundũ quod homo, sed secũdum quod Deus, est vbique. Hæc autem vult sequi ad inseparabilem vnionem humanitatis Christi ad personam verbi, respondens ad rationes in oppositum. Sed in his non tenetur ab aliis, qui & vt veras rationes illas assumunt. s. quia Christus inquantũ homo, verè mortuus erat, homo autem mortuus, nõ est homo, & sic de aliis. In illo tamen triduo Christus totus fuit in sepulchro, & totus in lymbo, quamuis non totum. Per ly totus enim representatur persona, per totum autem natura. Persona autem ipsius cum sit inuisibilis, non fuit maior coniunctis inter se anima & corpore, quàm separatis quę tamen ipsa per mortem non reliquit. Sed & filius hominis, seu ille homo. s. Christus, venit de cęlo & est vbique, & filius Dei crucifixus est, &c. per cõmunicationem idomatun, respiciẽdo. s. ad personæ vnitatem. Et tantùm de verbi incarnatione.

E F G H

Non tibi verum hominem persuadeat ipse Magister
Christum sub tumuli colle fuisse sacri.

D. 23. Hactenus de mysterio verbi incarnati, nũc de virtutibus & donis quibus suos illustrat. Vbi fides rectè describit, quæ & si non apertium sit tñ ab habẽte videri põt, Th. 2. 2. q. 6. ar. 1. Sco. Ant. And. q. 1.

Occasione dictorum de plenitudine gratię Christi, inquirendum est de fide, spe & charitate. De quarum prima aduertendum quòd ipsa est virtus qua creduntur quæ non videntur: quę quidem capta vel pro credibili vel habitu informi, non est virtus, sed dum est habitus charitate informatus, quomodo est in solis iustis. Cùm etiam aliud sit, credere Deum, & credere Deo, ac credere in Deum: primis duobus modis etiam peccatoribus imò & dęmonibus credere cõpetit, & est nihilominus donum Dei. Tertio autem modo non cõpetit nisi fidem formatam habentibus. Hoc enim modo credere est per opera bona in Deum ire. At in habente fidem informem charitate superuenięte, vtrum ea maneat & formetur, vel ea depulsa alia succedat, primum magis dicendum videtur. Est autem vna tantùm cõfitenda esse fides, siue pro credibili fides capiatur, siue pro habitu. Hic enim est in vno idem numero, in diuersis autem saltem idem

specie.

specie. Quamuis autem ea quę credimus, apertè non videmus, credere tamen nos intellectualiter cognoscimus. Est enim fides (secundum Apostolum) de sperandis & non apparentibus. Quæ etiam fides conuenientiam quidem aliquam habet cum spe, magis tamen ab ea differt. Vnde & deffinitio fidei, spei propriè non conuenit. Quod autem Magister inducit de charitate hominis, quòd sit Spiritus Sanctus, non tenetur, vt & suprà in primo habitum est.

A

Quicquid ad æternæ spectat decreta salutis.
Hoc si oculi nequeant, iudicat alma fides.

D. 24. De fide quãtũ ad eius obiectũ siue materiã. Th. 1. p q. 1. art. 12. Ant. And. q. 1. Niisa. tract. 5. p 3. por. 3. q. 2.

Fides & si iuxta prædicta propriè non sit nisi de non visis, eam tamen largè sumendo, quandoque etiam credere dicimur quæ videmus, quomodo Christus ait: Vt cum factum fuerit, credatis. Verùm hic agitur de fide propriè dicta. Quod etiam Augu. dicit fidem esse de rebus præsentibus, accipit ipse fidem pro mercede fidei in patria accipienda. Hinc Petrus fidem passionis Christi habuit, non quia hominẽ mori vidit, sed quòd hunc Deũ esse credidit, sicut nec nobis per hoc fides meretur, quòd credimus hominem crucifixum, mortuum, sed quòd eum credimus esse Deum. Quamuis autẽ fides non sit de cognitis visu exteriori, oportet tamen credita (secundum Aug.) per intellectum aliquo modo apprehendi: quod tam de his quæ sciri non possunt nisi credita, quàm etiam de his quæ nisi scita aliquo modo non creduntur, verum esse probatur. Creditur ergo quod ignoratur, non tamen penitus.

B

Credita, sint oculis quamuis incognita nostris.
Nota aliquo certum est attamen esse modo.

C

D. 25. Hactenus de fide quo ad essentiam suam & obiectũ, nũc de ea quoad subiectũ siue credentes. Th. 2. 2. Ant. And. q. 1. Niisa. tract. 5. p. 3. por. 3. q. 3.

Omni tempore mundi, fides homini ad salutem fuit necessaria: nec sufficiebat credere Deum esse, & in se sperantium remunerationem fore, sed & mediatore fidem habere oportuit quę tamen fides articulorum distincta cognitione, & credentium, constantia & deuotione creuisse probatur. Quæ & de veteris testamenti hominibus intelligi debent, quorum nullus sine fide mediatoris saluari poterat, quamuis quod nos in hoc factum credimus, ipsi credebãt fiendum. Veruntamen simplices implicitè hoc credebant in fide maiorum, quibus hoc expressius erat reuelatum, sicut & modò maiores ea expressius credere oportet. Credi autem tunc secũdum quosdam expressè oportuit mediatoris natiuitatem, mortem, resurrectionem, & iudicium: secundum alios autem, sufficiebant primum & vltimum cum fide trinitatis. Quam fidem & Cornelius Centurio habuit: vnde & Deo acceptus erat, quamuis Christum iam venisse nesciret, pro quo & denuntiando Petrus ei missus fuit. Vbi & aduertendũ, fidem, spem, & charitatem, secundum operationem interiorem in præsenti ęqualiter intendi: inter quas tamen charitas maior dicitur,

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia aliis euacuatis in futuro, ipsa manet, & est mater aliarum. Dicuntur autem fides & spes charitatem præcedere: non quidem causa aut tempore, sed quia illa sine ipsis est, & non econtra.

Quisquis ad æthereas sedes concenderit vsquam,
Hunc mediatoris iussit aperta fides.

D.26 D.Th. 2.2.q 17.art. 5. & 6. Ant. And.q.1.Ric. q. 2. Niisa. tract. 5. p. 3 por.3.q.1.

Spes inquantū virtus est, spiritualia, & æterna respicit bona, cùm sit certa expectatio futuræ beatitudinis: ex Dei gratia & meritis præcedentibus proueniens. Nam sine meritis eam sperare, nō spes, sed præsumptio est. Et hęc cum fide quidem conuenit, eo quòd est de inuisibilibus, de quibus tamen fides est, vt non visis: spes autem, vt nō habitis, in quo differunt, sicut & in hoc quòd fides indifferenter est de bonis & malis, præsentibus, præteritis & futuris, de suis ac alienis: spes verò de bonis tantùm & futuris ac ad se pertinētibus. Porrò in Christo etiam pro huius vitæ statu neutra harū fuit, cùm clarissimè Deum viderit, & bona æterna cōprehenderit, qua & ratione nec sunt in beatis. Christus autem quædam sperasse & credi disse dicitur quia firmiter eis assensit. Ad patres in limbo eas uirtutes habebant, quousque Deum non videbant.

E

Spes sacrata fidem comitatur passibus æquis
Quam de non visis rebus habere soles.

F

D 27. De caritate quantum ad eius essentiam & definitionē. Th. 2.2.q.23. art. 4. Ant. And.q.1.Niisa.tract. 5. p. 3.por. 3.q.1.

Cum tam eximiam & incomparabilem Christus charitatem habuerit, qua maior esse nō possit, qua & animam suam pro nobis posuit, & ad dilectionem nos prouocauit: ideo de charitate primò sciēdum, quòd ea est qua Deum diligimus, & proximū propter Deū: quæ quamuis vna sit, geminatur tamen ob duo dilecta, Deum s. & hominē. vnde & duo de ea dantur præcepta, quia & duo sunt propter motum duplicem in ipsa dilecta. Hoc tamen quod Magister dicit dilectionem esse Spiritum Sanctum, accipiatur vt suprà. Præcipitur autem nobis & charitas habenda, & modus ipsius seruādus insinuatur, qui est vt toto corde, &c. Deum diligamus: proximū propter Deum qui licet rebellione carnis impediēte in hac vita impleri perfectè non possit, non tamen frustra datum est mandatum. Neque enim aliquis curreret, nisi sciret quò currendum esset. In patria ergo hic inchoatum implebitur. Ambo denique charitatis præcepta adeo connexa sunt, quòd vnum absque altero impleri non potest. Vnde & unum pro vtrisque quandoque ponitur.

G

H

Quæ duo præcipuè tibi sunt adamanda, doceris
Isthic, & virtus quanta sit ipsius amor.

D.28. De numero diligēdorū. Tho. 2.2.q. 25.ar. 1. Sco. Ant. And.q.1.

Quicquid diligi ex charitate oportet, in dictis duobus de dilectione mandatis continetur. Quatuor enim ex ea diligenda tradit Augustinus. Quæ sunt, Deus supra nos, proximus iuxta nos, anima nostra, & corpus quod est infra nos: de quibus tamen vltimis duobus,

præ-

præcepta dari non oportuit: quia in alijs implicātur, & ipsa diligere naturaliter homini insertum est. Neq; enim viri iusti corpus macerantes, ipsum ob id, sed corruptiones ipsius odiūt. Nomine autem proximi quilibet cui beneficium conferendum est, atque per hoc omnis homo intelligi debet, quod & ex parabola domini de semiuiuo patet. Insuper & à quo accipitur. Hinc angeli qui multa nobis bona impendunt, proximi nostri censendi sunt, ac diligendi. Quamuis autem à Deo omnia habeamus, ipse tamen proximus noster nō est, sed incomparabiliter excellentior. Hinc dilectio supra nosmet ipsos, & maxima ipsi debetur. Homo etiam Christus quamuis nomine proximi contineatur, magis tamen eum quam nos pro sui excellentia diligere debemus, minus tamen quàm Deum: quia in hoc eo minor est. Aduertendum quoque quòd alter alterius proximus dici potest, aut. s. conditione primęuæ originis vt sunt omnes homines: aut spe conuersionis & saluationis, vt sunt nedum ad fidē conuersi, sed etiam conuertibiles: aut propinquitate cognationis, vt sunt nobis sanguine specialiter iuncti: & ratione beneficæ subuentionis, quales sunt sancti angeli.

A

B

Demandata foret quamuis dilectio nulla,
Corporis ac animæ certa tenenda tamen.

D.29. De ordine diligendi respectu diligendorū. Tho. 2. 2. q. 26. ar. 1. Niisa. tract. 5. p. 3. por. 3. q. 1.

Dilectionis ordo deposcit, vt diligantur diligenda, aliis posthabitis. In diligendis quoque plus diligatur quod plus diligibile est, sic quòd primò & super omnia diligatur Deus, dehinc anima propria, deinde proximus, & vltimò proprium corpus. De proximis autem opinantibus quibusdam, quòd affectu quidem omnes æqualiter diligendi sunt, non autem effectu: aliis vero, tam affectu quàm effectu æqualiter eos diligendos, dicentibus: Magister tertiam amplectitur viam, vt. s. nec affectu, nec effectu æqualiter sint diligēdi, cùm ordo absque inæqualitate esse non possit, & effectus affectui cæteris paribus respondere debeat. Ea autem quæ in oppositum videntur, intelligenda veniunt, pro quanto ad idem beatitudinis bonum omnes diligere debemus: non tamen æquali oportet affectu id fiat, sed meliores amplius. Sunt proinde boni extranei in hac vita plus diligendi, quàm parentes mali, cùm vinculo charitatis sint nobis cō iunctiores. Inimicos quoque dominus nos diligere iubet ob bonum naturæ, quod in omnibus diligendum est, & vt ad bonum moris cō uertantur: vitium autem in eisdem, immo & in parentibus odiendum. Itaque sunt hi charitatis gradus quatuor.

C

D

Quemlibet affectu simili deamare, vel æquo
Quemlibet effectu, lex data nulla iubet.

D.30. De charitate quantùm ad meri

Amicorū dilectio simul cum inimicorū dilectione magis est meritoria, quàm ea quæ est amicorum ad vtrasq; comparata: si tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti perfectionem. Tho. 2. 2. q. 45. ar. 8. & 9. Nisa ubi supra. q. 3.

quælibet per se consideretur, magis meritoria est ea quæ est amicorum, quia feruentior. Quòd autem Augusti. eam quæ est inimici, dicit esse meliorem, intelligendū est simul cum amicorum dilectione acceptam. Nec valet opinio, qua quidam putabant charitatem haberi posse absque inimicorum dilectione, occasionem sumentes ex verbis Augustini, qui dicere videtur inimicorū dilectionē esse perfectorū, &c. Præceptū enim de dilectione extendit se ad omnes generaliter. Et quod Augusti. dicit, intelligendum est de perfecta inimicorum dilectione, per quod non excluditur quin & alii suo modo eos diligere possint & teneantur. E

Maius habet meritum chari dilectio fratris,
Quam tenet aduersi frigidus hostis amor.

D. 31. De charitas quàtùm ad durationem Tho. 2. 2. q. 24. ar. 11 Nisa. q. 6.

Non est necessarium, charitatem semel habitam semper permanere: sed habita amitti potest, & amissa recuperari: sicque à damnādis quandoque habetur, & à prædestinatis quādoque temporaliter amittitur, nō autem finaliter, quin gratia Dei recuperetur. Quę verò ex Apostolo & aliis contra allegari possunt, intelligi debent de charitate perfecta, & secundum finalem charitatis effectum. Licet autem & fides & spes in patria tam quo ad habitum, quàm actum, sint euacuandæ, sicut & scientia quo ad actum destruetur, substantia ipsius manente, charitas tamen quo ad vtrunque manebit. Quæ & charitas secūdum modum patriæ in Christo fuit. Vnde & modum charitatis eorum qui sunt in patria, ipse adhuc in via seruauit, ita scilicet, vt electos sicuti se. s. ad vitam æternam, dilexerit, eorumq; salutem iuxta diuinam optauit voluntatem. F

Sæpius in terris diuinum perdit amorem.
Quem tamen in cælis perdere nescit homo. G

D. 32. De charitate Dei qua diligit homines. Sc. Ric. dur. An. And. q. 1. Bona. q. 3. ar. 1.

De dilectione Dei dicere volens Magister, ponit eandē esse charitatem increatam, qua ipse Deus nos diligit, & qua nos eum diligimus. s. diuinā vsiam seu essentiam: quod quidem ex parte Dei certum est, ex parte autem nostra, nisi & habitum esse cōcedat charitatem in mente diligentis à Spiritu Sancto infusum, nō conceditur: de quo & suprà dictum est. Præfata autem dilectione Deus vna eademque omnia creata ab æterno æqualiter dilexit, ipsam in se cōsiderādo, vtputa quæ est æterna & immutabilis Dei essentia: quæ nec magis nec minus suscipere potest. Secundū efficientiam autē id magis ab æterno dilexisse dicitur, cui in tēpore absque sui mutatione plus boni impartitur. Vnde & secundū effectum vnum plus vno tēpore quàm alio diligere dicitur. Quod autē de electis astruitur, absolutè Deum eos ab æterno dilexisse, de reprobis nō conceditur, nisi cum additione. s. inquantum opus eius erant futuri. H

Non

Non est vnus amor, licet asserat ipse Magister
Quo calet omnipotens, & pius ardet homo.

D. 33. De 4. Virtutibus Cardinalib⁹. Tho. 1. 2. q. 50. ar. 5. Sco. Ant. And. q. 1

Virtutes Cardinales seu principales, quatuor sunt, scilicet iustitia, quæ (ut Augusti. loquitur) est in subueniendo miseris: prudētia, quæ est in præcauendis insidijs: fortitudo, in perferendis molestijs: temperantia, in coercendis delectationibus prauis: quibus quidem in hac vita bene viuitur, & post hanc vitā peruenitur ad æternam. Et hæc in Christo plenissimè fuerūt secundū vsum quē habent in patria, atque etiā secundum eum quē habent in via, quo ad passiones ab extrinseco illatas. Quæ etiam virtutes in patria remanebūt, quantum ad habitum, quamuis alium ibi vsum sint habituræ. A

Quatuor egregias sanctæ moderamine vitæ
Virtutes, Christum nemo habuisse negat.

D. 34. De 7. Donis Spiritus. S. Nisa. tract. 5. p. 3. por. 2. q. 12.

Secundum Ambrosii sententiam de donis Spiritus Sancti, dicendum ea virtutes esse, operationem videlicet humanā perficientes: quæ sunt septem: scilicet donum sapientiæ, intellectus, concilii, fortitudinis, scientiæ, pietatis, & timoris. Quæ & in patria nedum desitura, nō sunt, sed immo abundantius à beatis, secūdum alios tamen actus quàm in via habentur. Quæ & ipsæ in Christo erāt, iuxta Isa. vaticinium, Requiescet, inquit, super eum spiritus sapientiæ. Ea autē in patria permāsura, cùm de aliis minus dubij habeat, de timore specialiter ostenditur, de quo tamen & scriptura dicit, Timor domini sanctus permanens in sęculum sęculi. Vnde & ipse ibi erit, nedum per effectum, verùm & secūdum habitū. Sed est timor multiplex: Nempe alius mundanus siue humanus dicitur, & hic malus est & deuitandus. Eo enim contra Deum timentur carnis pericula, & temporalis amissio bonorum. Alius autem dicitur seruilis, quo scilicet à peccato se quis cohibet ad pœnam vitandam: qui bonus quidem est, sed insufficiens. Initialis, quo quis iam amare incipit quod durū videbatur, & sic pro Deo peccata deuitat, respectum tamen & ipse ad pœnam habet. Et ille est cum charitate, quæ seruilem timorem excludit. Est deinde timor castus & filialis seu amicabilis, qui de amore procedit, quo ne dilectū quoquo modo offendat, quis timet. Hęc ergo sunt quatuor timoris genera, quamuis auctores quidā pauciora distinxerint. Hinc & diuersus loquendi modus prouenit. Etsi autem timor seruilis cum charitate nō sit, ei tamen locum præparat, & ei cedit, vt in simili de seta & filo apparet. Sub hac distinctione id quod Ioānes Apostolus ait timorem in charitate nō esse, Dauid autem dicit timorē in sęculum permanere, aperta est vtriusque veritas, si primum de seruili, alterum autem de casto accipiatur timore. Quorum etiam distinctio accipi potest à simili de muliere vna adulterium deuitante, ne à viro deprehendatur: & altera ne ab B C D

ipso

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipso deseratur. Initialis autem timor inter hos medius est quodammodo. Nam peccare cauet partim peccati horrore, partim & virtutis amore: qui etiam vnà cum seruili initium sapientiæ dici potest, alio tamen respectu: quia, scilicet, cum sapientia seu charitate venit, quã seruilis, vt tactũ est, inducit. Porrò donum timoris in patriã, vt præfatũ est, permansurũ, in Christo fuit secundũ actum reuerentiæ. Qui & quãuis pœnam timuerit, nõ tamen per hoc mũdanus vel seruilis vel etiã initialis in eo esse potuit, ob perfectissimam ipsius charitatem. Pœnas autem timuit ex naturali quodam timore, qui ex peccato inoleuit quem ipse sicut & alios defectus, sine tamen peccato, voluntariè pro nobis assumpsit. E

In Christo patriæ castum nituisse timorem,
Flaminis vt sacri cætera dona, reor.

D. 35. De donis in speciali.

Es si tam sapiẽtia quã scientia prout dona sunt Spiritus. S. diuinarũ humanarumq; rerũ notitia dici possint, propriè tamẽ sapiẽtia diuinarũ, scientia autẽ est rerum humanarũ. Quæ etiã sapiẽtia theosebia appellatur, est Dei cultus, quo videlicet Deũ agnoscimus & amamus, sciẽtia verò à malis abstinemus. Hinc ad supernorũ contemplationẽ illa pertinet, ista verò ad temporaliũ actionẽ. A sapientia etiam intellectus per hoc distinguitur, quòd cùm hęc de rebus sit ęternis, ista de rebus est tẽpore ortis, quodq; sapiẽtia de cognitis per eam delectamur: at non sic intellectu, quo res tantùm apprehendimus. Sic igitur sciẽtia valet ad temporaliũ rerum rectã administrationẽ & ad bonam inter malos cõuersationem, intelligẽtia verò ad creatoris & creaturarũ inuisibiliũ speculatione, sapientia verò ad solius æternę veritatis cõtemplationem ac delectationẽ. Quę quidẽ vt dona sunt sancti spiritus, ab eis quæ à natura sunt nominibus eisdem appellatis, ex hoc ipso differunt, & ea perficiunt. Nec dicta sapientia Deus est, sed magis donum est ipsius. F G

Est distincta aliis præclara scientia donis.
Numine quam sacro dicimus esse datum.

D. 36. De cõnexione virtutũ. Niisa. tract. 5. p. 3. por. 1. q. 10. Sco. Ant. An. Bona. q. 1.

In charitate quæ virtutum omniũ mater est, & totius plenitudo legis, virtutes reliquæ, infusę videlicet, illa cõnexę sunt, vt qui vnam habuerit, habeat omnes: & omnibus careat, qui caret vna. Nec tantùm hoc modo cõnexę sunt virtutes, verùm & sunt ęquales, ita vt vna intẽsa, & reliquæ proportionabiliter intendantur, vt qui pares vna intẽsa, & reliquæ proportionabiliter intendantur, vt qui pares sunt in aliqua, in aliis quoque pares esse cõprobentur. Quæ tamen accipi debẽt quo ad habitum in animo existentem. Ac in actu exterius hoc fieri non oportet. Hinc ꝙ Abraham in fide, in patiẽtia Iob, in mansuetudine Moyses, & sic de aliis, excelluisse dicitur: quo ad vsum & per cõparationẽ ad alios, venit intelligendũ: nõ autẽ quasi singulis singulas has virtutes intensius habuerint. Hæc tamen extra H

textum

textũ de æqualitate proportionis oportet iutelligere: vnde per hoc nõ excluditur, virtutẽ vnã alia esse maiorẽ, & charitatẽ omniũ primã. Neq; per hoc peccata paria esse oportet, cùm vnũ charitati amplius cõtrarium inueniatur. Porrò ad Dei & proximi charitatẽ omnia decalogi præcepta reducuntur, ad quę & moralia omnia ex decalogo manantia, ceremonialia quoque legis veteris spiritualiter intellecta, referri habent. A

Iunguntur valido virtutum germina nexu,
Iam periere omnes, si perit vna tibi.

D. 37. Post determinationẽ de habitibus virtutum & donorũ, nunc de operibus mãdatorũ, per quæ in actib⁹ uirtutũ dirigimur. Tho. 1. 2. q. 100. ar. 1. & 8. Niisa. tract 5. p 1 por. 3. q. 2.

Decem sunt decalogi præcepta, quorum tria (scilicet primę tabulę mãdata) ad Deũ: reliqua verò septẽ (quæ secũdæ tabulę) ad proximũ nos habent ordinare. Vnde primũ primę tabulę præceptum (quod de cultu vnius Dei existens, quamuis Origenes diuidat, Aug. tamen unum esse ostendit) ordinat ad patrem, in quo est vnitas & auctoritas. Alterũ autem, quod est de nõ assumendo in vanũ nomine Dei, aliegoricè filiũ patri æqualẽ significãs, ordinat ad filium, in quo est æqualitas. Tertium verò, quod est de sabbato sanctificãdo, & significat abstinentiã à vitijs fiendã profutura quiete, ordinat ad spiritum Sanctũ, cuius charitate eam obtineamus, per quem & sanctificamur. Secundę verò tabulę primũ pręceptũ honorem & in casu prouisionẽ parentibus exhibendam indicit. Secundò prohibetur corporale & spirituale homicidium. Tertiò mœchia exploditur, & omnis membrorum genitaliũ abusus. Quartò cauetur furtũ & rapina & omnis iniuriosa alienę rei vsurpatio. Quintò crimẽ mẽdacij & periurij interdicitur. De duobus reliquis Magister posterius dicit. B

Nil præcepta iubent tabulis conscripta duabus
Quàm tibi perpetuus ritè colatur amor. C

D. 38. De definitione Mẽdacij, & eius multiplicitate. Niisa. trac. 3. p. 3. por. 3. q. 5. Sco. Ant. And. q. 1.

Tria sunt mendacij genera: officiosum. s. quod salute aut cõmodo fit alicuius absque malignitate: quale fuit illud obstetricum & Rahab Iericuntinę. Iocosum, quod nec fallit, sed scitur causa iocidi ctũ. Et pernitiosum, quod. s. ex malignitate & fallendi animo procedit quod omnibus modis fugiendũ est. Prima autem duo etsi leuia sunt, non tamen sunt sine culpa. Quòd autẽ dominus obstetricibus &ipsi Rahab bene fecisse legitur, hoc nõ fiebat propter mendaciũ, sed ob misericordiam populo Dei exhibitã. Neq; verò idcirco hoc de alijs peccatis in consequentiam trahendum est. alioqui detestanda sequi manifestum est. Aug. autẽ octo mendaciorũ genera discernit, quę tamen omnia ad tria reducuntur præfata. Est autem differẽtia inter mentiri & mendaciũ dicere, cũ id quidẽ sine falsitate, illud autem nequaquam fieri possit. Sed & quisquis mendacium loquitur, mentietur, & non econtra. Hinc falsum loquens verax esse potest, cùm. s. loquitur quod cordi sibi est. Hinc & ecõtra Iudæus Chri- D

ĩtum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtum dicens eſſe Deum, mentitur quidem, quia non credit : non tamen loquitur mendacium, quia verum eſt quod dicit. Omne igitur mendacium peccatum eſt, vnum tamen altero grauius, qui grauitatis ordo per comparationem ad id quod fit in doctrina fidei accipi poteſt. Ex his etiam patet, non idem eſſe mentiri & errare, cùm hoc abſque peccato quandoque eſſe poſsit.

Impia ſe pandunt octo mendacia rami,
Crimine quæ ſemper corda ferire ſolent.

E

D.39. De periurio. Sco. Ant. And. q.1 Niſa. tract. 5.p.3.por.3. q.6.

Comites ſuos iuſiurandum ſeu iuramentum habere debet, veritatem. ſ. iudicium & iuſtitiam : qui ſi defuerint iuramentum fit periurium Hinc peierare eum cõſtat qui fallendi volũtate falſum iurat: eumq; qui iuramento falſum firmat, quamuis ipſe verum putet: eũ quoque, qui cũm verum ſit quod iurat, putat tamen falſum eſſe, vbi quamuis mentiatur iurans, non tamen eſt mendacium, vt ex ſuprà dictis patet. Periurat autem nihilominus talis. Iuramentũ enim facit fallendi intentione. Qui autẽ iurat ſe aliquid præſtiturum, quod tamen non dat, periurus non eſt, niſi mutando propoſitum, aut terminum tranſgrediendo. Quanquã autem iurare non ſemper ſit malum ſeu illicitum, iurare tamen falſum eſt grande peccatum, nec ſine peccato eſt, citra neceſsitatem etiã verum iurare. Ex neceſsitate autem ſuper aliquo licito iurare, bene licet, cùm innocentis probitas per hoc oſtendi debet, & ſic de aliis. Per creaturas autem iurare, perfectis quidem Magiſter dicit licitum, non autem imperfectis. Per quas tamen iurans minus obligatur, quàm iurans per deum. Per falſos quoque deos etiam verum iurans infidelis peccat : quo tamẽ eius iuramento ſine peccato ad bonum fidelis vti poteſt. Iuramenta autem in malum exitum vergentia, obſeruanda non ſunt. Neque tamen callida arte verborum deceptoriè iurans, neque alterum peierare ſciẽter cogens, à mortali excuſatur: ſecus autem, ſi exigat ideo, vt fidem de re iurata habeat. Hoc enim humana eſt tentatio. Eſt autem iuxta Eccleſiæ decretum, ad iuramentũ ſolenne ieiuno ſtomacho accedendum, niſi pro pace fit, aut periculum ſit in mora.

F

G

D.40. Hactenus de præceptis quæ uerbo & facto implentur, nunc de aliis quæ animo perficiũtur. Tho. 1.2 q. 107. art 4. Niſa. tract 5 p.1.por. 2.q. 3. Bona. q.3. art.1.

Qui iuramentis mendacia dicta tuetur,
Is periuro animam polluit ore ſuam.

H

Sextum vltimæ tabulę præceptum & ordine decalogi nonum, quod eſt de non cõcupiſcenda proximi vxore, & præceptum finale de nõ appetenda qualibet re alterius, differunt à duobus prioribus mœchiam & furtũ prohibentibus. In his enim prohibita ſunt operа, in illis verò cõcupiſcentia, ac per hoc actus interiores. Quòd autem lex vetus manum tantùm comprimere dicitur, non animũ, quo ad ceremonialia intelligi poteſt: vel etiam quod nõ ita generalis ſit prohibitio concupiſcentię, ſicut in lege noua, quę & ideo vtrunque com-

cõprimere dicitur. Litera autẽ occidens lex vetus dicitur, eo quod concupiſcentiã quidem mandato occaſionaliter auget nec gratiam tribuit quæ per Euangelium datur abundantius. Hic & litera legis ab euangelio diſtare dicitur, quia in eis diuerſa promiſſa, ſacramenta diuerſa, diuerſa quoque non quidem moralia, ſed ceremonialia inueniuntur prępcepta.

A

Furti & adulterij prohibet lex edita factum,
Quum deſiderium lex vtriuſque vetat.

FINIS TERTII LIBRI.

QVARTI LIBRI SENTENTIARUM locationis declaratio,

B

In quo 50. diſtinctionibus contemplatur Deum, ſub ſignis & ſacramentis, meritum Chriſti in carnati, & paſſi diſtribuentem, ac demum iis adiutos efficaciter beatificantem.

D.1.Summa. De ſignis & ſacramentis. Sco.Ant.An. q. 2. Niſa. tract. 6. p. 1. por. 1.q. 1.

C

VM in hoc quarto Sententiarum libro de ſacramentalibus ſignis tractandum ſit, adiecto de finalis iudicii retributione, in primis aduertendum eſt, quòd ſacramentum (vt ſumitur) eſt ſacrę rei ſignũ. Neque verò omne ſignum, ſacramentum eſt : ſed quod ex inſtitutione ſignificat, gerens. ſ. rei ſignatę ſimilitudinem, ſignum ſimul exiſtens & cauſa. Eſt ergo inuiſibilis gratiæ forma viſibilis, eiuſdẽ gratię gerens imaginem & cauſa exiſtens. Ea propter & veteris legis ſacramenta quæ ſolùm ſignificant, non dicuntur propriè ſacramenta. Quãquam autem abſque ſacramentis Deus homini gratiam dare poſſet, ob humiliationem tamẽ hominis ſub ſenſibilibus creaturis ac eiuſdẽ eruditionem, qua per hęc ad inuiſibilia cognoſcenda proficiat, & ob ipſius exercitationẽ, ne. ſ. per otium ad peiora dilabatur, inſtituta ſunt ſacramenta in rebus & verbis conſiſtentia. Denique cùm nouę legis ſacramenta à veteribus in hoc diſtent, quòd hęc ſalutem conferunt, illa autẽ ſolùm promittebant, interea tamen circunciſio egit, quod modò facit baptiſmus, quo ad culpæ deletionem, non tamen regni apertionem. Quæ data Abrahę iam adulto, octauo natiuitatis die cultro petrino poſterius fieri debebat : ſine qua ſi puer ante diem octauum deceſſit, de eo vt modò de paruulis non baptizatis fiebat. Quamuis in caſu mortis anticipare fortè circunciſionem licebat, ante eam tamen

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

datam in fide parentum pueri saluati poterant.

Quid sacramentum vel sit vel prosit, abunde
Enodat quarti sectio prima libri.

D.2.Summa. De sacramẽtis nouæ legis.Tho.3.p. q.62.ar.5.Sc. Ant.And.q.1 Ric.d. 1.q.3. ar.4.

Septem sunt nouæ legis sacramenta:baptismus.ſ cõfirmatio ,eucharistia,pęnitentia,vnctio extrema, ordo,& coniugium. Quorum quidem alia remedium.contra peccatum præbent , & gratiam conferunt adiutricem,vt baptismus: alia verò in remediũ tantùm sunt, vt coniugium: alia verò gratia & virtute nos fulciũt,vt ordo & eucharistia . Quæ ideo post Christi aduentum instituta sunt , quia ex ipsius passione efficaciã sortita sunt. Coniugium tamen etiam olim ante peccatum institutũ est, in sacramentum.ſ.& officium:post peccatũ verò,etiam in carnalis concupiscentiæ ordinatur remedium. De baptismo autem sacramentali notandũ q̃ ad ipsum baptismus Ioannis erat præparatorius: ille enim in aqua tantùm lauabat, non autem peccata relaxabat, ficq́e ad Christi baptismũ homines disponebat.Baptizabat autẽ Ioannes in nomine venturi.ſ.Christi. An verò baptismo illo baptizati,rebaptizandi essent,necne ? Magister de eis qui in ipso spem non ponebãt, perfectam de diuinis personis fidem habentes,negatiuè respondet,quamuis de alijs concedat.Sed in hoc ipse Magister non tenetur. Nam baptismo Christi baptizari oportebat)secundũ alios doctores) omnes indifferẽter,etiã baptizatos Ioannis baptismate,qui.ſ.baptizabat in nomine uenturi. E F

Enumerat septem præsentia dona salutis
Sacramenta nouæ legis amator homo.

D.3. De baptismo Christi vide Ant. And. vsq; ad 4.d.

Baptismus est ablutio corporis exterior , facta in aqua 'sub certa verborum forma prę̃scripta.Nam accedente verbo ad elementum, fit sacramentum : ficq; in verbo & elemento baptismus consistit, quæ.ſ.sunt de eius substantia.Cætera verò ad ipsius decorem & solennitatem instituta sunt,quę si etiam omittantur,non est minus verum & sanctum sacramentũ. Quòd verò apostoli in nomine Christi baptizasse in Actibus leguntur,dispẽsatiuè fiebat ad tempus ad diuulgationem nominis Christi,in quo & tota trinitas intelligitur.ſ. pater vnguens , & filius vnctus & Spiritus.S. per quem vnctus est. Quamuis autẽ & in nomine vnius personæ,aliæ intelligantur, quapropter præsertim & in mortis articulo vna persona tãtùm expressa,quis baptizari posset, habita intentione baptizandi :tutius tamẽ est,omnibus expresis. Inuocando autem trinitatem, non debet dici in nominibus, nam tunc sacramenti forma mutaretur: sed in nomine,quia tota trinitas simul ibi operatur, quæ & in Christi baptismo apparuit,quãdo.ſ.Christus tactu mundissimæ carnis suæ vim regeneratiuã aquis contulit, vbi & ipsum instituit . Sub prædicta etiã forma apostolos ante pasionem Christi baptizasse intelligi potest, G H

quamuis

quãuis scriptum nõ sit.Est autẽ huius sacramẽti materia, aqua pura, in quali & Christus baptizatus est, de qua & Nicodemũ instruxit, quæ & ex ipsius latere in cruce profluxit.Et hoc conuenienter propter elementi cõmunitatem,& locutionis significationẽ. Potest autem baptizandus ter vel aspergi secundum morem patriæ,licet primum melius sit,Christi significans mortem & sepulturam,in qua & legalia terminata sunt. Causa verò institutionis baptismi,est hominis à peccato (quo infectus fuit) innouatio,quã baptismus habet ex dominica pasione.Quę quidẽ innouatio est res illius sacramenti. A

Peccati maculas pura detergit in vnda
Baptismus membris integer ipse suis.

D. 4. De suscipientibus sacrm̃ baptismi.Sco. Ant. An.à q.1.usq; ad 8. Niisa. tract. 6. p. 3. q.4.

Inter eos qui baptizantur,quidam simul accipiunt rem & sacramentum, vt adulti dispositi,& paruuli ritè baptizati. Quidam autẽ sacramentum tantùm,& non rem, vt adulti,qui ficti & sine fide, & sine contritione accedunt. Consequuntur etiam quidã rem baptismi sine sacramento , vt hi qui sanguinem pro Christo in charitate fundunt,nec sacramentum habere possunt: aut cõtriti non potentes habere,decedũt. Quod autẽ Apostolus dicit,Quotquot in Christo baptizati estis,Christũ induistis,loquitur de ritè dispositis , quo etiam Augustini inquisitio reduci debet. Porrò auctoritates quæ dicere videntur,quod sine aqua baptismi salus constare nõ possit , de contemnentibus sacramẽtum accipiuntur.Neque hęc tantũ in fundentibus sanguinem vera sunt, sed & in aliis fidem & charitatem habentibus. In paruulis autem quibus aliena fides oportet suffragetur, secus est. Hinc nisi in aqua baptizentur, pereunt. Quòd si quis ante baptismũ modo prætacto gratiã, & sic peccati deletionem assecutus sit,non est per hoc baptismus frustra . Nã obligationem ad pœnam aufert,& gratiam adauget,fomitẽ quoque restringit , & in numerum fideliũ expresse ponit:immò nec sine baptismi voto gratiam quis assequeretur . Manent autem post baptismũ pęnalitates: tum,vt vitam futurã vbi hę penitus cessant,studiosius inquiramus, tum etiam vt virtutis exercendæ materiã habeamus. Patet ex his, rem sacramenti.ſ.gratiam,idipsum quãdoque prę̃cedere, quod nec inconueniens reputatur,cùm & quandoque longè pòst sequatur,vt patet in fictè accedẽte,postea pęnitente. Quanquam autem paruuli vsum arbitrij nondũ habeãt gratiã tamen in baptismo habitualẽ accipiunt: qua & vti poterunt adulti, nisi peccando eã extinguant. B C D

Rem pius interdum, fluuio baptismatis absque,
Martyr purpureo sanguine lotus habet.

D.5.De ministro baptismi. vide An. And. q. 1. & 2.Niisa.trac. 6. p.3.q.11.

Aequè verus & sanctus baptismus à bonis datur & à malis ministris,nec plus à bono,nec minus à malo. Neque enim hominis munus est baptismus, sed Dei , qui principaliter baptizat . Vnde nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

Petri, nec Pauli baptismus dicitur, sed Christi: qui sibi baptizandi potestatē retinuit, ministerio aliis collato. De eis verò qui baptismū recipiunt, dicendum q̄ hęreticus vel schismaticus quāuis baptismū recipiat, non tamen virtutem eius potest participare. Quòd si eccle fiæ se coniungat, non quidē reiterandus est baptismus, sed ipse in vnitate catholica effectum ipsius consequetur. Addit etiā Magister q̄ Christus auctoritatem siue potestatem baptizandi homini communicare potuit, si voluisset, sicut & potestatem creandi. Sed in his Magister à doctoribus communiter non tenetur. E

Quòd nihil interſit, baptizet iniquus an æquus,
Fidus an infidus, maſculus an mulier.
Dum niſi verborum ſeruetur iuſta ſtatorum
Formula, dumque obſtans nil aliunde fiet.

D. 6. De vſu & ſolemnitate hui⁹ ſacramenti. vide Ant. And. à q. 1. vſq; ad 12. q.

Extra necessitatis casum baptizare non conuenit nisi sacerdotibus. In necessitate autem permittitur etiā laicis & mulieribus. Qui si etiam extra necessitatem ad baptizandum se intromittant, seruatis alijs seruandis, verus baptismus est, nec iterandus, licet peccet sic baptizans, sicut nec rebaptizari debent, ab hęreticis secundum formam ecclesiæ baptizati, sed sunt reconciliandi. Quod autē Cyprianus in oppositum dixit, ex ignorantia processit, quæ per martyrium ipso expiata est. Neque est nisi vnus baptismus, qui trina fit immersione propter mysterium trinitatis. In vteris autem maternis etiam si mater baptizetur, puerum baptizari non contingit. Oportet enim hominem prius nasci quàm renasci. nec valet obiectio de sanctificatis in vtero: quia hoc per priuilegium factum est, vbi & an vsus rationis acceleratus sit, in dubio relinquitur. Neque etiā baptismum impedit in cōgrua baptizantis locutio ex ignorantia prouenies. Quia si quis ignoraret baptizatus, sub cōditione baptizari debet: nec reputandus est tunc baptismus iteratus, cùm nesciatur datus. Si quis autē solo ioco tingatur, etiam prolata forma, baptismus non est secundum sapientes, cùm intentio sit necessaria. Quòd si paruulus spe cōmodi offeratur, nihilominus baptismū recipit. Potest autem baptismus dari omni tempore, licet cōuenientius in sabbato Paschæ & Pentecostes. Et quidem si adulti sint baptizandi, pro se respondeant: si verò paruuli, alij respondent pro eis, at paruuli illa responsione tenentur cùm adoleuerint. Ea autem quæ sunt pro baptismatis solemnitate, etiam si omittatur baptismum non impediunt. F G H

Forma ſolœciſmo turpi lacerata iuuabit,
Integra verborum dummodo ſenſa manent.

D. 7. De ſacrāmēto cōfirmationis.

Confirmationis sacramentum quod institutum est ad fidei firmitatem & gratię profectum, ab episcopis & his solis conferendū est,

& hoc

& hoc sub forma determinata. s. Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine patris & filij & Spiritus Sancti. In quo quidem sacramento donatur Spiritus Sanctus, ad roborandum eos qui baptizati sunt, qui & datus est in baptismo ad peccati remissionem. Quamuis autem presbyteri confirmasse legantur, hoc tamen fuit temporaliter actum ex speciali cōcessione, nec iam vltrà fieri debet. Videtur autem hoc sacramentum baptismo maius, vtpote à digniore & in potiori corporis parte, scilicet, in fronte datum, quòd & fortè maius præstat virtutum augmentum, quamuis baptismus plus valeat ad peccati remissionem. Debet autem accipi à ieiunis, si non obstet necessitas. Nec iterari debet, sicut nec baptismus, nec ordo. A

vide Ant. An. q. 1. 2. 3. & 4. Niisa. tract. 6 p. 3. q. 4.

Mirificum robur tibi confirmatio præstat.
Intrepidè Christi quo fateare fidem.

Dominici corporis & sanguinis sacramentum, quod eucharistia (hoc est, bona gratia) vocatur, per quod spiritualiter reficimur, in quo & nedum gratię & virtutis confertur augmentum, sed & sumitur ille, qui fons & origo gratiarū. Hoc, inquam, in lege veteri figuram habuit manna, quod in deserto patribus Deus pluit, post transitum maris rubri, per quem baptismus est figuratus, quem tamen eucharistia instituta à Christo in vltima cœna post esum agni paschalis, qñ Christus præsentiam sui corporalē visibilem discipulis erat subtracturus, vt sic memoriæ discipulorum arctius infigeretur, quo & veteris legis sacramenta terminabātur. Et hoc sub certa verborum forma, ad quam fiat conuersio panis & vini in substantiam corporis & sanguinis sui. Cætera verò quæ missa dicuntur, ad laudes Dei pertinent & orationes. Etsi autē post cœnā institutū sit hoc sacramentū, vt tamen à ieiunis sumatur, ob sui reuerentiā rationabiliter ab ecclesia est ordinatum. In quo quidem sacramento tria est considerare. s. sacramentum tantùm, quod est species panis & vini: sacramentum & rem, quod est corpus Christi verum: & rem tantùm, quod est mysticum corpus eiusdem domini IESV Christi. B C

D. 8. De sacrāmēto Eucharistię. And. trib⁹. q. Niisa. trac. 6. p. 3. q. 1.

Contulit hinc abiens præcepta ſalubria Chriſtus,
Corporis inſtituens myſtica ſacra ſui.

Duplex est huius sacramenti manducādi modus, sacramentaliter. s. & spiritualiter, duplici rei ipsius correspondens, scilicet corpori ipsius mystico & vero, de quibus distinctione præcedenti. Sumitur nanque corpus domini in hoc sacramento verè & realiter à bonis & malis: sed à malis sacramentaliter tantùm, à bonis sacramentaliter simul & spiritualiter: quorum primus consistit in susceptione ipsius sub visibili sacramento, alter verò in vnione ad ipsum sub sacramento contentum. Secundum quos manducandi D

D. 9. De Eucharistiæ sacramento quoad suscipientes. Sco. Ant. And. q. 1 Niisa. tract. 6 p. 3. q. 12.

modos

Universidad de Deusto
Biblioteca

modos distinguenda sunt quædam doctorũ verba, qui alio qui ambiguè loqui videntur & contrarie.

Corpus idem cunctos atque sibi sumere Christi,
Nanciscí fructus haud tamen inde pares.

D.10. De sacramẽto Eucharistię quãtum ad veritatẽ. Bona. q. 4. ar. 2. Sco. Ant. And. q. Niisa. trac. 6. p. 3. q. 2.

Insana est & execranda hæresis, qua quidam iuxta sui obtusitatem in sacramento altaris dicunt verum Christi corpus realiter non contineri, sed tantum representatiuè, frustra innitentes ei quod dominus dicit: Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Et pauperes semper habebitis, me autem nõ semper habebitis &c. Quorum primò dicit corpus suum non discerptũ per partes comedendum, altero autem non visibiliter sumendum. Hi autem nõ aduertunt alia, quæ dominus de huius veritate sacramenti dicit: Caro mea verè est cibus: &, hoc est corpus meũ, &c. Verè igitur & realiter corpus eius verum in sacramento continetur, inuisibiliter tamẽ & sub speciebus, panis & vini occultatum. Et qui auctor est muneris ipse est testis veritatis. Quod multis exemplis & auctoritatibus in textu ostenditur. E

Sub specie panis sanctissima membra teguntur,
Et mutata sacro vina cruore madent.

D. 11. Conuersio quę fit in hoc sacramẽto, nõ est formalis, sed substantialis. May. q. 14. Niisa. tra. 6. p. 3. q. 4.

Conuersio panis in corpus Christi, & vini in sanguinem eius, non est formalis remanentibus præexistentibus accidentibus. s. sapore, pondere, figura & colore, sed potius substantialis à quibusdam dicitur seu transubstantiatio, eo quod substantia panis & vini in corpus & sanguinem Christi conuertuntur: nec tamen hoc fit per nouam corporis formationẽ vel præexistentis augmentũ, quia quãtitas manet, nec panis se habet vt materia respectu corporis eius sic quod sub accidentibus sub quibus prius fuit substantia panis, transubstãtiatione facta, est corpus Christi: quod tamen illis accidentibus non afficitur, nec panis annihilatur, sed (vt dictũ est) in corpus Christi cõuertitur. Occultantur autem idem corpus & sanguis sub aliena specie: tum ad vitandum horrorem sumentium, tum irrisionem infidelium, tum etiã ob fidei meritum, quæ. s. est de his quæ non videntur. Sub duplici etiam specie conficitur, vt filium Dei corpus & animã assumpsisse significetur, & vtrunque nobis ipse tueatur. Quod nec vnitatem ipsius tollit, quia sub vtraq; specie totum sumitur. Neque verò de alijs substãtijs quam panis & vini confici debet aut potest. Cui tamen vino aqua misscenda est, ad vnionem populi cũ capite Christo significandũ. Et quidem discipulis Christus mortale & passibile adhuc corpus tradidit. Nos autem tale quale modò est, accipimus, q nec intinctũ in sanguinem, sed siccum populo tradi debet. G H

Mirificum sermo panem demutat in artus,
Audeat vt Christi sumere corpus homo.

Acci-

Accidentia panis & vini in sacramento post consecrationẽ remanentia, non sunt in corpore Christi, quod videlicet eidem nõ est affectum: nec sunt in pane & vino, quę tunc nec extant, sed stant sine subiecto, ex potentia sustentante diuina remanent autem ad mysterij ritum & fidei suffragiũ ac orisgustũ. De fractione autem (falsis refutatis opinionibus) dicendum. q vera est fractio in ipso sacramento non quidẽ in corpore Christi, quod impassibile est, sed in accidẽtibus remanentibus ad significandum diuersum statum corporis ipsius veri. s. in mundo, in sepulchro & in cęlo: atque ad significandũ corporis ipsius mystici partes, quarum aliqua in beatitudine cũ eo regnat, alia in mũdo ambulat, alia autem in sepulchro quiescit. Est autem totus Christus in singulis partibus fractionis, quotiescunque fractio fiat ex eodem fundamento. Denique hoc quod quotidie facit sacerdos, & sacrificium & immolatio propriè dici potest. Est. n. signũ memoriale & figura immolationis pro nobis semel factę. Hinc & quotidie sumitur in charitatis augmentũ & medicinã peccatorũ. A B

D. 12. Accidẽtia sine subiecto existunt in hoc sacramẽto, fractionẽ & partitionẽ suscipientia. Niisa. trac. 6 p. 3. q. 7. Ant. And. q. 1.

Subiecto quod inesse solet, se permanet ipso,
Subiectoque datas glisćit habere vices.

Sacerdos quilibet etiã prauus in moribus, in vnitate ecclesię existens, eucharistiæ sacramentum cõficere potest, malitia sua personali non obstante. Non. n. in merito cõsecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, cuius virtus sub tegumẽto visibilium rerũ salutẽ secretius operatur. At iuxta Magistri sniam hęreticus ab ecclesia præcisus sacerdos, conficere non potest, eo q oblatio illa fit ex persona ecclesiæ, à qua ille diuisus est, &c. Secundũ alios autem cõsecrare potest hęreticus, sicut & errans in fide (quod vltimum & ipse Magister cõcedit) si est sacerdos, seruata forma, & intendens facere quod & alij faciunt seu ecclesia facit. Dicit etiam Magister, à brutis animalibus corpus Christi non sumi, etiam si sumere videantur: sed nec hoc ab alijs tenetur. Hæreticum autem facit praua intentio in intelligentia scripturarũ. Et incurritur hęresis ex verbis inordinatè prolatis. Hinc hæreticus temporari commodi & maximè gloriæ principatusque sui gratia, falsas ac nouas opiniones gignit vel sequitur. C

D. 13. De potestate conficiendi hoc sacramentũ. Niisa. trac. 6. p. 3. q. 11. Ant. And. q. 1. & 2

Schismaticos placuit non consecrare Magistro
Hæresis & captos quos malè suada tenet.

Pęnitentia de qua nunc agendũ est, necessaria est hominibus per peccatum à Deo longè separatis. Est enim secunda tabula post naufragium, sicut baptismus prima. Nam post baptismũ lapsi per pęnitentiam reparari possunt. At baptismus est sacramentum tantum, pęnitentia autem est & virtus. s. ea quæ est interius. A pęnitentia autem & Christus & Ioannes præcursor ipsius prædicationem incęperunt, quę à puniendo dicta, a timore initiatur. Est igitur pęnitentia, D

D. 14. De pęnitẽtia secũda peccatũ tabula. tract. 6. p. 3. q. 1. Ant. And. q. 1

præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

præterita mala plangere, & plangēda iterum non cōmittere, quod cum similibus accipiendū est in proposito plangētis. Vnde erroneū est, quod quidam dixerunt veram pœnitentiam non fuisse, vbi plangentem contingit iterum peccare. Veruntamen per peccatū sequēs pœnitentia prior & alia bona mortificantur, attamen si peccator iterum resurgat per pœnitentiam, opera in charitate facta reuiuiscunt, quamuis non ea quæ in peccato facta: nunquam enim viua fuerūt, per quæ & sanus habetur intellectus eius, quod Augustinus dicit, inanem esse pœnitentiam quam sequens culpa coinquinat. Similiter & id quod de relapsis dicit, non eos veniā consequi, &c. Quòd etiam dicit, Pœnitentē dolore gaudere debere, de perfectorū intelligitur pœnitentia. Quòd verò Ambrosius ait pœnitentiā non reiterandam, de solenni pœnitentia accipitur. Hinc conclusiuè tenēdum, pœnitentiā toties reiterandam esse, quoties quis peccat. Nec contra est auctoritas Apostoli, cui erronei quidam innitebantur, si rectè intelligatur, vt patet intuenti.

Quisquis pœniteat, quem iactat criminis vnda
Cōprendet tabulam, qua natet ipse, leuem.

D. 15. Pluribus irretitus peccatis nō pōt pœnitentiam tm̄ de vno habere. Tho. 4. q. 3. art. 1. Ric. q. 5. Niisa. q. 5. de pœni.

A veritate longè deficiunt, qui putant vnum mortale sine altero dimitti, seu de vno sine altero pœnitētiam agi posse. Quòd autē scriptura dicit Deum non punire bis in idipsum intelligendum est de his, qui ex flagellis (quæ quidē quintuplici causa infliguntur) emendationem accipiunt. Sicut & accipiendum est, quod Hieronymus adducit aliquos tēporaliter punitos ne in ęternum punirētur. Nam extra textum sciendum, q̄ in non pœnitentibus etiam leuia ęternaliter saltem per accidens puniuntur, quia s. cū eis simul & mortalibus decedunt. Quòd etiā dicitur, ciuitatem cōplui in vna parte & nō in alia, non est in contrarium, quia nō quo ad criminis veniam, sed alicuius peccati desertionem q̄nque hoc contingit. Sed & illud Ambrosij, Si fides desit, pœna satisfacit, intelligitur de peccato ignorato. Nam fides hic stat pro sciētia. Vnde de vno peccato mortali sine alio satisfactio fieri nō potest. Est. n. satisfacere, peccati causa excidere, & earū suggestionibus aditū non prębere: quod non facit, qui vel in vno remanet mortali. Hinc nec blandiri sibi debent de eleemosynis, qui non de omnibus pœnitent, eo q̄ dicat dominus, Date eleemosynam, & ecce oīa munda sunt vobis. Eleemosynam. n. seu misericordiā oportet sibi ipsi homo primū impendat. s. de peccatis pœnitendo. Bona autē in statu peccati facta, non remuneratione glorię, sed tēporali aliquo cōpensat Deus. Sed nec bona in charitate facta, per peccatū mortificata nisi per pœnitentiā reuiuiscunt. Igitur vnū peccatū mortale sine altero non dimittitur, sicut nec Christus, hominē nisi totū aliquādo sanauit: aliàs Deus inimico, & ei qui nō

habet

habet timorem, veniam daret: nec plenam, sed dimidiam, quod inconueniens esse patet. Denique & ad verā pœnitentiam, malè ablatorum restitutionem fieri necessarium est, dummodo facultas adsit.

Nec sceleri credis, alio sine, parcier vnis,
Nec de hoc absque illo pœnituisse velis.

D. 16. Pœnitētia integrat contritione, cōfessione, & satisfactione. Niisa q. 8 d pœni. May. d. 15. q. 4. Ric. Ant. And. q. 1

Tres ponuntur partes perfectæ pœnitentiæ. s. cordis cōtritio, oris cōfessio, & operis satisfactio, nam & corde, & ore & operis cōsuetudine spiritualiter morimur. In cuius etiam signū tres mortuos dominus suscitauit, vnū in domo, aliū extra portam, tertium iam fœtidū in sepulchro. Est autē pœnitenti necessaria discretio, vt. s. consideret qualitatē criminis, tempus & locum, personam, & sic de alijs circunstantijs, quæ ipsum variare & in aliud genus trahere possunt: quantumq́; in eo perseuerauerit, & de omnibus doleat, nec confessionem diuidat, paratusq́; sit sacerdoti obedire, & tunc tandem ad cōmunionem eucharistiæ accedat. Caueat autē ea quæ veræ pœnitentiæ sunt impeditiua, qualia sunt ludi & spectacula & negotia vel officia, in quibus sine peccato permanere non potest. In quibus tñ existentes, aliqua bona opera facere commonēdi sunt, vt sic eos Deus ad pœnitentiam illustret. Est autem pœnitentia triplex. Quędam. n. peragitur ante baptismū ab adultis, quos veterem hominē exuere oportet, priusquam nouum induant. Alia post baptismum pro mortalibus, & alia pro venialibus: quę etsi leuia videantur, multiplicata tamen grauant & opprimunt. Quod tamen opprimere intelligendū est, non inquantum venialia manent, sed inquantum interueniret cō temptus vel alia mortalis circunstantia.

Cor dolet os loquitur, pœnas opus irrogat æqua,
Cura salutaris crimina quando lauat.

D. 17. Peccata remittuntur contrito cum sola cōfessione & satisfactione sacramentali in voto. Ant And. q. 1 Niisa. q. 10. de pœni.

Sine cōfessione oretenus facta, dum tamen nō adsit cōfessionis cōtemptus, sed ea in voto habeatur, & sine operis exteriōris pœna peccata deleri possunt per interiorē cordis cōtritionem. Per quod quidem cōtrariæ opiniones ad sanum intellectum reducuntur, & auctoritates quas adducūt, rectè intelliguntur. Oportet autem vt hoc ad effectū perducatur tempore opportuno. Nec soli Deo cōfiteri sufficit, dummodo copia sacerdotis haberi possit qui pœnitentiā imponat. Nam satisfactionis modus & peccatoris reconciliatio, ad ministros Ecclesiæ pertinent, quę sine cōfessione fieri no possunt. Sed & erubescentia in cōfessione est magna pars deletionis pœnę debitæ pro peccatis. Vnde & leprosis dictum est, q̄ ostenderent se sacerdotibus, vnde & expedit, idem peccatū pluribus cōfiteri. Quærat autem confitens sacerdotem scientem soluere & ligare. Quòd si sacerdos defuerit, socio interim confiteatur, hoc tamen non est necessarium, cùm auctoritatem absoluendi ille non habeat. Quòd autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Petrum legitur fleuisse, non tamen legitur eum peccatū confessum esse, prædictis non obstat. Non enim omnia facta scriptis mandata sunt, Similiter & alia quę in oppositum facere videbantur, in textu dissoluuntur. Igitur necessaria est oris cōfessio pars pœnitentię: tum propter peccatoris erubescentiam, tum ob sacerdotis iudicium, tum ad futurorum cautelam & humilitatem.

Tandem syncerum cordis liquet esse dolorem,
Si quis propositum vt confiteatur habet.

D. 18. Quibus dantur claues, ad effectus pares dantur. Nuq. 21. de pœn.

Claues, quibus regnū cęlorū indignis clauditur, & dignis aperitur, nō corporales sunt, sed spirituales, discernēdi videlicet sciētia & potestas iudicandi, à qua. s. ecclesiasticus iudex dignos habet recipere, & indignos excludere à regno Dei, id est, ecclesia & sacramentorum perceptione. Vnde & hoc non hæreticis præcisis, sed ecclesiæ ministris cōpetit. Clauiū igitur vsus cōsistit in discernēdo ligandos & soluendo, & illa exequendo. Quāuis autem magis probabiliter solus Deus dicitur animā à peccato suscitare, & pœnā relaxare, & animam à macula purgare, quia solus charitatem infundit qua hæc fiunt: tū & sacerdos dicitur peccatū dimittere, & peccatorē soluere: quia hęc facta vel nō facta ostendit & manifestat. Etsi. n. apud Deū aliquis solutus est, non tū in facie ecclesię talis habetur, nisi per sacerdotis iudiciū. Ligare etiā sacerdos dicitur, dum pœnitētię satisfactionē imponit. Soluere autē dicitur aliquid de eadē remittendo, & cōmunionem decernendo. Item & ligare dicitur, cōtumacem excōmunicando, & soluere pœnitentē recōciliando. Per quam excōmunicationē gratia & Dei protectio homini subtrahitur & excōmunicatus sibi ipsi relinquitur, & diabolo potestas in ipsum datur, nec orationes ecclesiæ prodesse ipsi putantur. Sunt autē hęc omnia intelligenda, dum adsit discretio, & claue nō errante. Macula autē de qua dictū est suprà, est dissimilitudo & elongatio. Tenebrę autē interiores stāt in gratię ablatione & naturaliū debilitate, ǁquę fiūt per peccatū, à quibus omnibus homo per pœnitentiā purgatur. In qua sacerdos vices habet medici, cuius est viuentes quidem curare, nō autem mortuos suscitare. Hoc. n. Dei est per gratiam ipsius facere.

Donat presbytero binas ecclesia claues,
Vt bene discernat, iudicet vtque bene.

D. 19. Bonus sacerdotes habēt claué iurisdictiōis, licet nō sciētię. Ant. And. q. 1.

Solis quidē sacerdotibus per ministeriū episcopi in promotione sua dantur claues: simul. n. cum ordine sacerdotij, & claues recipiuntur. Magistro tū de claue scientiæ seu discretionis videtur, q̄ non omnes eam recipiant. Sed hoc ab alijs non tenetur, nisi limitatum. s. ad dignā receptionem eiusdem clauis, quę. s. est auctoritas discernēdi. Nam & illa stare sine actuali cognitione. Sed & qui scientiā habent, dictam tū discernēdi auctoritatem nō habent nisi ordinati, ergo nec scientiæ clauem. Igitur claues illas ligandi & soluendi sacerdotes omnes, dum ordinātur, accipiunt: sed soli boni eas dignè habent, & eis dignè vtuntur. Tametsi autē sancti viri, non sacerdotes benedicere alijs possint, nō tñ ea benedictione quæ est sacerdotum: quam & quāuis omnes habeant, soli tū boni habere dicuntur, quia hi soli rectè ea vtuntur. Neque tū mala quorundam sacerdotū vita bonos lędit, dummodo in bona ipsorum doctrina ipsis obsequūtur. Quod autem propheta dicit cōtra sacerdotes malos, viuificare. s. eos qui nō viuunt, & cętera intelligitur de præcisis ab ecclesia. Quod etiā dominus per Malach. dicit, Maledicā benedictionibus vestris, quo ad ipsam sacerdotū maledictionē, seu quo ad eos, quos adulando seducunt, intelligi debere dicit Gregorius. Sacerdos igitur alios soluere volēs & ligare, iustus esse debet invita, & discretus in sciētia.

Sacrificij ijsdem omnes donantur clauibus, etsi
Sola ipsarum vsum dictio iuris habet.

D. 20. Pœnitentię tēpus vsq; ad vltimum vitę spiriū durat. Sco. Ric. And. And. q. 1. Niisa. q. 13. de pœn.

Pœnitentię tempus quidē conceditur peccatori vsq; ad extremū præsentis vitæ terminū, sed est periculosum vsq; adeo eandem differre, pro eo q̄ non ex timore seruili, sed amore fieri debet ipsa pœnitentia. Hinc & Aug. serā in tantum difficultate videtur pœnitentiā. Difficile. n. est in vltimo statu verè pœnitere propter multa impedimenta tunc occurrētia, mundum. s. filios & vxorē, & mortis dolorem & similia. Possibile tū est, & tunc hominē veraciter pœnitere: sed absq; cōdigna satisfactione hinc discedens, acerbissimā purgatorij pœnā se passurū, certū habeat, nisi ob vehemētiorem cōtritionem in hac vita ea remittatur. Deniq; & alij qui etiā maturè pœnitentes, satisfactionē in hac vita nō expleuerint, in purgatorio persoluant. Vnde per eleemosynas & amicorū orationes pœnitētię eorum pondus est releuandum. Neq; morientibus pœnitētia imponēda est, sed innotescēda duntaxat, quā peragant, si cōualescant. Neq; alicui morienti reconciliationē petenti ea denegāda est, quam etiā si tunc petere nō possit, & prius eā appetierit, sufficit. Hinc & à publico crimine sacerdos simplex in casu mortis, episcopo absente soluere potest: quod tamen aliàs eo inconsulto, facere non debet sicut nec virgines consecrare. Denique si moriens sacerdotem petat, nec habere possit, oblatio ipsius non venit respuenda.

In seros dilata dies, confessio prodest,
Vltima rarò tamen, corrigit hora scelus.

D. 21. De remissiōe peccatorū post mortē. Tho. 2 2. de peccato veniali. q. 9. Sco. & in

Quædam peccata, venialia. s. etiā post hanc vitam quibusdam remittuntur, his. s. qui in hac vita, vt sibi remitterentur, meruerunt: in gratia videlicet decedentes, & in hac vita lignū, fœnum aut stipulā super fundamento fidei (secundū Apostolū) ędificātes: hęc temporalia plus iusto, citra tū auersionē à Deo diligētes. Nam hi qui aurū

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idi. 3. p q. 19. ar. 1. q. 2. Nisa. d pęn. q. 14.

& argentũ aut lapides pretiosos. s. charitatẽ Dei & proximi ac pia opera ędificant, etiã ab hoc igne erũt immunes, intelligẽdo de perfectis in dicta dilectione. Qui quidẽ ignis & si trãsitorius sit, grauis vis tñ est plurimum. In præsenti. n. exhibetur misericordia, in futuro verò iustitia exercebitur. Debent autẽ in cõfessione omnia detegi, & singula mortalia, quorũ aliquis habet memoriã, prius. s. legitimè non cõfessorum: alia autẽ in generali sufficit dicere, sicut & ipsa venialia, quę & vtraq; per cõfessionẽ generalẽ remittuntur. Cauendũ est etiã cõfitenti, q; sicut nullũ mortale debet sciẽter retinere, sic nec cõfiteri quod nõ fecit. Neque. n. mentiendũ est in cõfessione veritatis. Sacerdos quoque omnino caueat, ne cõfitentiũ vllo modo peccata prodat, nec subditi propriũ sacerdotem cõfitendo dimittant. Nec sacerdos alienum ad confessionẽ accipiat. In casu tamen ignorantię proprij sacerdotis, alium quandoque requirere licet.

Criminis horrendi si quos obliuio cepit,
Iurgantur, tristi dummodo mente dolent.

D. 22. De remissiõe peccatorũ ante mortẽ. Nisa. de pœnitẽtia. q. 15. Ric. Duran. Ant. An. q. 1.

Per recidiuũ in peccatũ per pœnitentiã remissum, peccata priora redire dicuntur. Quod quidẽ quomodo vel quousq; fiat auctores diuersimodè seu sub duplici modo loquuntur, dicentibus quibusdam ea ipsa redire, nec tñ ea per hoc bis puniri, vt apparet, cùm peccator pro eis nõ cõdignè pœnituisse videatur, & ingratus quoque existit recidiuando. Alijs verò dicẽtibus q; redeant, quãtum ad pœnã, per modũ circunstantiæ aggrauãtis peccata iterũ cõmissa. Quod quãuis Magister sub dubio relinquat, recentioribus tñ vltimũ hoc magis placet. Est autẽ in actione pœnitentię (secundũ quosdam) sacramentum id quod fit exterius: res verò ipsius, est contritio pœnitentis. Secundum alios verò id quod fit exterius, est sacramentũ tantùm: cõtritio verò interior est res & sacramentum: remissio verò peccatorum, est res eius tantùm.

Hoc peccatori cruciatus acerbior instat,
Crimina quo nouit plura remissa sibi.

D. 23. De sacramẽto extremę vnctionis. Tho. 4. sen. q. 1. ar. 1. May. Ric. An. And. Nisa. q. 1.

Vnctio extrema sacramentum est exeuntium de hac vita institutum ad peccatorum remissionẽ & corporalis alleuiationẽ infirmitatis, fitq; oleo per Episcopum consecrato. Nempe inter tres vnctiones quibus vtitur Ecclesia. S. charismatis & cathecumenorũ, est illa tertia: quæ dicitur oleũ infirmorũ. In quo etiã ipsa exterior vnctio, est sacramentũ tantum: res verò ipsius, est interior peccatorũ remissio & virtutũ ampliatio. Quod ex cõtemptu vel negligẽtia omittere nullus debet, nec etiã reiterare, nisi & morbus redeat: ac per hoc est reiterabile quo ad suscipiencẽ, non tñ quo admateriæ identitatem.

Hinc decessurus, perfunditur vnguine sacro,
Vt valeat superas fortis adire domos.

Ordines

Ordines Ecclesiastici sunt & quos Christus in semetipso exhibuit & Ecclesiæ seruandi reliquit. Quorũ aliqui sunt ostiarij, alij lectores, Exorcistæ, acolythi, subdiaconi, leuitæ, insuper & aliqui presbyteri vide literam. Horum vltimi diaconatus & presbyteratus sunt sacri alij dicuntur non sacri, respectu illorũ. Ordo autem est, sacrũ quoddã signaculũ, per quod specialis potestas traditur ordinato. Hinc & omnibus his nomen ordinis conuenit. Et quia in omnibus sacramentũ significatur, ideo & omnes hoc respectu sacri dicuntur. Sunt insuper & alia nomina dignitatũ, seu officiorũ, quæ non sunt ordinũ, vt Pontificatus & Episcopatus, quæ & vlterius in textu distinguuntur, debent autẽ ordines Ecclesiasticos assecuti, conari vt eorum vita dignitati respondeat, vt sic plebs ex eis proficiat, & ipsis gratanter obtemperet, à quibus sacramenta percipiunt, & missarũ solemnia audiunt. Missa quidem dicitur, vel quia missa est hostia quæ ibi cõmemoratur: vel quia missus cęlestis venit ad consecrandum corpus dominicum.

D. 24. De sacramẽto ordinis. Tho. d. 24. q. 1. art. 3. Bona. q. 4. ar. 2. Nisa. q. 1. May. q. 2.

Officijs sacer ordo suis discrimina sumit,
In se quæ voluit Christus obire prius.

An hęretici ab Ecclesia pręcisi & damnati, possint tradere sacros ordines, diuersæ sunt sententiæ. Alia varijs suffulta auctoritatibus partem tenet negatiuam, alia vero affirmatiuam: quæ & tenetur, si informa Ecclesiæ id tradant, quamuis hoc in sui faciant perniciem. Auctoritates verò tenentium sacramenta ab hęreticis accepta, falsa esse & inania, intelliguntur quo ad effectum gratiæ inde consequẽdum. Qui autẽ pro ordinum collatione aliquid dant vel accipiunt, simoniaci dicuntur, & vtrique veniunt puniendi. Vide doctores. Aetas in ordinandis definita est per Con. Triden. Sess. 23. c. 11.

D. 25. De cõferẽtibus sacramentũ ordinis. Nisa. q. 2. Ant. An. q. 1.

Si datur oblato sacer ordo numismate, dantem
Stringit & emptorem pœna Simonis atrox.

Matrimonij sacramenti perpetuum, indissolubilemq; nexum in paradiso ante peccatum primò institutum est pro officio generandi prolem. Nunc verò est etiam pro cauendi criminis remedio. Quæ & vltima institutio in hoc à prima differt, ac etiam quòd prima fuit necessitatis, illa autẽ genere humano multiplicato est voluntatis. Quarum prima facta est in paradiso, altera verò extra. Quidam autẽ hæretici pernitiosè sentientes, nuptias cõdemnat, cum tamen & Christus sui præsentia nuptias approbauerit, & easdem Apostolus cõmendauerit. Vide Con. Triden. Sess. 24. sub Pio 4. & doctores à d. 26. vsq; ad 42. & Castrũ. aduersus hęreses. verbo. Coitus. ver. Matrimoniũ. & ver. Nuptiæ. Significat autẽ hoc sacramentũ coniunctionem Christi cum Ecclesia. Quòd etiam per animorum con-

D. 26. De sacramẽto cõiugii, Nisa. q. 1. Ant. An. Bona. Tho. q. 2. Ric. q. 3.

sensum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensum absque copula tamen carnali perfectum est, quamuis sic à perfecta deficiat significatione.

Naturæ officio connubia præstita quondam,
Iam sunt & fragilis carnis honesta solus.

D.27.DeMatrimonio p comparationem ad causam efficientem. Niisa. q.2. Ant.And.28. q.1.

Cum matrimoniũ sit viri & mulieris maritalis coniunctio, inter personas legitimas indiuiduam retinens vitæ consuetudinem, ideo coniuges sine consensu mutuo nõ separantur, nec vnus sine altero continentiam vouere potest, sed debitum ei reddere tenetur. Quomodo contrahatur, & quæ differentia sit inter sponsalia & matrimonium: vide supra. E

Præsentis uerbo nubendum temporis, idque
Durat quàm coniux viuit vterque diu,

D.28. De qualitate cõsensus ad matrimoniũ requisiti.

Consensus defuturo etiam iuramento firmatus matrimoniũ non facit, cùm per huiusmodi iuramentũ sit confirmatio nõ de facto sed fiendo. Traditio autẽ parentum ipsius sponsæ, & sacerdotis benedictio, de sacramenti substantia non sunt, sed ad quandam ipsius pertinent solemnitatem & honestatem. Consensus esse debet in continent iugalem societatem, quapropter mulier ex latere viri sumpta scribitur. Vnde & inter fratrem & sororem cohabitantes matrimonium non est, fuit autem inter Virginem & Ioseph. F

Copulat si fuerit verbo contracta futuro,
Nondum coniugij fœdera certa manent.

D. 29. Coactio excludit consensum cõiugalem. Ant.And.q.1

Consensus per coactionem extortus, matrimonium nõ facit: quia nedum in nuptijs sed & in sponsalibus debet esse liber. Ille consentit, qui manifestè & euidenter non contradicit.

Non erit ad sensus peragens connubia, qualem.
Præbet, verberibus sæpe grauatus homo. G

D. 30. Non oẽs error cõsensum matrimonij impedit. Niisa. q.3. Ant.And. q. 2. vbi de Matrimonio Ioseph & Mariæ Virg.

Error personæ, non fortunæ vel qualitatis impedit matrimoniũ Cuius contractionis, Multæ sunt causæ. Aliæ, vt prolis procreatio & fornicationis vitatio, principalis. Aliæ honestæ, vt pax & reconciliatio. Aliæ vt diuitiæ & pulchritudo minus honestæ nec propter hoc, vt quidam volebant, matrimonium impediunt, eò quòd malitia contrahentis sacramentum non maculat. Fuerunt autem & causæ speciales contractus inter Virginem & Ioseph, ex consilio familiari Spiritus Sancti, vt scilicet virgo solatium haberet & sustentamentum, partus autẽ virgineus diabolo celaretur, & Ioseph testis esset castitatis coniugis suæ. Inter quos fuit coniugium perfectum sanctitate, licet non ita significatione, quia sine copula carnali propter vtriusque virginitatis votum. H

Sunt duo, quæ dicant dissoluere fœdera lecti,
Sunt errata duo, quæ temerare negent.

D. 31. Tria sũt bona matrimonij. Ant.And.q.1 Niisa.q.4.

Matrimonij bona esse tria liquet. Nam est fides inuicem seruanda &

da & proles suscipienda ac educanda, & sacramentum de matrimonij societate non dissoluenda, etiã si corporalis disiunctio fiat. Neq; hoc tertium deficit in matrimonio, etiam si prima duo deficere contingat. Coniuges tamen quę prolem nolunt, sed sterilitatem procurant, potius fornicarij iudicandi sunt, & si fœtus tunc animatus fuerat sunt homicidæ. Dicta autẽ bona sic matrimonij actum ordinãt, vt si fiat causa prolis, peccatũ non fit, aut sit non mortale, vt cũ seruata fide thori conueniunt causa incontinentię. Quod autẽ Apostolus dicit hoc esse secundum indulgentiã, accipiendum est de Indulgentia concessionis, si fiat causa prolis, quasi de minus bono, non tamen malo. Si uerò fiat causa incontinentię accipiendũ est de indulgentia permissionis, quasi de minus malo. s. veniali: dummodo intra limites matrimonij fiat, quos limites excedens non excusatur. Nec est contra prædicta quòd concupiscentia semper mala est. Verum est enim de malo pœnæ, & non culpæ. nisi vt dictũ est. Greg. autem ab ingressu Ecclesiæ prohibet post accessum ad vxorẽ eum tantum, qui hoc agit incontinentiæ causa, vel quia raro sit secundum huiusmodi concupiscentia. A B

Quæ tria coniugij bona sint, quibus illud honestum,
Redditur, hocce loco docte Magister agis.

D.32.Coniuges in soluẽdo carnis debito, pares sunt. Ant. And. q.1.

Quamuis in alijs vir mulieri præest sicut caput corpori, in redditione tamen debiti ius est eis æquale, adeo quod etiam si causa prolis mulier debitum poscat vir ei reddere teneatur, & ecõtra, & neuter, etiam ad continendum, sui corporis potestatem habet, nisi de consensu cõmuni. Attamen licet peccatum non sit, debitum reddere, exigere tamen vltra generandi necessitatem, veniale est: mœchari verò, criminale. Quòd si vir vxori consentiat, vt Deo continentiæ votum offerat, si tamen reuocet priusquam mulier impleat, reuocatum est: non autem si iam fuerit impletum. Quamuis autem petenti debitum reddi debeat, sunt tamen dies in quibus hoc ipsum petere non licet, vt in textu. Quòd vero Hieron. aliter dicere videtur, de Ecclesiæ ministris accipiendum est. Tempus in quo nuptiæ celebrari non debent secundum Con. Trid. Sess. 24.c.10. est ab aduentu Domini nostri IESV Christi vsque in diem Epiphaniæ. & à feria 4. Cinerũ vsq; in octauã Paschę, alijs vero anni tẽporibus sic. C D

Debita certa ligant socialis fœdera lecti,
Quæ pariter coniux debet vterque sibi.

D. 33. Vxoré pluralitas fuit aliqñ licita. Ant. And. q.3.

A mundi principio vnus vnam habuit vxorem, quod & obseruatum esset, si primi parentes non cecidissent. Nàm inter filios eorum & filias vnus vm coniungebatur, cum nec aliæ essent mulieres. Lamech verò primus legitur duas habuisse vxores, & quidem reprehensibiliter quia carnaliter. Quia tamen processu temporis omnes

penè

Universidad de Deusto
Biblioteca

pęnè ad Idola declinabant, diuinitus consultum est, patres plures ducere, ne Dei cultus & notitia ex eorum paucitate deficeret. Vnde & maledicta in lege sterilis habebatur. Hinc etiam non impares meriti ęstimatur castitas coniugalis Abrahæ, castitati virginali Ioannis, cum utraque Deo pro tempore militauerit. Nec patres fidem thori per hoc violarunt, quod Deo volente plures habebant vxores: quia suis fidem seruabant. Sub lege etiam de coniugio magis expressum fuit. In noua autem lege fęcunditati virginitas præfertur, & sacerdotibus castitas indicitur, eò quòd per totum mundum fides iam est publicata.

Cura sacræ sobolis, non execranda libido,
Patribus vxores suasit habere duas.

D. 34. Inter legitimas psonas matrimoniũ fieri debet. Niisa. q. 6. Ant. And. q. 1.

Ad matrimonium contrahendum aliquæ personæ sunt omnino sine aliquo impedimento legitimę: aliquę ex toto illegitimæ. vt in sacris constituti: quædam verò medio modo se habent aliter tamen nũc quam olim vt quibus obstat frigiditas vel cognatio. Si quis causa frigiditatis debitũ reddere non potest, si vtrisq; placet, simul manere possunt. si mulier vult esse mater & nunquam conuenerunt, & hoc legitimè probet, contrahere cum alio permittitur, nisi & ipsa sit inhabilis. Quòd si ex maleficio impediatur, pęniteat de peccatis suis, & per exorcismos Ecclesiæ restituatur: per quos si non liberetur, potest alteri nubere, iudicio Ecclesiæ interueniente, vbi si conualuerit, non potest ad priorem redire nisi Ecclesiæ iudicio. furioſi etiam & amentes, vt sic, contrahere non possunt. Sed & ille qui cum sorore vxoris suæ dormit, neutram illarum habere debet & vterque sine spe coniugij remanebit. Neque verò propter infirmitatem corporalem dimittere licet coniugem, sed magis alteri auxilio esse debet in hoc casu.

Qui sint connubijs apti, quæ pacta secundum
Legem vllo aut nullo sint dirimenda die.

D. 35. De diuortio ex adulterio sequuto. Sco. Ant. And. q. 1

Vxorem vir dimittere potest propter adulterium, si ipse simili crimine pollutus non sit. Quod si vterque reus sit, neuter propter hoc alterum potest dimittere. Si verò propter adulterium vnius separati fuerint, neuter alium ducere potest alio adhuc viuente, possunt autem inuicem reconciliari. Si vir adulteram impęnitentem retinere vellet, in crimine sibi participare videretur. Repulsam tamen & pęnitentem recõciliare sibi poterit, nisi sępe recidiuet. Nec potest aliquis ducere eam, quam prius per adulterium polluit, si ipsa machinata sit in mortẽ prioris mariti, & alter alteri, adhuc priore marito viuente, fidem deducendo dederit.

Non mœchæ mœchum, si vult, tamen absque viri spe.
Viuo illo alterius, mittere iura sinunt.

Mulier libera seruum ducere potest, similiter & vir ingenuus ancillam. Quòd si libero de seruitute alterius constitit, fixum erit matrimoniũ: sinautem deceptus est, dimittere potest iunctã sibi personam postquam scire incipit. Potest & esse coniugium inter virũ & mulierem, si ambo seruilis sint conditionis, dummodo voluntas dominorũ vtriusq; accesserit: imo secundum quosdam, domini etiã dissentientibus. At si coniux liber seruum se fecerit præter coniugis suæ consensum, per hoc non separabuntur, nec ipsa serua efficitur. Matrimoniũ etiam contrahi nõ potest, nisi masculus 14. habeat annum, & puella 12, alias separari possunt quamuis ex consensu parẽtum id factum sit. Iuncti verò præcedenter, si post discretionis annos voluerint simul manere, possunt, ante septennium tñ nec sponsalia contrahi possunt, cùm contrahentes saltem intelligere habent quid agatur.

D. 36. De impedimento conditionis. Ant. And. q. 1

Quomodo coniugium impediat seruum esse, quotoque
Cuique anno liceat fœdus inire thori.

In ordine subdiaconatus & supra constitutus coniugium contrahere non potest: & si de facto contrahat, nullum est, & dirimitur. In alijs verò minoribus contrahi permittitur, nisi religionis habitũ sum pserint ordinati vel cõtinentiæ votum emiserint. Inter dicitur etiã coniugium vxorum suarum occisoribus, quæ & pęnitentiam agere compelluntur, aut spirituali gladio feriendi sunt nolentes, non curato de legibus sęcularibus in hac parte.

D. 37. Qualiter facer ordo impediat Matrimoniũ Ant. And. q. 1 Niisa. q. 7.

Occidens proprium mulier uiolenta maritum,
Nullo deinde alij nubere iure potest.

D. 38. De impedimento uoti Ant. And. q. 1.

Votum, quandoque impediens quandoque dirimens matrimonium) est quædam spontaneæ promissionis testificatio, quæ de his quæ Dei sunt, propriè fieri debet. Hinc vota fatua irritanda, nec vota reputanda sunt. Votum est multiplex. s. cõmune & singulare, simplex & solemne. simplex seu priuatũ matrimonium impedit contrahendum. Solemne in facie Ecclesiæ factum, per sacri ordinis susceptionẽ vel professione religionis solemnizatum, dirimit etiã contractum. Nam quod ante licitum fuit post votum fit illicitum. Quòd si tales contrahunt, ab Ecclesię ingressu arcendi sunt, quousque humiliter satisfaciant. Quamuis autẽ adulterium graue sit, grauior tamen est incestus, & peccatũ contra naturam grauissimũ. Mulier etiam quæ maritũ in remotis agentem mortuum putans, alium ducit: eo redeunte, ad ipsum redire debet alio dimisso, nolens autẽ, est excõmunicãda. Qui verò vxore dimissa secedit, & aliam ducit, & post ductus pęnitentia vult secundã dimittere, asserens se alium habere, nec tamen permittitur, Ecclesia. s. non credente, per obediẽtiam quidem & timorem iam incipit excusari, & debitum pęnitus

Universidad de Deusto
Biblioteca

reddere potest mulier illi, quę, s. per ignorantiam excusatur, sed petere non debet. Hęc Magister. Sed quod talis reddere possit debitum etiam penitus non tenetur.

Quid votum, quotuplexue fiet quandoue resistat
Quominus vxorem ducere ritè queas.

D.39. De disparitas cultus impedit. Sco Ant. And. q. 1

Disparitas cultus impedit matrimonium. Nec est cõtra hoc Pau. 1. Cor. 7. quæ. s. de his loquitur, qui dum cõtraxerant, ambo fuerunt infideles vide literam. Potest autem & coniux coniugem propter alias concupiscentias, quæ animam à Deo aberrare faciunt, dimittere. Quia si infidelis sua sponte discedat, aliam ducere fidelis potest, nec sequi eam tenetur, cũ ambo infideles existentes, iuncti fuerint. Si ambo iuncti fuerint fideles, sed vnus infidelis fiat, alter eam dimittere potest: sed aliam, illa viuente ducere non potest. Ratũ est enim coniugium fidelium, nõ autem infidelium quia solui potest, nec habet illud triplex bonum, quod matrimonij actũ à peccato excusat: nec meretur præmium, quia ex fide non est. E

Nulla tenent illos valido connubia nexu,
Quos retinet dispar religionis amor. F

D.40. De impedimento cognationis primò carnalis Ant. And. q. 1. Niisa. q. 8.

Cognatio olim ad septimum vsque gradum habuit matrimoniũ impedire, quod ex doctorum veterum auctoritatibus liquet. Quod autem Greg. genti Anglorũ in 4. & in 5. gradibus contrahere concesserit, ad tempus hoc fieri voluit, cũ nouitij essent in fide. Extra literã tamen notandum, ꝙ modificante Ecclesia hodie vniuersaliter in 5. gradu & supra, inter personas alias legitimas contrahi potest, & truncus incipitur à patre.

Fœdera coniugij prohibens cognatio carnis,
Recta lege quotum durat ad vsque gradum. G

D. 41. De gradibus affinitatis. Aut. And. q. 1.

Affinitas (quæ & ipsa matrimonium impedit) causatur ex coitu naturali, & illicito. Inter consanguineos viri & vxoris: eo quòd vir & vxor eius sunt vna caro. Sic ergo vir & soror vxoris eius sunt in 1. affinitatis gradu: filij vero vxoris in 2. & sic consequenter. Et illa, olim impediebat vsq; ad 7. gradum, hodie verò vsq; ad 4. tantum. Manet autẽ ipsa affinitas, etiã matrimonio transeunte, ita vt impediat cõtractus prohibitos æque sicut prius, eo ꝙ vir & mulier sunt duo in carne vna. Vnde cõtra prædicta coniuctos, Ecclesia separat. Si tamen ignoranter coniuncti fuerunt, filij eorum legitimi reputantur. Notandum autem iuxta hoc, quod licet fornicatio sit omnis coitus extra coniugem, specialiter tamen est meretricum, viduarum & cõcubinarum. Stuprum verò est, virginum defloratio illicita. Adulterium alieni thori violatio. Incęstus, consanguinearum vel affiniũ abusus. Raptus autem, violenta eductio puellæ de domo patris, vt ea corrupta in vxorẽ habeatur, siue ipsi, siue parenti illa fiat violentia, H

tia, quod quidem morte punitur, nisi per confugium ad Ecclesiam raptor euadat.

Quod ius cognatos inhibet connectier una
Legitimè, affines nectit idem minimè.

D.42 De impedimento spiritualis cognationis. Tho. May. Niisa. q. 1. por. 4. Ant. And. q. 1. Bona. q. 2. ar. 1.

Cognatio spiritualis est vinculum contractum ex statuto Ecclesiæ: per susceptionem sacramentorũ: dirimens matrimoniũ iam cõtractum. Ideo sancta Synodus Trid Sess. 24. c. 2. statuit vt vnus tantũ siue vir, siue mulier, iuxta sacrorũ canonũ institutа, vel ad summum vnus, & vna baptizatum de baptismo suscipiãt, inter quos, ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum: baptizatiqúe patrem, ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. A

Non tam sæpe vetat nubentem agnatio carnis,
Mystica quin multo sæpius illud agat.

D.43. Hactenus de sacramentis nouelegis, nunc de finali gloria per ea consequenda. Sco. Tho. May. Ant. And. Bona. q. 1. ar. 1.

Omnium viuorum & mortuorum erit generalis resurrectio, ad Christi tubam, idest, ad aliquod euidens & præclarum signum. media nocte, non quo ad tempus sed quia occultè, quando. s. non putatur & conscientiarum libri aperientur bonis ad gaudium & gratiarum actionem. Quorum etiam peccata per pœnitentiam hic deleta, secundum mentem Magistri alijs non patebunt, sed malorum scelera omnibus erunt manifesta: Credendumqúe est piè, quos tunc Christus viuos inueniet, morituros. Resurgentqúe omnes incorrupti, quia membris integri: non tamen omnes impassibiles, quia hoc fallit in damnatis. B

Mortales omnes, præsentes atque futuros,
Et quos iampridem fœda sepulchra tenent.
Vltima iudicij surgenteis hora videbit,
Laturos factis præmia digna suis. C

D.44. De qualitate resurgẽtiũ. Niisa. q. 4. por. 4. Aut. And. q. 1

In perfecta quidem ætate, scilicet, iuuenili, omnes homines absq; dubio resurgent. At non in eadem statura, sed in ea quilibet, quam vel habuit, vel habuisset, si ad perfectam, non impeditus, peruenisset ætatem. Omnes quoque generaliter resurgent omnibus membris integri, quocumque materia corporum prius fuerit dispersa, ita videlicet, vt tota humani corporis materia toti illi corpori sit reddenda, quemadmodum in statua contrita, & ex eadem materia reputata aduerti potest. Hoc tamen dissimili fiet qualitate in corporibus bonorum & malorum. Nempe bonorum corpora dotanda sunt dotibus gloriæ, malorum verò corpora absque his æternis ignibus tradenda. Quæ etiam an cũ deformitatibus suis surrectura sint, Augustinus sub dubio reliquit, nec curandum putauit, cùm de eorundem certa constet damnatione. De abortiuis quòd resurgant, asserendum est, si vnquam anima vixerint rationali. Quæ & tunc D

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut & monstra, à monstruositate illa sua sunt emendanda.

Quantumcunque senes & quantumcunque tenelli
Quidam obeant, vultus omnibus æquus erit.

D.45. Animę hinc migrantes varia sortiuntur recepta cula. Niisa. por. 1. q. 1. vide oēs. q.

Statim post mortem corporalem, animę pro meritis vel demeritis in locis sibi deputatis præmia sua vel pœnas accipiunt, quæ tamen post iudicij diem augebuntur, corpore, scilicet resumpto. Qui verò puniendi sunt, iuuari poterunt per Ecclesiæ suffragia, hi. s. qui in præsenti vita, vt iuuarentur, meruerunt quilibet pro modo suo. Quamuis autem pompę funerales magis sint ad viuorū solatia, decentem tamen curam defunctis exhibere laudabile est. Quod si pro diuite multa fiant suffragia, pro paupere verò pauca, vel tantū generalia, proderūt quidem cęteris paribus vtrique in hoc pariter, quòd nō prosunt diuiti ad pleniorem liberationem, bene tamen ad celeriorem. Hi autem qui in fine mundi reperientur, per ignem cōflagrationis & sanctorum orationes purgabuntur. Orationes etiam nostras angeli Deo, qui omnia prænouit, offerre dicuntur, quando quid agendum sit percipiunt. Quas quoque sancti cognoscunt, quātum ad eorum pertinet gaudium & nostrum auxilium. E

Viuentum præculas animis prodesse quibusdam
Si tamen hoc ipsum promeruere prius.

D.46. De statu & conditione dānatorū. Tho. q. 1. & 2. Sco Ant. And. q. 1 Niisa. varias q. discutit.

Non obstantibus quibusdam auctoritatibus, si rectè intelligantur, dicendum est quòd circa damnatos est aliqua Dei misericordia in eorum punitione, non tamen sic, quod à peccatis vel damnatione per hoc absoluantur. Cum autem misericordia Dei & ipsius iustitia sint idem, tamen propter diuersam nostram de Deo conceptionem seu effectum Dei, aliqua ipsius opera misericordiæ, aliqua verò iustitiæ attribuuntur. Qui & nunc occultè iudicans. s. purgando, conuertendo uel excęcando, tandē manifestè iudicabit. Cuius quoque iudicia circa res oēs dispositio quandoque vocatur. Quod etiā Psalmista dicit, vniuersas vias domini misericordiā esse & veritatē, intelligi potest pro eo q̄ duplex est aduentus ipsius quorū vnus misericordiā respicit, alter iustitiam. Vel quia eius dono bona facimus, & mala declinamus. Quę etiam misericordia videlicet & iustitia: in omnibus Dei reperiuntur operibus, secundū aliquos quidē secundū essentiam, non autem secundū effectum, secundum alios autem etiā secundum effectum vel signum, & hoc vel occultè vel apertè. F G H

Commiserans iudex, alias æquissimus ipsos,
Damnatos puuit, quàm meruere, minus.

D.47. De Iudicio extremo. Tho. Sc. Ric. Duran. Ant. And q. 1.

An vocaliter vel mentaliter tantū iudicij extremi sententia proferenda sit, non est vsquequaque per scripturas explicatum. Cum Christo tamen perfecti secundum scripturas certo iudicabūt. Quod quidem per sedes duodecim quas ipse dicit, significatur. Erunt autē

in

May. d. 48. q. 1. Niisa. trac. 7. p. 2. q. 1.

in iudicio ordines quatuor. Nam aliqui iudicabuntur & peribunt, vt impij Christiani: alii verò tunc peribunt, sed non iudicabuntur, ut infideles: alij autem iudicabuntur & saluabuntur, decedētes. s. in pœnitentia: alij quoque sine iudicio tunc saluabuntur, vt perfecti in hac vita. Congregabuntur autem iudicandi ad iudicium angelico ministerio, purgatione mundi per conflagrationem ignis iam completa. Et electi quidem in aere, reprobi autem erunt in terra. Sicq; finaliter vltima à iudice proferetur sententia. An verò reprobi post iudicium à dęmonibus puniendi sint, an non diuersimodè loquuntur diuersi, negatiua tamen probabilior videtur. A

Vltima prudenti dabitur sententia Christo,
Quam confirmabit candida turba patrum.

D. 48. Erunt & prēmiorū & supplicio rū differētię Ant. And. q. 1

In forma quidem humana Christus tam bonis quàm malis gloriosus in iudicio apparebit, sed virtute diuinitatis iudicabit, secundū quod & auctoritates quæ Christo iudicium attribuunt, sunt intelligendæ. Neque sine patre & Spiritu Sancto iudicium exercebit. Erit autem lætitiæ iustis illa apparitio, & terrori malis, qui nec vnquam Christi videre poterunt diuinitatem. Virtute etiam diuinitatis ipse suscitabit mortuos, quod pro eo humanitati attribuitur, quia in hac resurrectionem nostrā meruit, & est causa exemplaris ipsius. Cuius quidem iudicij locus erit in valle Iosaphat, & in aere circumcirca. Tunc autem sol & luna à claritate iudicis obscurabūtur & virtutes angelicæ admiratione quadam mouebuntur. Obscurabuntur autē & ante iudicium ad literam, post iudicium verò clarius lucebunt. Et quidem quo ad motum: cessabunt, quo ad esse autem semper manebunt ad Dei gloriam, & vniuersi decorem. B C

Sol & luna suos venienti iudice motus,
Sistent, at neuter desinet esse tamen.

D.49. De beatitudine animę. Niisa. q. 1 Sco. q. 2. Vide Ant. And. p. 15. qōnes.

Exacto iudicio, duæ ciuitates scilicet Christi & diaboli, fines suos habebunt. Illa quidem in gloria cōsummabitur, ista verò in miseria. sic tamen q̄ in illa nō omnes æqualiter gloriam participabunt, sicut nec hi in ista pœnam, sed vtrobique gradus quidam erunt. Quāuis autē omnes homines beatitudinem appetant, non tamen in eodem eam omnes quęrūt. Neque enim est vera beatitudinis ratio, habere id quod delectat, sed habere quod velis & nihil mali velle. Quāuis etiā omnes Deum cognoscant, tamen in modo cognoscendi est gradus seu differentia. Hinc & vnus alio est beatior. Nam & si gaudiū æquale sit omnium, quo ad id in quibus gaudent, non tamen omniū est ęquæ intensum gaudiū & beatitudo. Quę etiā post iudicium in dubiè maior erit, quia maius gaudium atque cognitio maior. D

Iudicio facto, geminas fore credimus vrbes
E quibus hæc Diti cesserit, illa Deo.

In

Universidad de Deusto
Biblioteca

D.50. De statu reproborũ, Vide Ant. and. i 6. quæstionibus.

In damnatis mala quidem voluntas perseuerat, ea tamen non est peccatum. sed magis peccati pœna, eò q̃ sunt extra statum demeriti: sicuti & bonis in gloriam cedet, q̃ voluntatem habent in bono firmatam. In tenebris quoque exterioribus mali fore dicuntur, eò q̃ à visione Dei penitus sunt excluſi, tum ob voluntatis malitiam, tum etiã ex obliuione à grauitate pœnarum causata, hoc tamẽ plus erit post iudicium quàm ante. Etsi autem curam aliquam de suis notis habeant, tamen quę in mundo aguntur, non agnoscunt. Qui & in locis corporalibus ad pœnam detineri possunt, vt de diuite, Christo narrante, apparet, cuius tamen descriptio difficilis est intellectu. Vident autem se mutuo boni & mali vsque ad judicij diem, quamuis per magnum chaos diuisi sunt. Postea verò etsi boni malos visuri sunt, non tamen econtra. Nec ad compassionem boni per hoc mouentur propter perfectam eorum voluntatem. Neque verò per hoc gloria eorum minuitur, sed interim augetur. Ad quam beatorum perennem gloriam perducere nos dignetur in solio sedens excelso, de quo Magister pertractans, à facie ipsius exorsus est & per media procedens, ad pedes vsque eodem duce fœliciter peruenit.

Non poterunt, erit bircus vbi dissectus ab agno,
Vel bene velle mali, uel malè velle boni.

Hæc ferè omnia, quæ ad librorum Magistri collocationem attinent, paucis mutatis & aliquibus annotationibus in quibus doctores conueniunt, atque dissentiunt de meo adiectis fateor me extraxisse ex Epitome Arnoldi Vesalensis viri doctissimi. Quod autem promiseramus de lapidibus atque Illustrium virorum apotegmatibus propter penuriam huiusmodi papyrus & ne vlterius opus differatur vsque in aliud tempus distulimus.

Quæ omnia Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ pedibus vel alicuius eius Catholici filij Iudicio submitto. Nam,

Corripiet me Iustus in misericordia, & increpabit me: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Ps. 140.

TOTIVS OPERIS FINIS.

INDEX VERBA, RES, SENTENTIAS, OMNIA DENIQ. NOTATV DIGNA,

QVAE IN HIS SPARSIM CONTINENTVR Rhetorices Christianæ partibus ordine Alphabetico, exhibens. Quando est in eadem pagina numerus non ponitur sed solum litera.

A

Aaron & Moyses à Põtificibus imitandi. fol. 25.n
Ab auditorum persona ipsis rebus beneuolentia colligitur. 229. q.s.
A bonis corporis laus sumitur. 200.o
Ab optimo quoque discẽdum esse, & quomodo hauriendũ ex omnibus. 25.n
Abundantia sacræ scripturæ. 136.z
Ablutio baptismi cuius sit symbolum. fol. 358.
Abstinentia & continentia quantum iuuẽt memoriam. 91.n
Accidens non in se sed in alio habet esse. fol. 73.h
Accidentia spiritualia qui signanda. 91.p
Acta Apostolorũ quid contineant. 128.m
Adã ĩ perfecta ætate productus est. 326.
Adam plenum triplici cognitione fuisse monstratur. 329.c
Ad confessiones Indorum qua solicitudine religiosi accedunt. 189.t
Adam qualiter naturam humanam vitauerit. 75.s
Adã nõ filius hoĩs sed Dei dicitur. 70.u
Adam est filius Dei per creationem non per generationem. ibid.
Adam si non vsus fuisset ligno vitæ mortuus fuisset. 306.f
Adæ peccatum an fuerit omnium grauissimum. 328.g
Adoratio quotuplex. 343.a
Adoranda est caro Christi non nuda latria fol. 343.a
Ad virtutes vel vitia quomodo trahamur. fol. 215.e
Aenigma quid sit & quomodo fiat. 275.p
Aequales sunt diuinæ personæ. 306.f
Aequalitas & similitudo in diuinis nõ sunt relationes. 310.h
Aequalitas vna Trinitatis quomodo. 311.h
Aeternitas, species & vsus sunt proprietates personarum. ibid.
Aeternitas, Magnitudo, & potestas in Deo sunt unum. 306.f
Affectus quid sit. 238.i
Affectus naturaliter omnibus insunt. 239.i
Affectu quomodo mouendi. 159.
Agnom natio quid sit & quot modis fiat. fol. 255.g. 456.h
Aliqua dicuntur de Deo idque sine sui mutatione. 310.f
Allegoria, & Allegorica expositio quid & quomodo fiat. 275.n. 146.u
Amicitia vera sine pietate non consistit. fol. 132.h
Amoris immensitas in Christo. 7.x
Amplificatio quid, quomodo fiat, & eius contrarium. 262.i.n
Anagogica expositio. 146.u
Angelus ad custodiam cuiuslibet viatoris deputatur. 70.t
Angelica natura nõ est producta ante corporalia. 319.c
Angeli fuerũt creati in cælo Empyreo. ibi.
Angeli inferiores quomodo instruantur à superioribus. 12 p
Angeli cur alati & quam curam de nobis habent. 10.h
Anima simul cum corpore creatur. 327.
Animam hominis Deus de nihilo formauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit.
Animorum motus potius ex instinctu diuino, quàm ex efficacia dicentis est. 237.b
Animus est eger sine studio. 23.z
An semper narrandum. 231.c
Antonomasia quid. 273.
Apes non omnia, sed quæ ad mellificium necessaria libant. 23.g
A persona aduersæ partis sumitur argumentum. 229.
Apocalypsis quid contineat. 128.m
Apostrophe. 259.z
Areæ Indorũ & quid in eis plantet.
Argumentum librorum vtriusque testamenti. 103.m
Argumentum Pauli de Electione Dei gratuita & prædestinatione diuina. 18.b
Argumentum ab auctoritate quomodo sit efficax. 140.r
Arias Montanus laudatur. 51.g
Arithmetica quid sit & eius consideratio. fol. 18.i
Astronomia quid sit. K
Artes sunt tres & quæ sint. 3.x
Artis rhetorices vsus. 3.i
Articulorum fidei notitia oratori Christiano necessaria. 27.t
Artium liberalium numerus. 18.h
Auctenticorum liber quo scitetur. 43.r
Auctoritas Ecclesiæ quantũ conferat. 81.s
Auctores nostri habent, sed non ostentant eloquentiam. 30.i
Aureola datur prædicatoribus. 8.c

B

Baculum Christi quid significet. 7.y
Baptismus est omnium sacramentorũ Ianua. 8.y
Baptismi administratio. 208.z
Baptismus à bono & malo æque datur. fol. 359.d
Baptismi forma. 358.e
Baptismus est triplex. 359.b
Baptismus à solis sacerdotibus, sed in necessitate à laicis.
Beatitudo quid sit & vbi consistat. 376.g
Bene vixisse nemo certo scire pot. 133.K
Benenolentia vnde ducatur. 229.p
Bona sunt, quæ homines bonos constituunt. 243.d
Bonitas consideranda in Christo. 7.x
Bonitas Dei patet in prædicatis. 59.i
Bonitas & terminus ois appetitus.
Bonitas diuina est causa nostri esse.
Bonitas & dispositio causæ.
Bonum est sui ipsius diffusiuum.

C

Charitas quid sit. 63.m. & quamuis toti Trinitati sit communis, Spiritui.S. tamen appropriatur. 303.b
Canon quid sit. 41.i. & quod librorũ veteris testamenti sit duplex. 127.K
Canonizatio sanctorum est Ecclesiæ munus. 184.t
Catachresis quid sit. 274.i
Catechistica doctrina qualiter Indis inculcetur. 221.g
Causarum genera diuersa. 230.x
Christus quare filius hominis dicat. 70.u
Christus corpus & sanguinem suũ in eius rebus cõmendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur. 7.x
Christianæ eloquentiæ veritas. 9.d
Christiani oratoris ornatus. 6.t
Christianus orator quibus rebus comparetur. 6.u
Christiano oratori sæcularis & diuinæ sciẽtiæ tractatio necessaria. 8.a
Cibũ in matellam immittere quid sit. 2.e
Cicero & Demosthenes quales oratores fuerint. 4.m
Clementinæ allegandi modus. 42.p
Codicum inspectio ad quid iuuet. 141.b
Cognitio non facit sapientem sed timor qui afficit. 6.q
Collectio quid sit.
Complexio quid sit.
Cõmunicandi modus apud Indos. 188.q
Communicatio figura quid sit. 260.c
Concluſio quibus partibus ornetur. 236.z
Confessiones Indorum nudæ. 189.u
Confitendi zelus apud Indos. 106.f
Confirmationis diuisio. 235.t
Confutatio quid sit. 236.u
Contentio quid sit. 268.u

Consideranda in suasione vel dissuasione. fol. 194.
Contritio maxima apud Indos. 188.n
Contẽplatio viris perfectis cõuenit. 10.h
Correctio quid. 266.
Cor quõ ad discendum incitetur. 45.b
Cortesij & Religiosorum noui orbis laus. fol. 204.h
Creatura rationalis ad Diuinæ bonitatis & beatitudinis participationẽ creata. 319.

D

Dei consilium in tradenda scriptura sacra quale fuerit. 46.e
Dei uerbum est sapientia & intelligentia nostra. 77.z
Damnatorum pœna iusta. 378.
Deus est principium medium & finis cui omnia subijciuntur. 57.i
Deus est sacræ scripturæ auctor. 142.d
Deus potest res meliores facere quàm fecerit. 316.e
Deus nec fruitur nobis nec proprie vtitur. 300.u
Deus genuit Deum. 301.b
Deus vere habet essentiam & est immutabilis. 302.g
Deus non est dicendus triplex. 306.g
Deus quomodo vbique sit. 313.b
Deus est cõmuniter in omnibus rebus specialius tamen in sanctis. ibi.
Deus ubique existens, non variatur qualicunque loci vel tẽporis mutatione. ibid.
Deus vnica & immutabili sciẽtia scit simul præsentia oĩa, præterita, & futura. 314.e
Deus nil scit de nouo. ibid.
Deus dicitur omnipotẽs, quia omnia quæ vult facit. 315.b
Deus potest alia & plura facere, & quæ facit omittere. 316.d
Deus est quidquid in eo est.
Deum non esse charitatem causaliter siue effectiue. 306.d
Deus non dicitur oĩa quæ vult. 316.f
Deus est vnicum omnium rerum ex tẽpore creationis principium. 318.h
De credendis siue de regulis fidei Catholicæ. 191.y
Decreti diuisio. 41.r. & eius allegandi modus. 42.p
Decretum quid sit. 41.i
Decretales cur sic dictæ. ibid.
Defectio. 256.K
Definitio. 263.p
Deliberatiuum genus quid sit & quid cõtineat. 195.s
Demonstratio. 263.q
Depositum relictum Apostolis, est vera sacræ scripturæ interpretatio. 141.x
De recta hominis Christiani Institutione. fol. 191.a
Dialectica quid sit. 3.f. & cur stateræ assimiletur. 18.i
Dialectica quod emolumentum afferat ad intelligendas scripturas. 15.a
Dicta & facta præclara cognoscenda, & virtute præditorum exempla sequenda. fol. 22.b
Dilectio Dei respectu creaturarum qualiter attendenda. 300.g
Dilectio amici an sit maioris perfectionis quàm inimici.
Discendum prius & post docendũ. 13.s.
Disolutionem corporis sancti desiderauerunt. 133.l
Distinctio excludit confusionem in personis, similiter discretio. 308.e
Diuina essentia maxime simplex. 302.g
Docilitas quid sit. 220.t
Docti à Deo qualiter proficiant. 134.q
Doctores Ecclesiæ quantæ sint auctoritatis. 41.t
Doctrina & auctoritas charitate coniuncta debet esse in oratore. 6.r
Dogma falsum & hæresis quomodo differant. 65.x
Dominis non tantum fidelibus sed & infidelibus quomodo obediendum. 32.s
Dona Spiritus.S. septem.
Donum Spiritus.S. pedibus terit qui fœtidas rabinorum aquas sitit. 141.z
Dubitatio quid sit. 160.c
Dulcedo spiritualis in suo fonte gustatur. fol. 8.z
Duratio quid sit, & eius partitio. 58.o.q

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duratio Angeli & Aeternitas Dei quomodo differant. 58.p

E

Ecclesia sponsa Christi salutarium omnium præceptorum magistra. 19.n
Ecclesia ex Christi promissione deficere non potest. 65.t
Ecclesiæ ministri ministerialiter tribuere possunt Spiritum Sanctum. 304.h
Effictio quid sit. 266.
Egressio quid sit & quot modis fiat. 233.p
Eloquentia sacra exterius incompta appareret, interius mysteriorum sapientia fulget. 44.x
Eloquentia quæ conferat. 2.c
Eloquentia nihil laudabilius. d
Eloquentia philosophorum Reipublicæ ornamentum. ibid.
Eloquētia sine sapientia multum obest. e
Eloquentia quibus rebus cōparetur. 237.c
Eloquentia præcipuè in Paulo desideratur. 28.z
Eloquentiæ præceptis loquūtur etiam qui nunquam didicerunt.
Eloquētiæ summā panci assequūtur.
Eloquentiæ præcipua pars appositè dicere.
Eloquentes qui existimandi sint. 5.p
Ephot quid significet. 27.s
Episcopalis muneris difficultas.
Epitheton quid sit. 273.g
Epitheton & Antonomasiæ qualiter differant. 274.
Epiphonema quid sit. 260.s
Error in rebus naturalibus & si falsa sint dogmata, non hæresis sint dicēda. 65.x
Error in fide non est hæresis quia ab Ecclesia dānatus, sed quia fidei cōtrarius. 65.y
Esse fore & fuisse in Deo & Angelo quomodo differant. 58.p
Essentialia prædicata quæ sint. 57.r
Essentia nō est genus, aut species, aut persona aut individuum.
Essētia nō est materia, ex qua personæ.
Essentia vna deitatis est in personarum Trinitate. 300.y
Essentia diuina multipliciter per creaturas innotuit. 301.z
Essentia nec est genita nec generans. ibi.c
Essentia non genuit filiū nec essentiā. ibi.
Eua formata est posterius homine & cur de latere viri eiusdemque dormientis. fol. 326.h
Eua de illa costa sine additamēto alterius materiæ formata est. 227.h
Euangelistarum testimonijs confortamur. fol. 8.z
Euangelistæ & Apostoli dum citant testimonia, versionem 70. sequuntur. 141.z
Eucharistiæ sacramentum quibus exhibeatur. 189.s
Euæ animam condidit Deus de nihilo & non de anima Adæ. 327.h
Exclamatio quid sit. 258.r
Exempla non temerè prætermittenda. fol. 135.f
Exempla pœnitentum. 234.q
Exemplum vnum diuersè accommodari potest. 133.n
Exercitatio quid sit. 237.d
Exercitia Christiani oratoris. 9.f
Exordij non semper locus. 231.c
Expolitio quid sit & quomodo fiat. 269.s

F

FAcundia multis pestifera est. 4.i
Facta & actiones, Gentilium non sectanda sed consilia eorum æstimanda. fol. 22.c
Festorum celebratio apud Indos. 227.f
Fides spes & charitas in scripturis sanctis quomodo reperiantur. 43.t
Fides quomodo ex alienis fulciatur disciplinis. 23.h
Fides quid sit. 63.m
Fides non innititur euidentiæ naturali, sed diuinæ reuelationi. 64.q
Fila diuersicoloria apud Indos erant veluti literæ. 94.b
Filius nec Spiritus.S. est de nihilo sed de aliquo, non tamen de materia. 302.d
Filius non est Impotens ad generandum. f.
Filij missio non est facta per loci mutationem. 305.h
Filij missio an semel tantū, an sæpe sit. Filius

Filius semper generatur & semper natus est. h
Filius dicitur natus & procedens, Spiritus Sanctus tantum procedens. 305.h
Filius & Spiritus.S. missi sunt. ibid.
Filius missus est sine Spiritu.S. ibid.
Filius missus est à Spiritu Sancto.
Filius Datus Missus est à seipso. 305.
Filius semel tm missus est in mundū.
Filius per formam quam assumpsit, seipso non minor dicitur. 305.b
Finalia prædicata quæ sint. 61.f
Finis sacræ scripturæ ī quo cōsistat. 135.y
Fons vitæ Christus. 8.y
Fortes & sapientes facit verbū Dei. 134.s
Fraterna dilectio non est pater aut filius, sed Spiritus.S. 305.c
Fratres primi, qui in India ad Dei cognitionem Indos Induxerunt, quales fuerunt. 213.s
Fructus absque pecunia comedere quid sit. 24.n
Fructus propter abundantiam in India vili venduntur pretio. 209.e
Frui & vti quid & qtio differant. 300.u

G

GEneratio diuina est ineffabilis. 302.a
Genitor, genitus, verbū & imago sunt proprietates. 309.c
Geometria quid sit & unde ortum habuerit. 18.h
Gestus diuersas formas postulat. 237.e
Gloria est intensa, extensa, æterna, perfecta & integra. 76.u
Gloria mundi cito transit. 6.s
Gradatio quid sit & eius vsus. 266.c
Grammatica Rectæ loquelæ rectæque scripturæ scientia. 3.f
Grāmatica est clauis & mater aliarū scientiarum. 18.h
Gratia quid sit & eius diuisio. 331.h.a
Gratia data est bonis Angelis cooperans. fol. 320.h
Gratia operans & cooperans est vna essentialiter. c.
Græcorum errores. 302.d

H

HEbræi in nouam semper recrudescūt insaniam. 141.t
Hebræorum originalia incorrupta nō permanent. 142.c
Hæresis est dogma falsum fidei orthodoxæ contrarium. 65.u
Hæresis & dogma falsum quomodo differant. f.
Hieronymus fuit peritus in tribus linguis. fol. 138.i
Historica expositio quæ sit. 143.i
Hypallage quæ sit. 255.g
Hyperbole quæ sit. 276.r
Hypostases differunt numero. 306.f
Hypostasis nomen cautè vtendū. 308.h
Homo extra paradisum creatus in paradisum translatus est.
Homo ratione Angelis fit sotius. 3.i
Homo studiosus septē habere debet. 20.r
Homo qualiter indigeat Angelica custodia. 70.t
Homo uel secundum corpus uel secundū animam consideratur. u.
Hominis corporis mēbrorū diuisio. 71.y
Hominis partes principales quæ sint.
Hoīs ossa, nerui, cordæ, venæ quot.
Hominis dignitas quanta sit. 15.y
Hominem ad imaginem Dei creatū quid sit. 69.q
Homini viuere sine peccato difficile est, nisi gratia Dei adiutus. 70.s
Homine nō est simpliciter fruendū. 360.u
Homines dare nō possunt Spiritū.S.
Homines in India notantur. 200.n
Hominis tria bonorum genera. 331.c
Humanæ conditionis vilitas. 75.r
Humilis rusticus præferē Philosopho. 6.r

I

ICon quid sit. 277.x
Idolorū cultura omnis mali causa. 218.r
Imagines vndè sumantur. 92.r
Imago quid sit. 90.g
Imaginum sigra. 89.f
Imagines ordine sunt collocandæ. 90.h
Imitatio quid sit. 237.
Inductio quid sit. 281.q

Universidad de Deusto
Biblioteca

Indi Imaginibus vtuntur. 93.x
Indi à quibus peccatis caueant. 189.x
Indi quo præparant ad cõfessiones. 213.z
Indi qualiter commoti sunt ad fidem amplectendam. 205.m
Indi in suarum actionum principio diuinum implorant auxilium. 186.d
Indi qualiter festiuitatibus intersunt. e.
Indi quanta auiditate ad audiendum sacrũ veniant. 185.b
Indi in largiendis Eleemosynis liberales. fol. 190.t
Indi hieroglyphicis literis utebant. 93.y
Indi qualiter matrimonio coniungantur. fol. 219.a
Indi plures habebant vxores tempore suæ Infidelitatis. 220.d
Indorum cura inconficiendis testamentis. fol. 187.i
Indorũ ephemerides & anni diuisio. 94.b
Indorum sedendi modus. 93.z
Indorum controuersias qualiter fratres audiant & definiant. 219.y
Inferni consideratio. 161.f
Infirmorum portandi modus. 222.l
Informatio Indorum. 210.
Ingenitus relatiue dicitur. 309.d
Iniuriarum remittendi modus apud Indos. fol. 187.m
Ironia quid sit. 276.b
Insinuationis præcepta. 231.h
Instituta allegatur & quomodo. 43.r
Instrumenta musicalia apud Indos. 227.h
Instrumentis naturalibus & ad bonum & ad malum vtimur. 73.g
Interpretatio sacræ scripturæ est depositũ relictum Apostolis à domino. 141.x
Interpretatio quid sit. 263.o
Interrogatio quid. 257.n
In trinitate nulla diuersitas, singularitas, uel solitudo sed unitas & trinitas. 307.d
Iubilei tempore quomodo se habeant Indi. 187.m
Iudæi & Iudaizantes faciunt vt prophetæ nihil minus sint quàm prophetiæ. 141.x
Iudæi quoti die legũt. 5 scripturam sed positum est velamen super cor eorũ. 143.h
Iuditium triplex. 193. i. eius dies terribilis. 75.s
Iudicio & veritate ornatus debet esse orator. 27.u
Ius canonicum quid sit. 41.i
Iuris ciuilis allegandi modus. 43.q

L

LAnguentum Indorum fides. 222.m
Latria quid sit, & qualiter Christo debeatur. 343.a
Laudis vel vituperij argumenta vnde sumantur. 299.i
Laus equitum noui orbis. m
Lecta sedulo animo reuoluenda. 97.o
Lectio sacrorum librorũ quid cuique conferat. 135.x
Lectionis sacræ scripturæ geminus fructus. 46.h
Lectio sacræ scripturæ quibus in vtilis sit. fol. 19.o
Letitia atque tristitia quasi cibus dulcis & amarus est animi. 75.s
Librorum sacræ scripturæ partitio & differentia. 527.l
Librorum sacræ scripturæ numerus. 103.i
Librorũ sacræ scripturæ locatio. 103.
Librorum Magistri suarum locatio. 299.r
Liber feudorum allegandi modus. 43.r
Libri sãcti simplici sermone scripti sũt. z
Liberum arbitrium cogi nõ potest per potentiam creatam. 70.r
Liberum arbitrium quomodo sit cito mobilis & vertibilis.
Liberũ arbitriũ multa habet inclinãtia.
Libero arbitrio Deus duplicem gratiam confert. 331.
Liberum arbitrium apud Philosophos quale. 330.f
Liberi arbitrij conditiones.
Licentia quid sit. 261.g
Licet omnia sint in Dei scientia, nõ tamẽ dicuntur esse in eius essentia. 313.a
Lignũ sciẽtiæ quid & cur sic dictũ.
Linguã Indorũ quo perceperũt frẽs. 226.c
Literalis sensus quantum conferat. 136.b
Literalis sensus quis sit. 142.e
Locandi modus. 104.0.124.299.

Loci alicuius descriptio à quibus potissimè sumatur. 201.r
Locus quid sit, 89.f. 101.K
Locorum distributio & diuisio. 98.s.z
Loca fictitia faciliter fiunt. x.
Loca artificiosa. 99.z
Locatio sotiorum B. Francisci. a
Loca alia vniuersalia, alia particularia. fol. 101.K
Loca quomodo eligenda. l.
Locorum numerus & cõsignatio. 102.e.h

M

MAgna debet esse eloquentia, quæ in initio placeat. 241
Magnitudo in diuinis quomodo accipiatur. 57.m. 58.n
Magnitudo quadruplex. o.
Mala culpæ Deus fieri non vult, non vult tamen ea non fieri. 317.
Mala non dicuntur esse in Deo. 313.a
Mali bonos persequuntur. 131.e
Malum multiplex.
Martinus de Valentia eodẽ anno quo maledictus Martinus Lutherus suum virus emittere cœpit se ad fidem dilatandam accingit. 223.p
Materia rhetorices quæ sit. 54.z.55
Mater vera Dei & hominis fuit B. Virgo. 343.c
Mathematicæ sciẽtiæ cur sic dictæ & eius consideratio. 18.i
Matrimonij institutio conuenienter facta. 369.c
Matrimonium quo consensu causetur & inter quas personas. 370.e
Matrimonij impedimenta. 372.e
Matrimonium verum fuit inter Mariam & Ioseph. 370.f
Meditatio Gehennalis supplicij. 161.i
Mediator Dei & hominum Christus.
Mendatium quid sit, & quotuplex & quale peccatum. 355.c
Mendacij genera. 355.c
Meritum quid sit & qualiter meruit Christus. 346.e
Metaphysici consideratio. 18.i
Metaphoricus sensus. 143.f
Metalepsis quid sit. 274.K
Metaphoræ uis. 272.c
Metonymia. 273.e
Miracula fiunt in India. 213.z
Missæ quanta solemnitate celebrentur. fol. 180.q
Mysticus sensus quis sit. 144.m
Monasteria & hospitalia Indi ædificasse.
Mores dicentis sunt quæ persuadẽt. 131.d
Mors non formidanda.
Morte Christi & à peccato & diabolo liberamur. 346.h
Mortuorum sepeliendi modus. 221.h
Mundus unus est. 5.q
Mundus propter hominem factus. 319.a
Musica quid sit & cur sic dicta. 18.i
mutua patris & filij obligatio. 241.s

N

NArrationum species duæ. 231.d
Narrandi ratio cuique tria propria. fol. 232.e
Nasci & procedere distinguuntur. 304.f
Natiuitatis Christi consideratio. 342.h
Naturale quid sit.
Naturalis est productio filij. 302.e
Natura & persona idem sunt. 312.e
Nomen personæ multipliciter dicitur. fol. 108.g
Nomina numeralia non ponunt aliquid in diuinis, sed remouent. e.
Non omnis voluntas quæ non vult quæ Deus vult, est mala: vel quæ vult quæ Deus vult est bona. 317.d
Nostrorum quorundam negligẽtia. 186.e
Nouum testamentum cur sic dictum & quid contineat 127.i
Nouũ testamentũ est perfectio veteris.
Numerus electorum nõ potest augeri vel minui. 314.g

O

OBiectum fidei spei & charitatis quid sit. 63.l
Obstinationis Dæmonum vnde sit. 378.
Odium Dei qualiter contingere potest.
Omnipotens & omnipotentia qualiter dicuntur. 315.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes Philosophiæ & Theologiæ partes oratori Christiano necessaria. 12.K
Onomatopæia quid sit. 274.h
Optima prolis habendæ medicina. 246.K
Oppositio quid sit. 222.u
Oratoris officium est docere, mouere & delectare. 237.b
Orator perfectus quis. d.
Oratio tota affectibus aspergenda. 238.h
Orator quid, & qualis sit. 2.b
Oratorem nisi virum bonum esse nõ posse. 2.c
Oratio cibus est animi. 2.e
Orator perfectus omnes animi virtutes habere debet. 4.K
Orator perfectus nondum inuentus. 4.l
Oratorem malum exicioſum esse. 4.l
Oratoris perfecti vis. 4.n
Oratorem oportet non modo delectare sed & docere. 4.o
Orator Christianus quantus qualisque sit. fol. 5.p
Ouiculam quomodo Christus proprijs humeris portauerit. 7.x
Oratio quantum præstet ad sacræ scripturæ intelligentiam. 12.p
Orator septem liberales artes callere debet. 15.z
Ordo necessarius in scientijs. 41.h

P

Paradisus, locus corporalis, typum gerebat Ecclesiæ.
Parabola uel paradigma quid. 277.x
Paræmia quid. 275.p
Paréthesis seu interpretatio quid sit. 267.i
Partitionum præcepta nequeunt certis regulis comprehendi. 275.q
Pastor qui dignus sit. 6.u
Pastor verus & bonus Christus. 7.x
Pastoris officium.
Pastores ocioſi taxantur.
Pastorũ animis quæ insita debẽt esse.
Pater filium non diligit ea dilectione quæ ab vtroque procedit. 311.
Pater non est sapiẽs sapientia genita.
Pater & filius diligunt se amore notionali.
Pater genuit filium de sua substãtia. 301.d
Pater est potens gignere potentia quæ est in filio. 1.
Pater est auctor processionis Spiritu Sancti. 304.e
Pater non dicitur missus. 305.h
Pater nec volũtate nec necesitate genuit filium. 302.d
Pater filium natura non voluntate genuit.
Pater & filius sunt principium Spiritus Sancti. 310.e
Pater est principium totius diuinitatis.
Patris & filij mutua obligatio. 241.s
Paulus ab eloquẽtia Mercurius vocat. 30.i
Paulus & Barnabas à signis editis Deos esse credebant.
Peccati definitio multiplex. 335.b
Peccatum Adæ in omnes transit. 333.a.c
Peccata communia Indorum. 190.x
Pœnitentia quid sit & quomodo necessaria. 363.d
Pœnitentiæ sacramentum administratio & ritus. 218.c
Periuriũ quid & quot modis fiat. 356.e.f g
Periphrasis quid. 269.p
Permissio quid. 261.f
Personæ sunt coæternæ. 303.a
Personarum vna est naturalis essentia cum distinctione earum. 302.h
Persona est nomen substantiæ. 307.d
Personæ nomen significat essentiã in supposito. 308.q
Personarum pluralitas est in diuinæ essentiæ vnitate. 300.y
Personarum trinitas est sine diuersitate & singularitate.
Personæ nobis innotescunt attributis suis.
Philosophis non est concessum videre ea, quæ mentem & sermonem nostrum excedunt. 19.p
Philosophorum dicta tanquam ab iniustis possessoribus vendicanda. 21.x
Philosophiæ definitio. 15.a
Philosophiæ studium eget moderatione. fol. 132.e

Põtificis opera, vt aut à Deo discat legendo scripturas. s. aut populũ doceat. 26.o
Populi descriptio. 209.f
Possibile & impossibile quid. 194.p
Potentia generandi non dicit quid. 302.f
Potentia patri, sapientia filio, & bonitas Spiritui. S. tribuitur. 312.f
Potestas quid & quotuplex sit & quomodo intelligatur. 59.s.t.v.x
Prauis assuescere sermonibus quantum noceat. 23.f
Præclara gesta præclaris indigent oratoribus.
Præcepta quot sint. 355.a
Prædicamenta nouem. 73.l
Prædestinatio & præscietia differũt. 314.q
Prædestinationis & reprobationis duo effectus.
Prædicata Dei sunt. 9. & cur sic dicta. 57.i
Prædicata causalia quæ sint. 59.r
Prædicatorum Encomia. 9.e
Prædicatores quibus rebus comparẽt. 8.a
Prædicatoris officium. 31.p
Prædicator rõnẽ reddet doctrinæ suæ.
Prædicator ab omni specie mali abstinere & à suspicione mala carere debet.
Prædicatores quid docere debeant. fol. 32. & 33.
Prædicatores certa tantum doceant.
Præscientia stat cum contingentia rerum. fol. 313.d
Principium est ad aliquid. 310.e
Principijs obstare quam vtile sit. 197.a
Prooemium seu exordium quid & quomodo comparetur. 228.n
Prooemijs species quot, & eius causæ.
Prooemium quomodo præstetur.
Prooemij tempora, vsus & officia.
Probatis scriptoribus quantum auctoritatis deferendum sit. 23.f
Prolis habendæ optima medicina. 240.K
Pronunciatio qualis debeat esse. 203.e
Proprietates sunt personæ. 311.d
Proprietates sunt diuina essentia.
Proprietates in Deo non dicuntur secundum substantiam, nec secũdum accidẽs, sed secundum ad aliquid. 309.a
Prudentia prædicatorum per canes designatur. 8.a
Prosopopæia quid. 265.z
Prouidentia diuina vbique infusa est. 217.
Pudicitia & castitas maxima mulieris dos. fol. 242.y
Punctus sine fluxu non explicatur. 57.l

Q

Qualitas quid sit.
Quantitas quid sit.
Quomodo puniebantur Medij apud Indos. 220.c
Quatenus indulgendum amicis. 132.g
Quid prætendere debeat orator. 9.f
Qui posthabitis doctoribus Ecclesiæ fœtidas rabinorũ aquas sitit, donum Spiritus Sanctus pedibus rerit. 141.z
Quomodo aliquando tacendum. 132.h

R

Rabinorum expositiones sunt somnia fol. 140.t
Rabinorum interpretationes sunt deliramenta. 141.u
Ratio seminalis incosta Adæ id non habebat, vt ex ea ita fieret mulier: sed tantum vt ita fieri posset. 299.z
Rationale quid sit. 27.s
Ratiocinatio quid sit. 277.c
Rhetorices definitio. 3.g
Rhetorices Christianæ definitio. h.
Rhetorica est dialectica dilatata. g.
Rhetorica alia philosophica, alia adulatoria.
Rhetorices ornamenta reperiuntur in scripturis. s. 16.g
Rhetorica aliarum scientiarum ornamentum. 18.h
Rhetorices Christianæ Magistra. S. Mater Ecclesia. 19.n
Rhetorica docet & iusta persuadere & horum contraria fugere. 24.i
Rhetorices artis apparatus. 45.d
Rhetorica quomodo persuadet sed non docet. 34.b
Rhetor non semper persuadet. 32.K
Rhetorum est agere verbis. 34.b.37.o
Religiosorum mutuus amor quantum ua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

leat in Indijs. 213.y
Religiosi quantæ æstimationis sint apud Indos. 190.u
Religiosorum perfectio in Indijs. 224.r
Religiosis in Indijs nulla quies. 210.r
Religiosi qualiter pondus diei & æstus portant. 213.x
Religiosorum cura in Indijs 185.a.222.n
Reprobatio sed non prædestinatio sub merito cadit. 314.h
Requisita in commouendis affectibus. fol. 239.K.i
Requisita ad sciendum sacrã scripturam. fol. 45.d
Res quid sit.
Restitutionis modus singularis apud Indos. 187.i
Reticentia quid sit. 256.K

S

SAcerdos per claues spirituales soluit. fol. 366.
Sacerdos quilibet accipit vtranque clauẽ. fol. 367.
Sacerdos sicut bonus & malus conficit. fol. 363.b
Sacerdos ad transubstantiationem requisitus. 362.f
Sacerdotes legentes comedias culpantur. fol. 46.h
Sacerdos non corpus Christi verum, sed species panis frangit. 363.a
Sacerdotis munus est prædicare. 24.m
Sacerdos quomodo irã oculti Iudicis contra se exigit. 26.p
Sacramẽta nouæ legis sunt septem. 358.e
Sacra scriptura cur obscuritate plena. 45.c
Sacra scriptura quomodo à Gẽtilium differat literis. 44.u
Sacra scriptura est fluuius planus & altus. fol. 46.i
Sacra scriptura semper in manibus habenda esset. g.
Sacra scriptura quando cibus & quando potus.
Sacra scriptura thesauro confertur. 33.x
Sacra scriptura consistit in speculatione & praxi. 129.t
Sacra scriptura cur per partes subiectiuas non diuidatur. q.
Sacra scriptura subtegmine summa sacramenta & mysteria continet. 139.o
Sacrã scriptura omnibus est accommodã. fol. 135.t
Sacræ scripturræ cognitio quibus modis facilis plana & iucunda fiat. 134.q
Sacræ scripturæ conuenit quod sit pura. fol. 126.e
Sacræ scripturæ nomina. f.
Sacræ scripturæ vis & efficacia. 129.K
Sacræ scripturæ vtilitas. 44.z
Sacræ scripturæ effectus. y.
Sacræ scripturæ studiosis tria sunt necessaria. 20.r
Sacræ scripturæ cognitio quomodo facilis fiat. t.
Salutatio paruulorum in India ad religiosos. 190.u
Sancti Hypoliti solẽnizatio Mexici. 205.o
Sapientia duplex creata & increata. 60.x
Sapientia diuina qualiter accipiatur. y.
Sapientiæ creatæ definitio. z.
Sapientia & scientia qũ differant.
Sapiẽtia est emanatio claritudinis Dei. a.
Sapientia hominis consistit in cognitione Dei. 20.q
Sapiens aut beatus audiat Dei uocem oportet. 19.q
Sapiẽti nihil alienum nisi quod virtuti incongruum. o.
Sapientiæ secularis typus in Deut. quomodo describatur. 22.a
Scientia, prouidentia, prædestinatio, differunt secundum rationem, sed sunt unum re. 312.h
Scientia simplex intelligentiæ in Deo nõ est causa rerum, neque res sunt causa Dei. 313.d
Scopus sacræ scripturæ. 129.r
Scripturæ auctoritas quanta sit. 12.p
Scripturarum eloquia diu terenda sunt. fol. 46.f
Sententiæ & prouerbia vt exempla tractari possunt. 134.o
Sermo diuinus oẽs ĩ se habet delitias. 46.f

Sexti allegandi modus. 42.p
Sextuplicia sunt nomina quæ Deo tribuũtur. 307.b
Secundum substantiam.
Signum quid sit & eius genus multiplex. fol. 299.z
Significatio seu Emphasis quid. 264.x
Similiter cadens & similiter desinens quid sint & quomodo differant. 254.255
Sine libris & pietatis studio non ualemus sacram scripturam intelligere. 13.s
Synecdoche quid sit. 274.l
Socratis accusatores qui fuerunt. fol. 131.a
Socrates philosophicè potius quàm Christianè mortuus est. d.
Solus pater est Deus non conceditur. fol. 307.h
Solus filius dicitur sapientia genita vel nata. 311.b
Spes qnid sit. 63.m
Spiritus .S. procedit ut amor à patre & filio. 303.b
Spiritus. S. à patre & filio simul procedit.
Spiritus. S. nomen est commune & proprium. c.
Spiritus. S. non prius nec plenius à patre quàm à filio procedit. 304.d
Spiritu. S. procedit & mittitur à patre per filium.
Spiritus Sanctus nec natus, nec filius dicitur. e.
Spiritus Sanctus nec genitus nec ingenitus debet dici.
Spiritus. S. processio duplex. g.
Spiritus. S. Missio, siue eiusdem donorum collatio est temporalis.
Spiritus Sanctus & dona personaliter datur.
Spiritus Sanctus non solum à patre & filio, sed à se ad creaturã mittitur, & procedit. 305.h
Spiritus. S. missus est dupliciter. a.
Spiritus. S. visibili specie missus est.
Spiritus Sanctus non dicitur minor patre propter creaturam in qua apparuit sicut filius. b.
Spiritus. S. est amor siue charitas. c.
Spiritus. S. dum sacras dictaret literas omnis & ætatis & conditionis hominis singularem habuit rationem. 33.x
Spiritus Sanctus nobis inuisibiliter immittitur, cum per eum Deum & proximum diligimus. 305.c
Spiritus. S. non augetur vel minuitur in se, sed in creatura.
Spiritus Sanctus dicitur datum à temporali processione, sed donum ab æterna. fol. 306.e
Spiritus Sanctus per processionem æternam non tantum accepit vt esset donũ, sed & essentia.
Spiritus Sanctus vt donum, refertur ad patrem & filium: ut datum ad nos & ad eum qui dedit.
Spiritus Sanctus proprietate dicitur donum Dei. 309.a
Stans vel iacens audire, quid sit. fol. 36.m
Studia hominum uaria. 6.s
Studium liberalium disciplinarum non est Christianis inutile aut à scholis explodendum. 21.z
Sublatis futuris adhuc præscientia in Deo manet. 313.h
Subiectio quid. 258.r
Summa eorum quæ requiruntur ad commiserationem mouendam. 240.p

T

TEmplorum nostrorum in India descriptio. 209.g
Templorum ornatus. 227.i
Testamentorum diligẽtes esecutores sunt Ind. 187.K
Testimonia ex inimicis desumpta digna sunt ad probandum. 23.
Tintinabula & tyara quid significent. fol. 26.
Theologia aut de rebus aut de signis est. fol. 229.t
Translatio Hieronymi. 138.i
Translatio Bibliorum quot & quibus tem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

poribus fuerunt. 137.f
Translatio vulgatæ tantæ veritatis est, ut una è multis canonica & authentica asseratur. 139.m
Transitio quid sit. 266.f
Tres potentiæ animæ quomodo dicuntur vna essentia. 301.a
Tres personæ non sunt tres Dii. fol. 308.e
Tres personæ non dicuntur tres essentiæ.
Tres proprietates personarum sunt. fol. 309.h
Tres personæ non dicuntur esse tria, sed vnum principium. 310.e
Trinitas potentiarum humanæ mentis Trinitatem personarum ut imago representat. 301.a
Trinitas potentiarum & trinitas personarum in quibus conueniant vel disentiant.
Trium personarum potentia indifferés est. fol. 306.h
Tropus quid sit. 272.a
Tropologica expositio. 146.u

V

VEra sacræ scripturæ laus. 126.d
Vera Christi sequela. 204.i
Verbi Dei proclamatoris quis finis. 9.c
Veritas se habet vt finis sapientiæ. fol. 63.o
Veritas alia Theologica, alia Physica, alia Ethica.
Veritas Theologica est veritas fidei, cuius contrarium est hæresis. 64.p
Veritates omnes in canone Bibliorum cõtentæ sunt veritates Theologicæ.
Veritates aliquæ naturaliter aliquæ supernaturaliter notæ. q.
Veritas Catholica est veritas reuelata à Deo. q.u
Veritates Catholicæ ex natura rei sunt immutabiliter veræ. 65.u
Verus Dei cultus consistit in fide, spe, & charitate. 26.K
Verum à falso Dialectica & Logica discernit. 18.i
Versiones Bibliorum licet uerbis desidere videantur re tamen & sensu perfectè cõueniunt. 138.l
Vestes communes summi sacerdotis. 4. & quid significent. 26.q
Vestigium Trinitatis in creaturis quomodo innotuit. 301.a
Veteris & noui testamenti libri quomodo differant. 128.p
Vetus testamentum est prophetia noui. fol. 127.h
Vino inebriantur male intelligentes sacrã scripturam. 46.g
Violatio quid sit. 283.x
Virtus quanto eminentior, tanto persecutionibus obnoxia. 132.l
Virtus est principium omnis operationis. fol. 62.f
Virtus communiter sumpta est quædam mentis dispositio qua mens rationi consentit. 62.g
Virtus olim sola fortitudo dicebatur. 62.h
Virtus variè nominatur & apud sanctos & apud Philosophos. 62.g
Virtus est medietas duarum militiarum. fol. 62.g
Virtus Theologica quid sit secundum Gersonem & quomodo accipiatur. 62.h.i
Virtus Theologica quomodo distinguatur à morali. 62.K
Virtutum Theologicarum obiecta immediata sunt complexa. 63.l
Virtutes non omnes Theologicas & diuinas nominamus. 63.m
Virtutis excellentiam notat 63.n
Virtutibus non est fruendum. 300.u
Visio Dei absconditis oculis fit. 20.s
Vita scientiam præcedat. 4.n
Vtiorum connexio. 197.d
Vna persona non est maior alia, nec duæ sunt quid maius quàm vna. 306.f
Vna tantum est sapientia patris. 311.b
Vnctio extrema quid sit.
Vnctio vera in sacra scriptura. 135.t
Vnitas quomodo potest esse omnis numerus. 37 i

Vnitas, Aequalitas, & Aequalitatis concordia sunt proprietates. 311.h
Vnus Deus trium personarum non dicitur. 312.f
Vnum dicitur de tribus personis sed non vnus aut vna. 311.a
Voluntatis Dei, qui est omnium causa, causa non est quærenda. 316.g
Voluntas Dei efficax in homine semper impletur. b.
Voluntas Dei beneplaciti semper impletur. h.
Voluntas Dei bona, mala hominum voluntate impletur. d.
Voluntas est appetitus boni cum ratione. fol. 60.b
Voluntas completa non est nisi de possibili. 60.b
Voluntas alia Diuina alia humana. 61.b
Voluntas diuina accipitur pro diuina essentia. 61.b
Voluntas Dei distinguitur in voluntatem beneplaciti & signi. 61.c
Voluntas diuina est prima regula omnis iustitiæ. 61.c
Volũtas Dei diuersimode accipitur in scriptura. 61.d
Voluntas beneplaciti est antecedens & consequens. 61.d
Voluntas signi est quintuplex. 61.d
Voluntas & potestas sunt principia actuũ humanorum. 61.e
Vtilitas magna in cognitione regularum sacræ scripturæ & in eius loquendi forma. 126.d
Vulgata alijs significantius S. Sancti mentem ezplicat. 136.b
Vulgus quàm sit facilis. 133.m

FINIS TABVLAE.

TYPOGRAPHVS AD PIVM LECTOREM.

NE mireris (pie lector) si in hoc opere tot errata corrigenda inueneris, Non enim nos illud incepimus, sed misericordia moti, ne opus tanti viri, ac tanti momenti imperfectum maneret ea diligentia qua potuimus: à littera DD, ad colophonem vsque perduximus. Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERRATA EMENDANDA:

QVAE LICET LECTOR IPSE POTVISSET CORrigere, quandoquidem, prout in plurimum, nullius sunt momẽti: illa tamen corrigere placuit, primus numerus paginam demonstrat: l, lineam. Numerus qui sequitur, lineæ numerus est. Quando uero est in eadem linea dictionem corrigendã tantum ponimus.

IN Epistola Sanctissimi linea vltima paginæ secundæ. vertandã vertendam. Pag. 3. linea 16. significani, significant li. 21. vitæ, vite. Pag. 4. lin. 20. legere tegere. p. 6. lin. 1. multis, nullis. lin. 2 uirtutibus, deficit, Possibilitas. Inopere f. 3. lin. 3. dilucudissime, dilucidissime. lin. 33. Extrinsecus. lin. 13. sacrmantorum sacramentorum. l. 4. Denique, Deique. 33. deberet. 12. l. 35. ad sacras. Deest conciones. 20. l. 14. fecimos, fecimus. 22. l. 14. fero, ferro. 26. lin. 2. dicere, discere. 31. l. 29. flecteat, flectat. 34. l. 1. lagis, largis. l. 14. negare. 36. lin. 33. cecidi, cecidit. 40. l. 34 quadam, quodam. 43. l. 31. chritatem, charitatem. 44. l. 1. ostentione, ostensione. l. 15. apparet. 45. l. 15. diuturna, diurna. 23. vt vilescant, ne uilescant. 51. l. 31. Illiterat, Illiterati. 52. l. 24. Imperetorio, Imperatorio. 58. l. 14. uirum, uirium. l. 22. simpliciter. 63. l. 3. Theologicarum, Theologarum. 64. l. 40. euidentis, euidenti. 66. l 12. refert, refertur. 67. l. 24. vniuersos, vniuersosque. 161. complectitur. 68 l. 19. facibtitum, facilitatum. 70. l 19 preficiendum, proficiendum. 71. l. 24. pices, pisces. 72. l. 25. tractabuntur, tractabitur. 78. l 40. fiat, fiant. 79. l. 5. interpretur, interpretetur. 80. l. 15. Ecclesia, ab Ecclesia. 82. l. 21. bipertia, bipertita. 85. l. 26. susciteturi, susciret. 86 l. 9. uidetur, uideretur. 88. l. 1. ratiocmatiuam, ratiocinatiua. 89. l. 40. spicca, spica. 90. l. 10. simili, similes. 15. reposcat. l. 25. perire. l. 30. idoneitatem, (deest) se prius præpararet 91. l. 23. memorię, memoriam. l. 38. subtrahitur. 92. l. 11. locus, locum. l. 12. materiam. 30. syllabarumque. 93. l. 12. literis, (deest) sint. l. 25. effigiem. 94. l. 9. toto, tuto. l. 21. superioribus. l. 26. potentia. 95. l. 10. decalegus, decalogus. l. 23. dignaretur. l. 26. posset. 97. l. 10. ul, ut. 98. l. 31. hic, hęc. 99. l. 18. ut enimuero, enimuero, ut. l. 20. columnæ, cameræ. l. 28. Assiatem. l. 30. Egidij, deest, qui fuit. l. 32. ordinis. 100. l. 11. irationalis, irrationalis. l. 15. nonnullę. l. 34. nouellarum. 101 l. 15. modus, modum. l. 40. interualis. 104. l. 11. Mosayce, Mosayci. 106. l. 38. habitus, habitu. l. 40. figura. 108. l. 23. Hostium, ostium. 109. l. 19. columnæ, columnas. l. 20. contentos. 110. l. 37. pyramis. 111. l. 28. uele, uelle. 37. perseuerantia. 112. l. 3. paho, pallio. 116. l. 7. psalendum, psallendum. l. 41. genus. 117. l. 5. curas, curationes. l. 19. cautelę. l. 20. Cantici. 119. l. 15. iniustæ, incuctę. l. 18. Epistolas. 120. l. 4. tonitruus, tonitruum. l. 25. columnas. 121. l. 22. redditum, reditum. l. 30. & 31. adamas, malleis. 122. Nmiuæ, Ninive. 123. l. 29. equilonaris, Aquilonaris. l. 33. Antichristi. 124. l. 21. gerarthes, geratithes. l. 9. Pyramidis. 127. l. 35. canon, canonem. 129. l. vltima mouet, mouent. 131. l. 18. collendo, colendo. 132. l. 21. atque, & quę. 135. l. 20. vt quidem, ut quid enim. 136. l. 11. submiristrarent, submiristrent. l. 34. facit. 137. l. 35. Ephesi, Ephesij. 138. l. 6. quoque, quæque. l. 16. asterifcis. l. 33. quòd nostra, deberet. 141. l. 2. anniles, aniles. l. 23. pluries. 144. l. 24. siue, secundum. 27. tropologicæ. 150. l. 21. nemmi, memmi. 27. corporis. 151. l. 9. procliue, in procliue. l. 11. non est. l. 36. profluere. l. 42. dicendum. 152. l. 21. operto, aperto. 22. genus, tempus. 154. l. 18. incidit, indicit. 159. l. 10. quarta, quinta. l. 16. conabimur. l. 28. flendum. 160. l. 40. humanitatem, humanitate. 161. l. 28. quod, qs. l. 34. quisquis. 162. l. 3. maximum, maximam l. 5. spectandam. l. 17. rami. 163. l. 22. pleraque, Adde, quæ. l. 32. Nam. Quæ. 163. l. 28. Potest. adde, Primò. l. 42. deputatus. 165. l. 1. absit, abijt, l. 4. quatenus, interius. l. 9. Ecclesiæ, abundat. Decubam, decubans. l. 34. post. 166

l. 28.

ERRATA.

l. 28. Theologus, Theologum & cætera. 167. l. 13. In quoque. in quoue. Excreuerit, exeruerit. l. 24. uel posita, positione. l. 41. magnificentius. 168. l. 1. nec, adde, non. 169. l. 9. promeridiano, pomeridiano. l. 18. excelsissimæ. l. 36. columnellis. 170. l. 3. aspides, iaspides. l. 24. sicui, sicuti. l. 28. hominem. l. 30. solemnibus. 171. l. 33. dum reuera, peregrinis. 34. peregrinis, dum reuera. 174. l. 19. flagitijs, adde, quibus. l. 21. nouaculis. l. 41. perpetuos. 175. l. 14. rescipere, recipere. l. 20. auctori, ab auctore. l. 39. degistis. 176. l. 6. Gerarctuam, Gerarchiam. l. 25. regnabant, regebant. 177. l. 8. defetiscuntur, defatiscunt. 178. l. 8. sedes leuetur. l. 40. à peccatis. 180. l. 9. glorioss, gloriosius. 181. l. 6. cum in, in superfluit. l. 22. opprimimini. 182. l. 22. potest, adde, quàm quod. l. 25. reliquerit. 185 l. 34. infestiuissimus, infestissimus. 186. l. 2. ni, in. 187. l. 14. distingunt, distringunt. 188. l. 4. angelos, angeli. 189. l. 25. in, abundat. 190. l. 15. descisçat. l. 29. ut vel, ut si uel. 191. l. 4. suo munere, sui muneris. 192. l. 15. iniustitia, iniustitia. l. 28. bene. 193. l. 16. dominationis, damnationis. l. 20. carnoten. 195. l. 13. Quamquam. l. 31. inuestigamus. 196. l. 39. postqs, potestqs. l. 40. laxetur. 197. l. 2. occumbant, occumberent. 198. l. habet, quod habet. 200. l. 23. bonitatem, bonitatis. 201. l. 1. didiscerit, didicerit. l 7. demonstratur. 202. l. 2. affluus, affluas. l. 4. degeneres. l. 8. plures & maiores. 203. l. 7. aliæ, alia. l. 26. comiter. 104. l. 40. milites, militis. 205. l. 5. deffecti, affecti. l. 15. contemptu. 208. l. 10. snscipit, suscepit. l. 19. nitidissimo. l. 33. locorum. 210. l. 36. prędicari, prædicare. 212. l. 8. simpliciter, similiter. l. 16. vestibulis. l. 18 Cypressi, Malum punici corrige. l. 20. instar, abundat: 221. l. 24. Cantatorum, cantorum. 28. holoserica. 222. l. 2. religiosum, religioso. l. 4. recitant. l. 30. allijs. 226. l. 9. daponunt, deponunt. l. 14. alij, leuetur. 229. l. 36. ijs, is. l. 37. incertus. 230. l. 2. opere, operum. l 4. officere. l. 12. sunt. l. 13. habent. ibid. cum, alia. l. 15. esse, sunt eo. 231. l. 11. quem, qui. 232. l. 9. Qua res, quare. l. 11. hiatu. l. 17. Quorsum. l. 32. insigne. l. 39. immani crudelitate. 233. l. 10. vindicta, uindictam. l. 34. qui, lebefectati. l. 40. merore. l. 41. conseruũ. 234. l. 2. partices, participem. l. 3. scio, socio, & ministro. l. 11. disidij. l. 14. dedit. 235. l. 12. inferi, inferri. l. 15. distributarum. l. 37. testimonia. 236. l. 21. adhiberi. 237. l. 12. polliciendo, pelliciendo. l. 14. In sententijs, vrbanis, adde, requiritur. l. 18. præceptionis. l. 19. iuuat. l. 37. tristia. 238. l. 12. solecismorum. l. 16. eos. l. 37. auditorum. 239. l. 17. circunstantias. 240. l. 4. malefica. l. 36. multasque. 241. l. 12. obsequendi. 242. l. 5. orthę, ortę. l. 35. quod adde, me. l. 25. matre, adde, ditare. 243. l. 39. arta, orta. 244. l. 12. lauicanam, laureanam. l. 28. monstruosus. l. 34. nubere. 245. l. 31. opulentiam. l. 36. rationem. 246. l. 5. conceptione. l. 17. viro. 248. l. 4. coniugatę. 250. l. 3. confirmatio. 254. l. 35. visibilia, vasa. 256. l. 24. Quos. 257. l 25. imitanda. l. 29. fractus. 358. l. 16. reliquum, relictum. l. 32. æterni, eremi. 259. l. 13. laceratis, laceraris. l. 29. cogitationes. l. 35. vrbis. l. 39. autem, leuetur. 260. l. 11. efferenda. l. 15. ipsam. 264. l. 19. exasperauit. 266. l. 1. Effictio. 301. l. 31. sides, fides. l. 38. sapiens. 305. l. 2. operat, opera. 306. l. 29. pater, patet. 307. l. 2. & eo. 324. l. 4. vnires, vnius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERIES CHARTARVM.

a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAa BBb CCc DDd.

Omnia sunt integra folia, præter b, folia & semifolia, & N, semifolia cui memoriæ localis figuras adiungimus, & Y, & Z, in quarum medio in prima est immanium sacrificiorum figura in secunda sunt figuræ Hierarchiæ spiritualis & temporalis, & post E E, adiungitur figura Matrimonij & Mechorum, & P P, vbi ponitur locatio totius Magistri sententiarum.



PERVSIAE,

Apud Petrumiacobum Petrutium. 1579.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca